En tibi soluta est quæstio. Dum ait magnus ille vir, procedens Deus una cum assumpta carne, unum et unum ex duobus contrariis; quod unum dixit, unionem personalem, non vero naturam, intellexit.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

Fr. Ἴδε σοι τὸ ἄπορον λέλυται. Προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἓν καὶ ἓν ἐκ δύο τῶν ἐναντίων, εἶπὼν ὁ μέγας, διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν· ἀλλ' οὐ φύσιν τὸ ἓν ἐξεδέξατο.

AD CATHOLICOS PER SICILIAM CONSTITUTOS.

Sanctis Patribus, præpositis atque monachis, nec non Catholicis populis, Christi amantem hanc Siciliæ insulam incolentibus, Maximus, humilis atque peccator, indignus servus.

Pax multa diligentibus legem tuam, et non est D

Τοῖς κατὰ τήνδε τὴν Σικελῶν (υ) φιλόχριστον νῆσον πυροικοῦσιν ἁγίοις Πατράσιν, ἡγουμένοις τε καὶ μονάζουσι, καὶ ὀρθοδόξοις λαοῖς, Μάξιμος ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς, ἀνάξιος δοῦλος.

Εἰρήνη πολλὴ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον σου, καὶ

NOTÆ.

(*u*) *Ἵν' ἐκ τούτου οὐ μεσῖται Θεοῦ μᾶλλον.* Addidi negantem particulam, quod necessario sensus exposcit. Quid enim sensus, quod absque illa habent Græca, et reddit Turr. *ut hinc vos magis sequestros Dei, quam imitatores præstetis.* Imo certe contrarium. Significat enim episcopos pro munere, et qua divinis dotibus eo sublimes fulgent, non tam ad Deum intercedere (quanquam et hoc eorum muneris est) quam ipsos quoque (quod pene divinius videatur) Dei imitatione divina præbere ac perficere; quippe gradu ipso τελεωτικοὺς, sub summo hierarcha Christo, ea functione ejusque vicarios. Hoc enim est quod sequitur, *Non solum ejus in omnem illustrationem ac misericordiam habitu consecuti* ἀλλὰ καὶ ἀξίᾳ παρέχοντες· *verum etiam pro dignitatis munere præbentes.* Ubi Turr. ἀξία legit, sed *digna etiam ei præbentes:* male vero τὸ, *ei*, quasi eos digna Deo præbere dicat Maximus, quod prorsus abhorret, vel si ἄξια demus eum scripsisse. Præbent certe illi populis ἄξια, *in hoc illis comparata dignitate;* vel etiam ἄξια, *ut quisque dignus est accipere.* Sed illud primum longe aptius. Continere habitu, vel ea habitu nactos esse, privatorum potius est. Scripserit et ipse Turr. *eis*, etsi ita illi prelum erravit.

(*v*) Τὴν δὲ τῶν Σικελῶν Videtur pronomen

οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον, πρὸς τὸν Θεὸν ἔφησεν ὁ θεσπέσιος Δαβίδ· γνωρίζων ἐντεῦθεν ἅπασι, καὶ διατρέχων τοῖς σωτηρίας ἐφιεμένοις, ἵνα τῇ τοῦ ἰσχύοντος φύσει προσανέχοντες ὀρεκτοῦ θειοτάτῃ κατ' ἔρων ἀγάπῃ, ταύτῃ περιχαρῶς τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν πρὸς ἑαυτούς τε καὶ πάντας, εἰ δυνατὸν, ἀλύτως μεταδιώκοιεν· ἅπαν ἐξ ἁπάντων ἀφαιρούμενοι σκάνδαλον, διὰ τῆς εὐσεβοῦς εἰς ἀλλήλους καὶ ἄκρας ὁμοφροσύνης. Οὗ δὴ χάριν, κἀμοὶ τῷ ἡμετέρῳ διεσπουδάσθη δούλῳ, γραφῇ καταθέσθαι προθύμως, ὅπερ ἐθάρρει γλώττῃ συνεστησάμην, πρὸς τὴν τῶν ἁγιωτάτων ὑμῶν ἀσφάλειάν τε καὶ πληροφορίαν, εἴπερ ἐξ ἑτέρων γεγενημένην ὑμῖν περὶ τῆς ἡμῶν ταπεινώσεως ὑποψίαν, διὰ τῆς ἀπολογίας ἀποσκευασάμενος· « Οὐδὲ γὰρ ἀνέχομαι, καθά φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, πλήττεσθαί τινας ἐν ἐμοὶ τῶν πάντα τηρούντων ἐπιμελῶς τὰ ἡμέτερα, εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως ἔχοντα· καλὸν γὰρ μήτε ἁμαρτάνοντα, μήτε ὑπονοούμενον, ἕως ἂν οἷόν τε ᾖ, καὶ ὁ λόγος εἰρῇ [m], τιθέναι πρόσκομμα τοῖς πολλοῖς ἢ σκάνδαλον· εἴπερ καὶ τοῖς ἕνα τῶν μικρῶν σκανδαλίσαν, ἴσμεν ὅπως ἀπαραίτητος καὶ βαρυτάτη παρὰ τοῦ ἀψευδοῦς ἡ τιμωρία. »

illis scandalum [l], ait ad Deum Deiparens David, inde cunctis salutis desiderio incensis declarans, ac vero denuntians, ut supremi natura appetibilis divinissimæ dilectioni, omni conatu animum attendentes, per eam ingenti gaudio tum secum ipsi, tum cum omnibus, quoad ejus licet, pacis bonum indissolubili consertum nexu persequantur, quidquid in omnibus scandali est, pia aliorum in alios summaque animorum concordia auferentes. Quamobrem etiam mihi servo vestro in hoc enixe incubuit opera, ut quod prius lingua asseueram, id vero libens scripto consignarem, ad sanctitatis vestræ de mea fide securitatem, certamque ejus faciendam fidem, quidquid vobis de mea parvitate ex aliorum fraude suspicionis injectum erat, instituta defensione 59 amoliens. « Neque enim ferre possum, » quemadmodum ait Gregorius Theologus [k], « in me offendi aliquos, qui res nostras, tam recte, quam secus se habeant, sedulo explorant. Pulchrum enim est, nec peccando, nec laborando suspicione, quoad fieri possit ac ferat ratio, offendiculum aut scandalum vulgo ponere; quippe cum non ignoremus, quam certa, quamque atrox et acerba iis pœna constituta sit, qui unum ex pusillis scandalizaverint [k*], ab eo, qui mentiri nescit. »

Γνωρίζω τοίνυν τοῖς ἁγιωτάτοις ὑμῖν, ὡς οὐδαμῶς μοι πεφρόντηται πώποτε, κατὰ τὴν τῶν ἐπηρεαζόντων εἰσήγησιν ἡ τῶν ἀντιῤῥόπων καὶ ἐναντίων δογμάτων ὑπόληψις (x). Οὐδὲ γὰρ μίαν ἐν ταὐτῷ καὶ δύο, τουτέστι τρεῖς, κατ' αὐτοὺς, θελήσεις καὶ ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ὑμολογησάμην, ἢ συνεγραψάμην τὸ σύνολον. Θατέρῳ γὰρ θάτερον ἀνατρέπεται, πῆξιν οὐδεμίαν

Nova Monothelitarum opinio unius ac duplicis voluntatis et operationis. — Notum itaque sanctissimis vobis facio ac denuntio, mihi nunquam (ut per calumniam adversarii affingunt) æquipollentium ac contrariorum dogmatum opinionem, in mentem venisse. Non enim unam simul, duasque, id est, tres, ut illi opinantur, voluntates atque operationes in uno eodemque confessus sum, aut prorsus

[l] Psal. CXVIII, 165. [k] Orat. p. 2. [k*] Matth. XVIII, 6.

[m] Ed. Gregor. *εἴρῃ*.

NOTÆ.

indicare scriptam epistolam in ipsa Siciliæ insula, cum jam illud diverticulum sibi Monothelitæ quæsissent, ut et unam et duas in Christo operationes ponerent: quam conati sunt Maximo affingere, ac postea in eam illum trahere pro primi ejus exilii tempore, quando et ipsi Eugenii apocrisiarii in eam novam fidem sunt inducti. Videtur itaque Maximus voluisse, ut hanc Siculi ejus illibatæ fidei certum pignus haberent, ac cunctis illius obtrectatoribus opponerent, in qua non perinde cavillari liberum esset, ac in eis quæ ore tenus ad eos locutus esset. Sicque animo insinuat in proœmio. Titulus quem repræsentat Turr. *Epistola sancti Maximi ad sanctos Patres præpositos et monachos, et populos catholicos insulæ Siciliæ habitatores, contra eos qui unam in Christo operationem ponunt*, ab Antiquario palam adjectus est; quem ex aliis repræsento, ipsa sit Maximo apposita ἐπιγραφή: magis proinde probanda; uti etiam quam repræsento ex Dufrenii Codice ad Quæst. in Scripturam.

(x) *Τῶν ἀντιῤῥόπων καὶ ἐναντίων δογμάτων ὑπόληψις.* Sic Maximus novam Monothelitarum opinionem argute vocat, seu illorum damnatæ jam hæresis commentum et evasionem. Una itaque voluntate et operatione, una cum Ecthesi, Joanni IV ac cunctis Occident. necnon Sophronio Hierosolymorum episcopo, reprobata, hoc novatoribus successit, ut tanquam ἀντιῤῥόπον (*æquivalens, par, æquale*) unam, duasque eas dicerent: quod tamen Maximus contrarium esse contendit; ac ejusmodi, ut alterum alterum evertat. Non recte itaque Turr. *Nunquam me sensisse aut suspicatum esse de contrariis et repugantibus dogmatibus*, ut et infra, περὶ τῶν ἀντιῤῥόπων οὕτωσι καὶ ἐναντίων δογμάτων· *de contrariis dogmatibus*: ac si ambæ voces essent ejusdem prorsus significationis; quod longe est a vera Gramm. ἀντιῤῥοπον enim, ἰσόῤῥοπον est Suid. ἴσον, ἰσόσταθμον, ἰσόζυγον Hesych. quod perinde lancem trahit, ejusdemque ponderis est; a quo certe procul contrarii ratio est. Nec ii vero longe abesse a Monothelitarum illo genio videantur, qui nuper damnatarum Romæ propositionum acrius defensores, ac cum suo antistite, parum Thomistarum scholæ faventes, atque errantium albo, primo ipso ordine ascribentes, nunc sibi in uno Thoma, velut ei semper militaverint, præsidium quærunt: ac utinam vere quærant, ac quidquid de gratia senserint, ad illius normam, hinc plane erroris ac notæ perpetuo securi, componant. Ineptiunt enim, ni vere ἀσεβοῦντας quis malit dicere, nec magis Angelico præceptori quam ipsi Sedi apostolicæ, inque ea nuper præsidenti Alexandro VII injurii sunt, qui vel scioli vel procaces, vel invidi ac malevoli, obtinente ejus ipsius testimonio, damnatam sancti Thomæ ac Thomistarum in Jansenianam doctrinam deblaterant, aut etiam chartis illinunt atque evulgant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

scripsi. Alterum enim altero evertitur, nec ex naturalibus rationibus firmum aliquid habet, ut taceam id quod ita sentiunt, nullis veritatis testibus (nulla scilicet sanctorum Patrum auctoritate) fulciri. Nam si una, quomodo etiam duæ? Sin autem duæ, *quomodo* etiam una? ac quænam hæc? quæve nuncupata? Quo cum etiam ex ejus ratione ejusdem essentiæ ac naturæ est?

Si enim dicant, cum Patre, duplicem inde divinam introducunt operationem; siquidem non idcirco tertiam illam, quam finxerunt, statuunt operationem, ut ejusdem naturales operationes (divinam scilicet atque humanam) aboleant. Si enim non ut aboleant, ac quod sublatas velint, patet confiteri eos duas ejusdem divinas operationes, naturalem ac personalem. Si vero duas, plane distinctas : ex quo rursus sequitur eos plures deos sentire, quippe cum diversa atque distincta, non eadem natura intelligatur, divina in Patre Filioque operatio. Nec plures solummodo deos opinari, sed jam ne ullum quidem, ut qui nulla Filium divina præditum voluntate asserant; quippe cum naturam atque personam, cum utriusque proprietatibus misceant, idemque sentire noscantur cum Sabellio; sic nimirum Filium describentes, ut amborum ratione (tum scilicet naturæ, tum personæ) cum Patre communicet; quod ab Ecclesiæ catholicæ sensu alienum est; ut taceam Patre et Patrem natura patibilem ac incarnatum, id est, factum hominem, pari illa cum Filio miraculorum passionumque operatione; siquidem **60** exceptis miraculis et passionibus, nihil aliud Filium operari aiunt, per illam sic ab eis, uti dicebam, confictam tertiam operationem; quam etiam, præter naturalem divinam, communem cum Patre unigenitum Verbum habere affirmant.

Quod si his in angustum compulsi, statuunt Filium hujus vi tertiæ operationis, haud quidem cum æterno Patre communicare, secus vero cum intemerata Matre; duas hic quoque creatas, id est, humanas, illi tribuunt operationes (naturalem rursus et personalem) utriusque nimirum ratione alienum eum a Deo et Patre statuentes, inque Arii dissectionem manibus pedibusque euntes, per Unigeniti utraque operatione perfectam a Patre, eorum sententia, dissociationem. Quin nos quoque miraculo-

A ἔχον τὴν ἐκ λογισμῶν φυσικῶν· πρὸς τὸ καὶ ἀμάρτυρον εἶναι τὸ τοιοῦτον δόγμα τοῖς ἀληθείας, ἤγουν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν. Εἰ γὰρ μία, πῶς καὶ δύο· εἰ δὲ δύο, πῶς καὶ μία; καὶ τίς αὕτη; καὶ πῶς λεγομένη; καὶ τίνι κατ' αὐτὴν ὁμοεργής, εἴτουν ὁμοούσιος, ὁ σαρκωθεὶς καθέστηκε Λόγος; Verbum incarnatum ejusdem operationis, hoc est,

Εἰ μὲν γὰρ τῷ Πατρὶ φήσειαν [61], διπλῆν ἐντεῦθεν εἰσάγουσι τὴν θείαν ἐνέργειαν· εἴπερ μὴ ἐπ' ἀναιρέσει τῶν δύο τοῦ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, τῆς θείας λέγω καὶ τῆς ἀνθρωπίνης, διομολογοῦσι τὴν πλαττομένην αὐτοῖς τρίτην ἐνέργειαν. Εἰ γὰρ μὴ ἐπ' ἀναιρέσει, δῆλον ὡς δύο τοῦ αὐτοῦ τὰς θεϊκὰς ἐνεργείας προεσθεύουσι· φυσικὴν καὶ ὑποστατικήν. Εἰ δὲ δύο, διαφόρους πάντως· κἀντεῦθεν πολύθεον τὴν οἰκείαν ὑπόληψιν, ὡς ἐν ἑτερότητι καὶ οὐ ταυ- B τότητι φυσικῇ γνωριζομένης αὐτοῖς, τῆς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ θεϊκῆς ἐνεργείας. Καὶ οὐ πολύθεον μόνον τὴν δόξαν· ἀλλ' ἤδη καὶ ἄθεον· ὡς οὐδεμίαν θεϊκὴν ἐνέργειαν ἔχειν κατασκευάζοντες τὸν Υἱόν, ἃ τε δὴ φύσιν καὶ ὑπόστασιν ἀλλήλοις συμφύροντες, μετὰ τῶν ἑκατέρας ἰδιωμάτων· καὶ ταυτὸν σὺν Σαβελλίῳ γνωρίζοντες, ὡς καθ' ἑκατέραν τῷ Πατρὶ κοινωνοῦντα, φύσιν τε λέγω καὶ ὑπόστασιν (y), τὸν Υἱὸν ὑπογράφοντες, ὅπερ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐστὶν ἀλλότριον· ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ φύσει παθητὸν τὸν Πατέρα καὶ σεσαρκωμένον, εἴτουν ἐνανθρωπήσαντα, τῇ πρὸς τὸν Υἱὸν ὁμοεργίᾳ, τῶν τε θαυμάτων ὁμοίως καὶ παθημάτων. Εἴ γε μὴ ἄλλο τι παρὰ τὰ θαύματα καὶ τὰ πάθη φασὶν ἐνεργεῖν τὸν Υἱὸν, κατὰ τὴν, ὡς εἴρηται, πλαττομένην αὐτοῖς C τρί-την ἐνέργειαν· ἣ καὶ κοινωνεῖν, πρὸς τῇ κατὰ φύσιν θείᾳ, τῷ Πατρὶ τὸν μονογενῆ Λόγον ὑπαγορεύουσιν.

Εἰ δὲ τούτοις στενοχωρούμενοι, μὴ τῷ ἀνάρχῳ μὲν Πατρὶ· τῇ δὲ ἀχράντῳ μητρὶ (z) κοινωνεῖν κατὰ ταύτην ὁρίζονται τὸν Υἱὸν τὴν τρίτην ἐνέργειαν, δύο κάνταῦθα παρέχουσιν αὐτῷ κτιστὰς, ἤγουν ἀνθρωπικὰς ἐνεργείας· φυσικὴν αὖθις καὶ ὑποστατικήν· ἀλλοτριοῦντες αὐτὸν δηλαδὴ, καθ' ἑκατέραν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· καὶ τῇ Ἀρείου συνεκφερόμενοι διατομῇ, κατὰ τὴν ἐν ἀμφοτέραις ἐνεργείαις τοῦ Μονογενοῦς πρὸς τὸν Πατέρα τελείαν κατ' αὐτοὺς ἀποξένωσιν. Ὅπου γε καὶ ἡμᾶς θαυματουργοὺς,

[61] Fr. φήσοιεν.

NOTÆ.

(y) *Φύσιν τε λέγω καὶ ὑπόστασιν.* Istud, quod superioris explicatio est, τοῦ καθ' ἑκατέραν, *secundum utrumque naturam scilicet et personam;* Turr. velut absolutum facit relatum ad ὑπογράφοντες, quo mihi ejus propositio non ferenda videtur, dum sic scribit, quasi Maximi sententiam reddens. *Describentes, inquam, Filium esse naturam et hypostasim, quod est ab Ecclesia alienum.* Ego non sic didici, nec me docuit Maximus; imo hunc Ecclesiæ catholicæ sensum accepi: nulla enim naturæ et hypostasis in Filio oppositio, ut non Catholice utrumque dici debeat, etsi idem duntaxat ratione naturæ cum Patre communicet, non ratione personæ; unumque hoc alienum dicat Maximus ab D Ecclesia catholica, id est, cum eo communicare ratione utriusque, quod est personalem amborum oppositionem, ac proinde distinctionem, Sabelliano errore, tollere. Sic pronum in theologia, ex verbis incaute prolatis, in hæresim incidere, aut certe hæreticam pro Catholica propositionem dare.

(z) *Τῇ δὲ ἀχράντῳ Μητρὶ.* Turr. quod est adversative, quasi conjunctive ponit, *et cum Matre Virgine;* quod forte error typorum est, pro, *sed;* ut et quod paulo post sequitur, impugnando tertiam illam totius seu personæ operationem, ὅπερ ἀδύνατον· *quod est possibile,* pro *impossibile.* Potuit Jac. Gretseri edendo sodalis posthumum hoc opus, seduliar opera elucere.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀλλ' οὐχὶ μόνον φύσει παθητοὺς ἀποφαίνουσιν· εἴ γε τῇ τρίτῃ κατ' αὐτοὺς, ἢ ὡς ἐκείνοις φίλον καλεῖν, τῇ τοῦ ὅλου, τουτέστιν, τῇ τῆς ὑποστάσεως ἐνεργείᾳ, τὸ συγγενὲς πρὸς ἡμᾶς ἀποσώζειν φασὶ τὸν Χριστόν· καθ' ἣν ἑκουσίως, οὐ τὴν πεῖραν μόνον προπέμενον τῶν παθημάτων, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν τῶν θαυμάτων ἐπιδεικνύμενον, τοῦτον εἰκότως ἐπιγνώσκουσιν, ὅπερ ἀδύνατον. Οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἢ θέλησιν, ἢ φύσιν τὸ τυχὸν, θείαν ἐν ταὐτῷ καὶ ἀνθρωπίνην ὑπάρχειν· ἢ ἄκτιστον, καὶ κτιστόν· ἢ ἄναρχον, καὶ ἠργμένην· ἢ σύνθετον, καὶ ἀσύνθετον· ἵνα τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ πρὸς ἑκάτερον, τόν τε Πατέρα φημὶ καὶ τὴν Μητέρα, τὸ συγγενὲς ἀποσώζῃ φύσει καὶ ἀπαράλλακτον ὁ Υἱός ἢ τὰ ἑκάτερα δρᾷ κατὰ τὴν αὐτὴν, τά τε θεῖα λέγω φύσει καὶ τὰ ἀνθρώπινα. Τοῦτο γὰρ οὐδ' ἂν οἱ τοὺς τραγελάφους πλάττοντες ἐννοήσαιεν.

Εἰ δὲ ἀδύνατον, τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἢ θέλησιν, ἢ φύσιν, θείαν ἐν ταὐτῷ φύσει τυγχάνειν καὶ ἀνθρωπίνην· ἢ κατὰ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἑκατέρως, Πατρί φημι καὶ Μητρὶ κοινωνεῖν, ἢ ἑκάτερα δρᾷν, τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα τὸν Υἱόν· προσῳκὼς δὲ μᾶλλον, ὡς εἴρηται· τῇ μὲν θείᾳ, τὰ θεῖα, τῇ δὲ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπίνῃ, τὰ ἀνθρώπινα· μετὰ μέντοι τῆς θατέρου κοινωνίας καὶ συμφυΐας, ἀλλ' οὐ διῃρημένως· ἆρα καὶ ἀνώνυμος ὡς ἀνύπαρκτος, ἢ τρίτη κατ' ἐκείνους ἐνέργεια, μηδενὶ κυρουμένη λόγῳ τε θείῳ, καὶ Πατρὶ παντελῶς.

Καὶ τί τῷ ὅλῳ παρέχομεν, φασὶν, εἰ μὴ τὴν μίαν ὡς ἑνὶ τῷ ὅλῳ διὰ τὴν ἕνωσιν διδοῦμεν ἐνέργειαν; ἀλλ' ἠγνόησαν, ὅ τι καὶ λέγουσιν, οἱ ταῦτα προφέροντες. Οἰόμενοι γὰρ ἄλλο τι τὸ ὅλον εἶναι παρὰ τὰ αὐτοῦ εἰκεῖα μέρη, ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς συνέστηκεν, ἰσχυρίζονταί πως ὀφείλειν, οὐκ ἐξ ἀποδείξεως, ἀλλ' ἀποφάνσεως, καὶ ἄλλο τι παρὰ τὸ κατὰ φύσιν τοῖς μέρεσιν ἐνυπάρχον, τῷ ὅλῳ προστάπτειν ὡς ὅλῳ· φημὶ δὴ, τὴν μίαν ἐνέργειαν. Δείξουσιν οὖν πρότερον, ἑτέραν παρὰ τὴν τῶν οἰκείων μερῶν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ ὅλον· καὶ εἶθ' οὕτως αὐτῷ καὶ ἑτέραν, ὡς ὅλῳ, παρὰ τὰς ἐνυπαρχούσας τοῖς μέρεσιν οὐσιώδεις ἐνεργείας, προσνέμωσιν αὖθις ἐνέργειαν. Εἰ δὲ μὴ ἑτέραν κατὰ φύσιν ὕπαρξιν, οὐδ' ἑτέραν ὀφείλουσι κατὰ φύσιν ἐνέργειαν τῷ ὅλῳ παρὰ τὰς τῶν μερῶν ἀποδώσωσιν. Ἑκάτερα γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Χριστός· Θεὸς γὰρ φύσει καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός· τὰ ἑκατέρας ἴδια φύσεως κατὰ φύσιν ἔχει· τήν τε θείαν φημὶ θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην θέλησιν καὶ ἐνέργειαν· ἀλλ' οὐχὶ μίαν γοῦν, ἐπ' ἀναιρέσει τῶν δύο κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν· ἢ ἄλλην πρὸς ταῖς δυσὶ κατὰ φύσιν· τουτέστι, τρεῖς ἐνεργείας τε καὶ θελήσεις.

Ἑκατέραν τοίνυν, ὥσπερ οὐσίαν, οὕτω καὶ ἑκατέραν οὐσιώδη θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, τῷ αὐτῷ

A rum effectores, non vero solum natura patibiles, asserunt; siquidem penes tertiam illis invectam operationem, vel (ut ipsi libentes vocant) quæ sit totius (id est, personæ) operatio, aiunt constare Christo nobiscum affinitatem; secundum quam voluntarie, non solum passionum eum sensum admittere ac periculum, haud immerito agnoscunt, verum etiam miraculorum exhibere potentiam, quod plane impossibile est. Non enim fieri potest, ut una eademque operatio, sive voluntas aut omnino natura, simul et semel divina sit atque humana, aut creata et increata, vel principii expers ac cœpta, aut composita et compositione vacans; ut eadem ipsa unaque Filius cum ambobus (Patre scilicet et Matre) naturalem ac invariabilem affinitatem retineat, aut per eamdem utraque operetur, tum quæ natura divina sunt, tum quæ humana. Hoc namque nec iis qui hircocervos fingunt, unquam in animum venerit.

B

Sin autem fieri non potest, ut una eademque operatio, vel voluntas, aut natura, divina simul natura sit et humana, vel ut Filius secundum unam eamdemque operationem cum ambobus (Patre scilicet ac Matre) communionem habeat, aut utraque operetur divina pariter atque humana; quin potius pro cujusque apte ratione, uti dictum est; divina quidem, divina; humana autem, humana, cum alterius tamen communione ac cohæsione; sed non divise: ergo etiam nulla vel nomine, ut quæ nec vere sit, tertia illorum operatio est, quam divina **61** nulla auctoritas ac Scriptura, nemoque prorsus Patrum statuat.

C

Quid vero, inquiunt, toti præbebimus, nisi unam illi ut uni unionis causa operationem tribuamus? Verum ignorant id ipsum quod loquuntur, qui hæc enuntiant. Existimantes enim aliud quid esse totum præter ejus proprias partes, ex quibus et in quibus consistit; non velut id certa ratione probent, sed quasi ipsi pro arbitrio sententiam ferant, necesse affirmant, ut et aliud quid præter id quod partibus natura inest, toti ut totum est (una scilicet operatio) adjungatur. Ostendant igitur prius, aliam totum exsistentiam habere ac substantiam, quam quæ suarum est partium; sicque ei ut toti, præter essentiales operationes quæ partibus insunt, aliam rursus operationem tribuant. Sin autem non aliam naturalem exsistentiam ac substantiam tribuunt, nec utique naturalem aliam operationem, quam quæ partium sunt, toti ascribant. Cum enim Christus utrumque sit per naturam (idem enim Deus est et homo natura) quæ utriusque naturæ propria sunt, hæc habet; tum nempe divinam voluntatem ac operationem, tum et humanam itidem; at non unam duntaxat, qua naturalis duplex operatio perimatur; aut aliam præter duas naturales, quo tres ejus operationes ac voluntates exsistant.

D

Quemadmodum igitur utramque essentiam, sic et essentialem voluntatem ac operationem, uni ci-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

demque Christo natura tribuimus. Quanquam enim ejus partium distinctionem considerantes, ejus divinitati divina, atque ejus humanitati humana convenienter ascribimus; ob unionem tamen, quæ sunt propria utriusque naturæ, utrique vicissim ac reciproca commutatione adjungimus. Ex quo est, ut et Deum patibilem adversus peccatum dicamus, et carnem « assumptam unctam deitate, idque deificam, quod id a quo uncta est; ausimque dicere, æque Deum » (ὁμόθεον) ut Gregorius Theologus loquitur; « nec divina divine operatum; » nec carnem enim anima intelligente præditam, idque personaliter unitam; non nuda deitate, ut Arius : « nec humana more hominis; quippe infinitæ virtutis licentia, non ulli necessitati obnoxium. Non enim velut in nobis, quod Verbum assumpta carne passione defungebatur, pœnæ solutio erat, sed quam nostri causa eximanitionem elegerat. Eidem tamen ut toti, unique ac **62** soli Christo natura quæ sunt naturarum, ex quibus exsistit, universa tribuimus, uno duntaxat excepto peccato : quo fit, ut patibilem eumdem et non patibilem, increatum et creatum, circumscriptum et incircumscriptum, terrenum et cœlestem, aspectabilem et qui mente intelligatur, qui capiatur et a nullo, quod natura est, capi possit, confitemur. Sin autem rursus his circumscripti atque explosi, effectum duarum ejus naturalium operationum, quæ scilicet Salvator Deus in homines divina signa ederet; ut est resurrectio, vel assumptio, vel leprosi mundatio, sive aliud quid ejusmodi portentorum patrabat, unam eamdemque operationem esse dicant, ne sic quidem bonæ speciem rationis habet, quod dicunt. Non enim unum Salvatoris divinum signum, sed et plura et infinita scimus, de quibus ait summus ille theologus Joannes, *Si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere libros, qui scribendi sunt* [1].

Præterea, si ex iis quæ extra sunt, nec in alio quopiam (nedum in ipso, qui est super omnia, Dei Verbo nostri causa incarnato) essentialem prorsus rei substantiam novimus, sed ex naturalibus in ipso exsistentibus ac insignientibus proprietatibus (perindeque dicas, naturalibus voluntatibus et operationibus) agnoscimus : alioqui sane etiam fabrum definiant, animal lignarium, non vero rationale neque mortale, cujus naturam ex sede puta aut scabello declarent, non ex proprietatibus ad essen-

καὶ μόνῳ Χριστῷ κατὰ φύσιν προσνέμομεν. Εἰ γὰρ καὶ τὴν διαφορὰν τοῦ αὐτοῦ μερῶν θεωροῦντες, τῇ θεότητι τοῦ αὐτοῦ τὰ θεῖα, καὶ τῇ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητι τὰ ἀνθρώπινα προσφόρως παρέχομεν· ἐμπαλιν δὲ διὰ τὴν ἕνωσιν, τὰ ἑκατέρας ἴδια φύσεως κατὰ ἀντίδοσιν τῇ ἑτέρᾳ προσάπτομεν· ἐξ οὗ καὶ θεὸν παθητὸν κατὰ τῆς ἁμαρτίας φαμὲν καὶ σάρκα « προσειλημμένην καὶ γενομένην ὅπερ τὸ χρίσαν· καὶ θαῤῥῶ λέγειν, ὁμόθεον, » κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον [59]· οὔτε κατὰ Θεὸν τὰ θεῖα δράσαντα· » διὰ σαρκὸς γὰρ, νοερῶς ἐψυχωμένης, καὶ ἐνωθείσης αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν [60]· ἀλλ' οὐ γυμνῇ θεότητι, καθὼς τὸ πρότερον· « οὔτε τὰ ἀνθρώπινα κατὰ ἄνθρωπον· » κατ' ἐξουσίαν ἀπειροδύναμον, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκῃ ὑπεύθυνον. Οὐ γὰρ ἔκτισις ἦν, ὡς ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ κίνωσις ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ σαρκωθέντος Λόγου τὸ πάθος. Ὅμως δ' οὖν ὡς ὅλῳ τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ Χριστῷ κατὰ φύσιν, ὅλα παρέχομεν τὰ τῶν, ἐξ ὧν ἐστι, φύσεων, μόνης δίχα τῆς ἁμαρτίας· διὸ καὶ παθητὸν καὶ ἀπαθῆ τὸν αὐτόν· ἄκτιστον καὶ κτιστόν· περιγραπτὸν καὶ ἀπερίγραπτον· ἐπίγειον καὶ οὐράνιον· ὁρώμενον καὶ νοούμενον· χωρητὸν καὶ ἀχώρητον κατὰ τὴν φύσιν, ὁμολογοῦμεν. Εἰ δὲ τούτοις αὖθις περιγραφόμενοι τὸ ἀποτέλεσμα τῶν δύο τοῦ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, τουτέστι, τὴν εἰς ἄλλους [ἀνθρώπους] τῷ Σωτῆρι Θεῷ γιγνομένην θεοσημείαν (*a*)· οἷον, τὴν ἀνάστασιν, ἢ τὴν ἀνάληψιν, ἢ τὴν κάθαρσιν, ἤ τι τῶν τοιούτων τερατουργημάτων, ἐνέργειαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν φασὶν, οὐδ' οὕτως εὐάφορμος ἐκείνοις ὁ λόγος. Οὐδὲ γὰρ μίαν ἴσμεν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς καὶ ἀπείρους τὰς τοῦ Σωτῆρος Θεοσημείας, περὶ ὧν φησιν ὁ Θεολογικώτατος Ἰωάννης, *Ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδ' αὐτὸν οἶμαι χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία τὸν τῆδε κόσμον.*

Ἔπειτα καὶ τοῖς ἐκτὸς γινομένοις, οὔτε ἐπ' ἄλλου μέν τινος τῶν ὄντων, μή τί γε δεῖ λέγειν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα Θεοῦ λόγου δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος, τὴν οὐσιώδη παντελῶς ἐπιγινώσκομεν ὕπαρξιν· ἀλλ' οἷς αὐτὸς ἐν αὐτῷ χαρακτηρίζεται φυσικοῖς ἰδιώμασι· ταυτὸν δὲ φάναι θελήσεσι φυσικαῖς καὶ ἐνεργείαις· ἢ οὕτω δ' ἄν, καὶ τὸν τέκτονα ζῶον ξυλουργὸν, ἀλλ' οὐ λογικὸν, οὐδὲ θνητόν· ὁρίσοιντο ἄν, τὴν τούτου φύσιν ἐκ τοῦ θώκου τυχὸν, ἢ τοῦ σκίμποδος, ἀλλ' οὐ τῶν οὐσιωδῶς

[1] Joan. xxi, 25.

[59] Orat 42. [60] Dionys., epist. 4, ad Caium.

NOTÆ.

(*a*) *Τὴν εἰς ἄλλους γιγνομένην θεοσημείαν.* Sic quoque Turrian. *Miraculum a Salvatore Deo factum aliis.* Mihi tamen non suadeo, quin legam, εἰς ἀνθρώπους. Nam quæ exempla ponit Maximus, τὴν ἀνάστασιν, τὴν ἀνάληψιν· *resurrectionem in cœlum receptionem*, secundum ejus verum et planum sensum, ipsa vere divina signa et miracula, non εἰς ἄλλους exhibita dici possint *in alios;* bene tamen εἰς ἀνθρώπους, *in homines :* nam et ipse vere homo Salvator Deus, sic virtute divinitatis suæ ... tatus, ut Paulus testis est, et in cœlum levatus. Decoquit Turrianus. Qui de aliorum suscitatione et curatione exponeret (nam et ἀνάληψις probatis auctoribus et grammaticis θεραπεία est, et ἀνάῤῥωσις) nihil quidem is peccaret retinendo εἰς ἄλλους, quod et mihi primum placuerat : sed id duriusculum, et remotius a Maximi ecclesiastica styli simplicitate, qua libenter sacris ipsis ac receptis vocibus utatur : alias proclive admodum mutari τὸ ἀνοῦ breviatum, quod est, ἀνθρώπους, in ἄλλους.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

συνεστώντων αὐτὴν ἰδιωμάτων γνωρίζοντες· ὅπερ A κὰν ἐννοεῖν, ἀμαθές. Ὅθεν φύσει Θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν κυρίως, οὐχ ἑτέρωθεν ὄντα διαγινώσκομεν, ἢ ἐκ τῶν θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς χαρακτηριζόντων αὐτὸν, ἀμφοτέρων ἰδιωμάτων· τῆς τε θείας, ὡς ἔφην, θελήσεως καὶ ἐνεργείας, καὶ τῆς ἀνθρωπικῆς τοῦ αὐτοῦ θελήσεως καὶ ἐνεργείας· αἷς, καὶ δι' ὧν, ὃ ἦν καὶ γέγονεν ἐπισφραγίζει· θαυματουργῶν μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς ὡς Θεὸς ἑκουσίως· πάσχων δὲ δι' ἡμᾶς ὁ αὐτὸς ἑκουσίως ὡς ἄνθρωπος· ὡς οὐκ ἄλλο τι παρὰ τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶ γνωριζόμενος, οἷόν τι νόθον καὶ μεταίχμιον, ἤγουν τρίτον ἀποτέλεσμα, κατὰ τὴν τῶν ἡμιόνων παράδειξιν· ὡς ἡ τῶν κενολόγων [81] αἱρετικῶν μυθοπλαστία τερατολογεῖ, τοῦ εὐσεβοῦς ἀποσφαλεῖσα τῶν ἁγίων Πατέρων κηρύγματος ἀλλ' αὐτὰ κατ' ἀλήθειαν κυρίως B ὄν, τὰ ἐξ ὧν, καὶ ἐν οἷς κατ' ἀλήθειαν κυρίως ἐστίν. Ἐκ θεότητος γὰρ καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι κατὰ φύσιν ὑπάρχων, Θεὸς φύσει καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ Χριστός· καὶ ἄλλο τὸ παράπαν οὐδέν.

Καὶ πῶς, φασὶ, Κύριλλος ὁ σοφὸς μέσην τινὰ τάξιν τῶν ἐπὶ Χριστοῦ φωνῶν διαγορεύει φρονεῖν, οὕτως πρὸς Ἀκάκιον γράφων· « Αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν φωνῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεῖς· αἱ δὲ, οὕτω πάλιν ἀνθρωποπρεπεῖς· αἱ δὲ μέσην τινὰ τάξιν ἔχουσι [82]. Καὶ τί τοῦτο συμβαλεῖταί ποτ' ἂν ἐκείνοις πρὸς τὴν οἰκείαν ὑπόληψιν; » Οὐ γὰρ ἐκ μεταβολῆς, ἢ ἀποβολῆς τῶν ἄκρων, θεότητός φημι τοῦ Χριστοῦ C καὶ ἀνθρωπότητος· ἢ θείας τοῦ αὐτοῦ καὶ ἀνθρωπίνης θελήσεως καὶ ἐνεργείας, ἕτερόν τι μέσον, ἤγουν μεταίχμιον ἀποτέλεσμα, μηδετέρᾳ φύσει τῶν ἐξ ὧν ἐστι κοινωνοῦν· ἢ πάλιν, ἐνέργειάν τινα σύνθετον ὄντα κατ' αὐτοὺς, ἢ ἔχοντα παραδίδωσιν ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ὅτι ταῦτα μὲν κυρίως ἐστὶ, τὰ ἐξ ὧν ἐστιν· οὐ διῃρημένως δὲ ταῦτα κατονομάζεται· ὁμοῦ δὲ, καὶ ἐν ταυτῷ τούτων ἑκάτερον, ὡς εἷς ὢν καὶ μόνος ὁ Χριστός. Καὶ μαρτυρεῖ περὶ τούτων αὐτὸς ὑπεραπολογούμενος τῶν Ἀνατολικῶν ἐπισκόπων, καὶ γράφων πρὸς Ἀκάκιον οὕτως, « Οἱ δέ γε κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ, μερίζουσι μὲν κατ' οὐδένα τρόπον τὰ ἡνωμένα· διαιρεῖσθαι δὲ μόνα διατείνονται τὰς ἐπὶ τοῦ Κυρίου φωνάς· πρέπειν τε τὰς μὲν τῇ θεότητι αὐτοῦ, τὰς δὲ τῇ αὐτοῦ D πάλιν ἀνθρωπότητι. Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος· εἶναι δέ φασι καὶ ἑτέρας κοινοποιηθείσας τρόπον τινὰ, καὶ οἷον ἐπ' ἄμφω βλεπούσας· θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα λέγω· οἷόν τί φημι, αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν φωνῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεῖς, αἱ δὲ οὕτω πάλιν ἀνθρωποπρεπεῖς· αἱ δὲ μέσην τινὰ τάξιν ἔχουσιν [83], ἐμφανίζουσαι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Θεὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον ὁμοῦ τε καὶ ἐν ταὐτῷ. » Δέδειχε τοιγαροῦν ἡμῖν ὁ διδάσκαλος, μέσην τάξιν εἶναι φωνῶν, οὐχ ἕτερόν τι τὸν Χριστὸν εἶναι σημαινουσῶν παρὰ τὰ ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶν, ὡς τινες ὑπειλήφασιν· ἀλλὰ τὸν Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον

tiam spectantibus ac eam constituentibus; quod vel cogitare, inscitia est. Unde naturam Deum, eumdemque vere ac proprie hominem, non aliunde quam ex proprietatibus naturæ insitis, quibus divina simul humanaque ratione insigniatur (tum scilicet ex divina, ut dixi, voluntate et operatione, tum ex humana ejusdem voluntate et operatione) dignoscimus; quibus ac per quas, quod erat factusque est, obsignat; edens sponte miracula, ut Deus, humanaque majore potestate; idemque sponte patiens, ut homo, nostri causa: velut nimirum qui non aliud quid, præter ea ex quibus et in quibus ac quæ exsistit, esse noscatur, ceu fere quid spurium mediumque (id est, tertium quid ac anceps mulorum instar) effectus, ut hæreticorum vana loquentium fabulosa loquacitas, a sanctorum Patrum pia prædicatione devia, monstrose comminiscitur; **63** sed illa ipsa revera proprie exsistat, ex quibus et in quibus revera proprie est. Ex deitate enim et humanitate, atque in deitate et humanitate natura exsistens, Deus natura et homo, nec prorsus quidquam aliud, Christus est.

Et quomodo, inquiunt, sapientissimus Cyrillus medium quemdam ordinem vocum in Christo se sentire profitetur, in hæc verba ad Acacium scribens: « Inter voces, quæ Christo tribuuntur, quædam divinitati potissimum conveniunt; aliæ autem magis ad humanitatem pertinent: aliæ denique quasi medium quemdam ordinem obtinent. » Quid vero hoc unquam, quo suam tueantur opinionem, illis contulerit? Non enim ex mutatione, aut repudio ac amissione extremorum Christi (scilicet deitatis ac humanitatis, sive divinæ ejus atque humanæ voluntatis ac operationis) aliud quid medium, sive interjectum effectum, cum neutra partium ex quibus est, communicantem; aut qui rursus in eorum sententia, operatio quædam composita sit, vel ea præditus; quibus sic loquitur, nobis tradit Cyrillus; sed, esse eum vere, ea, ex quibus est; haud tamen ea seorsim divisisque partibus vocari, sed simul utraque, ut qui unus Christus ac singularis sit. Testatur hæc ipse, cum orientales episcopos defendens, in hæc verba ad Acacium scribit: « At vero Antiocheni fratres, quæ quidem inter se unita sunt, nullo pacto distrahunt: sed solas voces, quæ de Christo dicuntur, secernendas contendunt; atque alias quidem ejus divinitati, alias vero ejus rursus humanitati congruere. Idem enim Deus et homo est. Addunt nihilominus quasdam esse quodammodo communes, et velut ad utramque naturam spectantes, divinitatem scilicet et humanitatem. Quod dico, ejusmodi est. Inter voces, quæ Christo tribuuntur, quædam divinitati potissimum conveniunt; aliæ autem magis ad humanitatem pertinent: aliæ denique quasi mediæ sunt, quæ Filium Dei, Deum et hominem simul esse declarent. » Ostendit igitur nobis ille esse mediam classem

[81] Fr. κενολογούντων. [82] Ed. ἐπέχουσι. [83] ἐπέχουσι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vocum, non quæ significent esse Christum aliud quid, præter illa ex quibus, et in quibus, ac quæ est, ut quidam opinati sunt; sed quæ eumdem Deum esse atque hominem natura ostendant. Hisque probandis, divinas affert Scripturas, ita loquens: « Et enim cum Philippo dicit: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Qui vidit me, vidit et Patrem* [m]; et: *Ego, et Pater unum sumus* [n]: vocem **64** divinitati maxime convenientem proferre affirmamus. Cum vero Judæorum turbas increpans, ait: *Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ utique faceretis. Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis: hoc Avraham non fecit* [o]: ejusmodi exponere dicimus, quæ homini proprie competunt. Verumtamen hoc ita accipiendum est, ut et illæ quæ Divinitati conveniunt, et illæ rursus quæ ad humanitatem pertinent, uni tantum Filio ascribantur. Medias autem voces illas esse asseveramus, ut cum beatus Paulus scribit: *Jesus Christus heri, et hodie; idem et in sæcula* [p]. Et rursus: *Unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos ex ipso: et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* [q]. Ac rursus: *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen* [r]. En enim, en, nominato Christo Jesu, eumdem illum heri et hodie esse dicit, et in sæcula; ac per illum facta esse omnia. Illum quoque qui ex Judæis secundum carnem, Deum super omnia appellat; quin et in sæcula benedictum, Amen, dicit. Ne in his igitur, quæ de Domino dicuntur, voces diviseris. Simul enim complectuntur, et quod Deo convenit, et quod homini. Quin potius illas tanquam uni, Filio tribue, nempe Deo Verbo incarnato. » His verbis Spiritus, docuit nos doctor, ipsas quoque medias voces nihil penitus aliud in Christo significare, quam quod Deum simul, atque hominem deceat: unde et illi has indivise tribuendas jubet, ut qui Deus idem et homo, nec aliud prorsus quidquam, uti dicebam, exsistat.

Atqui ipse quoque unam, inquiunt, in Christo confitetur operationem. Sic enim ait, Joannem evangelistam exponens: « Ac sane, cum archisynagogi puellam excitavit, dicens: *Puella, surge;* tenuit manum ejus, sicut scriptum est [r*]: vitam quidem reddens jussu omnium opifice, tanquam Deus; ac rursus reddens vitam, etiam tactu propriæ carnis, unam atque affinem amborum munere operationem edens. » Verum hoc quoque sane apertam nimis habet doctoris sententiam; haud scilicet unam ipsum, ambarum, ex quibus unus ac singularis Christus, substantiarum, ut quidam putaverint, statuere operationem; siquidem ad Hermiam pronuntiat, dicens: « Operabuntur **65** enim simili-

A τὸν αὐτὸν κατὰ φύσιν ὑπάρχειν. Καὶ παρακομίζει πρὸς ἀπόδειξιν τούτων τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς οὕτωσὶ φάσκων· « Ὅταν μὲν τῷ Φιλίππῳ λέγῃ, *Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ ἐστιν; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα·* καὶ, *Ἐγὼ, καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἐσμέν,* θεωπρεπεστάτην εἶναι διαβεβαιούμεθα τὴν φωνήν. Ὅτε δὲ τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἐπιπλήττει δήμοις, ἐκεῖνο λέγων, *Εἰ τέκνα ἦτε τοῦ Ἀβραὰμ, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν· νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν·* ἀνθρωποπρεπῶς εἰρῆσθαι τὰ τοιαῦτά φαμεν. Ἰλὴν τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ τὰς θεοπρεπεῖς, καὶ μέντοι τὰς ἀνθρωπίνας. B Μέσας δὲ εἶναι φωνὰς ἐκείνας διαβεβαιούμεθα, οἷον, ὅταν ὁ μακάριος γράφῃ Παῦλος, *Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.* Καὶ πάλιν· *Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ.* Καὶ πάλιν· *Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.* Ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ Χριστὸν Ἰησοῦν ὁ ὀνομάσας, χθὲς καὶ σήμερον τὸν αὐτὸν εἶναί φησι, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ δι' αὐτοῦ γενέσθαι τὰ πάντα· καὶ τὸν κατὰ σάρκα ἐξ Ἰουδαίων, ἐπὶ πάντας ὀνομάζει Θεόν· καὶ μὴν εὐλογητὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. Μὴ τοίνυν διέλῃς ἐν τούτοις τὰς C ἐπὶ τοῦ Κυρίου φωνάς. Ἔχουσι γὰρ ἐν ταυτῷ τὸ θεοπρεπὲς καὶ ἀνθρώπινον· ἐφάρμοσον δὲ μᾶλλον αὐτὰς ὡς ἑνὶ τῷ Υἱῷ, τουτέστι, Θεῷ Λόγῳ σεσαρκωμένῳ. » Τούτοις δὴ τοῖς λόγοις τοῦ Πνεύματος καὶ αὐτὰς ἡμῖν ἀποδέδειχεν ὁ Διδάσκαλος τὰς μέσας φωνὰς, μηδὲν καθοτιοῦν ἕτερον ἐπὶ Χριστοῦ σημαινούσας, ἢ τὸ θεοπρεπὲς ἐν ταὐτῷ καὶ τὸ ἀνθρώπινον· ὅθεν αὐτῷ ταύτας καὶ ἐφαρμόζειν ἀδιαιρέτως παρακελεύεται δεῖν, ὡς Θεῷ τῷ αὐτῷ, καὶ ἀνθρώπῳ φύσει τυγχάνοντι· καὶ ἄλλο τὸ παράπαν, ὡς ἔφην, οὐδέν.

Καὶ μὴν ἐπὶ Χριστοῦ, φασὶ, μίαν καὐτὸς ὁμολογεῖ τὴν ἐνέργειαν. Οὕτω γὰρ τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἑρμηνεύων διέξεισι [s*], « Καὶ γοῦν, ὅτε τοῦ Ἀρχισυναγώγου τὸ κόριον διανίστη, λέγων· *Ἡ παῖς, ἔγειρου·* ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς, καθὼς D γέγραπται· ζωοποιῶν μὲν ὡς Θεὸς, τῷ παντουργῷ προστάγματι· ζωοποιῶν δ' αὖ πάλιν, καὶ διὰ τῆς ἁφῆς τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκὸς· μίαν τε καὶ συγγενῆ δι' ἀμφοῖν [s**] ἐπιδεικνὺς τὴν ἐνέργειαν. » Ἀλλὰ τοῦτο δὴ καὶ λίαν ἀπερικάλυπτον ἔχει τοῦ διδασκάλου τὴν ἔννοιαν· ὅτι μὴ ἑκατέρων τῶν ἐξ ὧν ὁ εἷς καὶ μόνος ὑπάρχει Χριστὸς οὐσιῶν μίαν ὁρίζεται τὴν ἐνέργειαν, ὡς ἄν τινες ὑποτοπήσειεν· εἴπερ πρὸς Ἑρμείαν αὐτὸς ἀποφαίνεται, λέγων· « Ἐνεργήσαι γὰρ ὁμοίως

[m] Joan. XIV, 9, 10. [n] Joan. X, 30. [o] Joan. VIII, 39, 40. [p] Hebr. XIII, 8. [q] I Cor. VIII, 6. [r] Rom. IX, 5. [r*] Luc. VIII, 54.

[s**] Tom. IV in Joan. pag. 331. [s*] Non bene Nicol. Borbon. *utriusque opera.* Interpret. VI synod. *per utraque.*

τὰ τὴν αὐτὴν λαχόντα φύσιν· οἷς δὲ ὁ τοῦ πῶς εἶναι λόγος ἐξηλλαγμένος, τούτοις ἂν εἴη καὶ ὁ τῆς ἐφ' ἅπασιν ἐνεργείας λόγος οὐχ ὁ αὐτός. Τὰ γὰρ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας ὄντα, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὡμολόγηνται. » Δυοῖν οὖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ πρὸς ἑαυτὸν εἰσάγειν ἀπομαχόμενον τὸν διδάσκαλον, ἢ τὴν αὐτὴν ἀποδιδόντα φύσιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ τὴν αὐτήν· ἀλλ' οὐκ ἐξηλλαγμένας ὑπαγορεύειν τὰς φύσεις, εἰς ταυτὸν ἀλλήλαις ἰούσας τῷ ἀπαραλλάκτῳ τῆς ἐνεργείας. « Τὰ γὰρ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας ὄντα, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὡμολόγηνται, » φησίν[66]. Εἰ δὲ ἑκάτερον ἁπρεπὲς, τό[67] τε πρὸς ἑαυτὸν ἀσυμβάτως ἔχειν, καὶ τὸ μὴ παρηλλαγμένας ἐπὶ Χριστοῦ πρεσβεύειν τὰς ἐξ ὧν ἐστὶ φύσεις, δῆλον ὡς οὐ μίαν ἑκατέρων τῶν οὐσιῶν, ἥγουν τοῦ ἐξ αὐτῶν συγκειμένου Χριστοῦ, παραδίδωσι τὴν ἐνέργειαν· διὰ τοῦ φάναι, « Μίαν τε καὶ συγγενῆ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεικνὺς τὴν ἐνέργειαν· » ἀλλὰ Θεὸν ὄντα φύσει, καὶ σαρκωθέντα παρίστησι τὸν ὑπερούσιον Λόγον, τὴν ζωοποιὸν αὐτοῦ φύσει καὶ θείαν ἐνέργειαν, ἀσωμάτως τε προάγειν καὶ διὰ σώματος. Συγγενῆ γὰρ εἰπὼν, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν αὐτὴν δι' ἀμφοῖν, προστάγματός τε παντουργοῦ καὶ ἁφῆς τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς, ἐκφαινομένην τοῖς θαύμασι ζωοποιὸν ἐνέργειαν ἐπεσήμανε· ὥσπερ καὶ τὸ πῦρ ἄῦλως τε καῖον καὶ δι' ὕλης, τὴν αὐτὴν ἑκατέρως καυστικὴν ἐπιδείκνυται δύναμιν. Οὐκοῦν, οὐκ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀνθρωπικῆς ἐνεργείας, ταῦτα φησὶν ὁ διδάσκαλος· σαρκὸς γὰρ ἁφὴν εἰρηκὼς, τὴν ἀνθρωπίνην ἐκδήλως ἐσήμανεν· εἴπερ ἡ ἁπτικὴ, τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας σαφὴς ἐστὶν ἀπόδειξις· ἀλλ' οὔτε πρὸς ταῖς κατὰ φύσιν δυσὶν ἑτέραν παρ' αὐτοῦ παραδέδωκεν· ἀλλὰ τὴν ζωοποιὸν φύσει, καθὰ λέλεκται, δι' ἀμφοῖν· προστάγματός τε καὶ ἁφῆς ἐνέργειαν, ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ Λόγου προερχομένην δεδήλωκεν.

A ter, quæ eamdem secum naturam sortita sunt. Quibus autem ejus quod est esse ratio diversa est, his nec ratio operationis in omnibus eadem futura est. Quæ enim sunt ejusdem operationis, certum est esse ejusdem substantiæ. » Alterum igitur duorum necessarium est, aut secum pugnantem inducamus doctorem; aut eamdem in Christo reddentem naturam, uti etiam eamdem operationem; nec diversas eum naturas tradere, quæ in unum idemque coiverint, una illa ac invariabili operatione. « Quæ enim sunt ejusdem operationis, certum est, inquit, ejusdem etiam esse substantiæ. » Sin autem utrumque indecorum est, ut et secum ipse dissentiat, nec diversas in Christo, ex quibus est, profiteatur naturas; perspicuum est, non unam operationem B ambarum substantiarum, seu Christi ex illis compositi, eum tradere, cum ait, « Unam ac affinem amborum munere operationem edens; » sed ostendere, Verbum, cum Deus natura esset ac incarnatum, vivificam natura atque divinam operationem suam, tum incorporea ratione, tum corporis opera proferre. Dicendo enim *cognatam*, sive *affinem*, nihil aliud significavit, quam eamdem amborum munere (tum scilicet jussionis omnium effectricis, tunc tactus ipsius sanctæ carnis), vivificam operationem miraculis eluere. Haud secus ac ignis, tum sine materia, tum ejus ope urens, eamdem utroque modo vim urendi ostentat. Non igitur ad tollendam humanam Salvatoris operationem Cyrillus hæc loC quitur. Dicendo enim tactum carnis, humanam clare operationem significavit: siquidem vis tangendi, humanæ operationis probatio perspicue exsistit. At neque aliam, præter duas naturales illius tradidit operationes; sed vivificam natura, uti dictum est, amborum munere (tum scilicet jussionis, tum vero tactus) operationem, ex uno eodemque Dei Verbo prodire declaravit.

Εἰ δὲ τούτοις περισχεθέντες τοῖς τῶν Πατέρων εὐσεβέσι κηρύγμασι, τὴν πρὸς Ἀχίλλιον Ἡρακλειανοῦ παρακομίζουσιν ἐπιστολὴν, καθ' ἣν ὑποβάλλουσι καὶ μίαν πρὸς ταῖς δυσὶ φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν, ὡς ὅλου, καὶ κίνησιν[67], αὐτοὶ ταύτην ἑρμηνευέτωσαν. Ἔχει γὰρ ὧδε τὸ γράμμα· « Μία μὲν ἡ καθ' αὐτὴν ὅλη τοῦ Κυρίου φύσις τε καὶ κίνησις· δύο δὲ αἱ κατὰ ἀναφοράν. Μία μὲν ἡ τῶν μερῶν κίνησίς τε καὶ φύσις κατ' οἰκείωσιν· δύο δὲ, αἱ καθ' αὐτάς. Κίνησιν δὲ ὅταν φῶ, ἐνέργειαν καὶ πάθος βούλομαι δηλοῦσθαι. » Χρὴ τοιγαροῦν τοὺς ταῦτα τῶν οἰκείων δογμάτων προσβαλλομένους ὀχύρωσιν, διασαφηνίσαι τῷ λόγῳ, τίς, καὶ πῶς λεγομένη, καὶ τίνι τῶν ἐγκρίτων μεμαρτυρημένη Πατέρων, ὡς ἡ ὅλου τοῦ Κυρίου μία τε φύσις καὶ κίνησις· καὶ τίνες αἱ δύο κατὰ ἀναφοράν. Τίς δὲ καὶ ἡ τῶν μερῶν μία κατ' οἰκείωσιν φύσις ὁμοίως καὶ κίνησις· καὶ τίνες αἱ δύο καθ' αὐτάς· ἤγουν αἱ τρεῖς αὗται συζυγίαι τῶν τε φύσεων τοῦ αὐτοῦ καὶ κινήσεων. Καὶ τίς τὴν αὐτὴν καὶ μίαν κίνησιν ἑκάτερον δηλοῦν παραδέδω-

Quod si piis his Patrum prædicationibus arctati, Heracliani ad Achillium epistolam proferant, in qua unam in Christo, præter duas, et naturam ut totius, et motum cum dicere admonent; ipsi illam interpretentur. Sunt enim hæc illius verba: « Una quidem est tota secundum se Domini cum natura, tum motio, duæ vero secundum rationem. D Una est partium tum motio tum natura secundum arrogationem; duæ vero secundum se. **66** Motionem autem cum dico, operationem passionemque significari volo. » Necesse igitur est, qui hæc ad sua dogmata confirmanda objiciant, sermone clarius explicent, quænam ac quomodo dicta, cujus item e numero probatorum Patrum testimonio fulta, illa Domini, tanquam totius, una tum natura, tum motio? et quæ duæ secundum relationem? quænam vero etiam partium secundum arrogationem una similiter natura et motio? quæ item duæ per se? id est, hæ tres conjugationes ejusdem cum naturarum, tum motionum? Quis denique, unam eam-

[66] Tom. x in Joan. [67] Auctor obscurus, nec satis catholicus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

demque motionem ambo hæc significare tradiderit, operationem scilicet et passionem? Quomodo autem, siquidem eorum sententia utrumque significat, fit ut Filius secundum omnem motum suum non a Patre sejunctus sit, quippe qui secundum omnem motum natura exsistat patibilis? siquidem nullo modo Dei ac Salvatoris motio, utrumque simul (operationem scilicet et passionem) significat. Deus enim natura impatibilis est et absolutus et simplex: imo omni simplicitate longe simplicior. Quomodo vero rursus, cum trium motionum conjugationibus, non duodecim operationes passionesque simul introducunt? siquidem, illorum sententia, motio utrumque significat. Quis denique sanctorum Patrum naturas unquam in Christo Deo secundum relationem, vel secundum arrogationem seu

A κεν· ἐνέργειάν τε φημὶ καὶ πάθος· καὶ πῶς, εἴπερ ἄμφω κατ' αὐτοὺς, οὐ κατὰ πᾶσαν αὐτοῦ διεσχίνεται κίνησιν τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὡς φύσει παθητὸς κατὰ πᾶσαν· εἴπερ οὐχ ἑκάτερον ἐνέργειαν ὁμοῦ καὶ πάθος ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος καθ' οἷον δήποτε τρόπον ἐπισημαίνεται κίνησις. Ἁπαθὲς γὰρ φύσει τὸ θεῖον, καὶ ἄσχετον, καὶ ἁπλοῦν· μᾶλλον δὲ πάσης ὑπερηπλωμένον ἁπλότητος. Πῶς δὲ πάλιν οὐχὶ ταῖς τῶν τριῶν συζυγίαις κινήσεων, ἐνεργείας τε καὶ πάθη δυοκαίδεκα παρεισάγουσιν, εἴπερ ἡ κίνησις ἄμφω δηλοῖ κατ' αὐτούς· καὶ τίς τῶν ἁγίων κατ' ἀναφορὰν ἢ κατ' οἰκείωσιν τὰς ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ διεπρέσβευσε φύσεις;

Patrum naturas unquam in Christo Deo secundum attributionem professus est?

Hæc prius ex Patrum sententia ac judicio demonstrent, tumque suorum illis dogmatum firma rataque erit opinio. Sin autem minime poterunt, his demum omissis, ea duntaxat nobiscum sequantur, quæ a sanctis Ecclesiæ catholicæ Patribus, et a sanctis quinque œcumenicis synodis pie decreta sunt; confitentes Deum per omnia natura perfectum, atque hominem per omnia (excepto duntaxat peccato) natura perfectum, eumdem unumque ac solum Dominum ac Deum Jesum Christum; nec tollendo quod in utroque natura per omnia perfectus est, una etiam divinam aut humanam ejus voluntatem et operationem tollant; qui nempe sciant superessentiale Verbum, nec quod ab æterno nullaque causa erat, nec quod postea ob causam (nostram scilicet salutem) factum est, quidquam minuisse aut immutasse, vel abolevisse: quin potius integre et perfecte (excepto duntaxat peccato) in se et per se, secundum **67** omnia, et in omnibus custodisse; esseque illa ipsa proprie (uti dicebam) secundum naturalem substantiam: unde et natura volendi facultate præditus est et operandi nostram salutem, unus et idem solusque Dominus noster, ac Deus, secundum ambas naturas ex quibus, ac in quibus est. Deus namque per naturam ipse pro potestate decernens, liberque imperii, atque omnium potestatis ac arbitrii auctor cum esset, non homo amens (sine mente) factus est, vitæque hominum naturalis, ac qui ab eo ut essent, creantis voluntate nacti sunt, expers: sed homo fuit intelligens, hoc est, vere natura voluntatis ac operandi facultate præditus, qui ipse natura ac solus Deus est, me toto assumpto, cum illis quæ mea erant, ut mihi toti salutem præstaret,

B Ταῦτα δειξάτωσαν πρότερον ἐκ Πατρικῆς ἐπικρίσεως, καὶ εἶθ' οὕτως αὐτοῖς ἡ τῶν οἰκείων ἐντεῦθεν κυρωθήσεται δογμάτων ὑπόληψις. Εἰ δὲ ἀδυνάτως ἔχοιεν, τούτων λοιπὸν ἀφέμενοι, μόνοις σὺν ἡμῖν τοῖς εὐσεβῶς κεχριμένοις στοιχείτωσαν, ἔκ τε τῶν θεοφόρων τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας Πατέρων, καὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων· Θεὸν φύσει κατὰ πάντα τέλειον, καὶ ἄνθρωπον φύσει κατὰ πάντα τέλειον, πλὴν μόνης ἁμαρτίας, τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα καὶ μόνον Κύριον καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογοῦντες· καὶ μὴ τῇ ἀναιρέσει τοῦ ἐπ' ἀμφοῖν κατὰ πάντα φύσει τελείου, τὴν θείαν ἢ τὴν ἀνθρωπίνην τοῦ αὐτοῦ συνανέλωσι θέλησίν τε καὶ ἐνέργειαν γινώσκοντες, ὡς οὔτε ὃ ἦν ἀνάρχως καὶ ἀναιτίως, οὔτε ὃ γέγονεν ὕστερον δι' αἰτίαν· ἦγουν τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, ἐμείωσεν ἢ ἠλλοίωσεν, ἢ ἐξηφάνισε κατά τι γοῦν ὅλως ὁ ὑπερούσιος Λόγος· ὁλικῶς δὲ μᾶλλον καὶ τελείως, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας, ἐν ἑαυτῷ τε καὶ δι' ἑαυτοῦ, κατὰ πάντα τε καὶ ἐν πᾶσιν ἐφύλαξεν, αὐτά τε κυρίως, ὡς ἔφην, καθ' ὑπαρξιν ὧν φυσικήν· ὅθεν καὶ θελητικὸν φύσει, καὶ ἐνεργητικὸς ὁ αὐτὸς καὶ μόνος καὶ εἷς Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς, καθ' ἑκατέραν αὐτοῦ φύσιν, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκε, τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἐστίν. Εἴπερ Θεὸς κατὰ φύσιν ἐξουσιαστικὸς ὑπάρχων, καὶ τῆς τῶν ἁπάντων ἐξουσίας δημιουργὸς (*b*), οὐκ ἄνους γέγονεν ἄνθρωπος, ἢ ζωῆς ἄμοιρος τῆς καθ' ἡμᾶς φυσικῆς, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι κατὰ δημιουργίαν λαχόντων· ἀλλὰ νοερὸς, ἤτοι θελητικὸς φύσει καὶ ἐνεργητικὸς κατ' ἀλήθειαν ἐχρημάτισεν ἄνθρωπος, αὐτὸς ὁ φύσει καὶ μόνος Θεός· ὅλον με προσλαβὼν μετὰ τῶν ἐμῶν, ἵν' ὅλῳ μοι τὴν σωτηρίαν χαρίσηται· ὅλον λύσας τὸ κατάκριμα τῆς ἁμαρτίας ἐπειδὴ « τὸ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον· ὃ δὲ ἥνωται τῷ

C

D

NOTÆ.

(*b*) *Ἐξουσιαστικὸς ὑπάρχων, καὶ τῆς τῶν ὅλων ἐξουσίας δημιουργός.* Ex Dei nativa libertate, suique juris potestate, et quod ejusdem in naturis intelligentibus potestatis auctor ipse sit, recte suadet Maximus, non factum fuisse ἄνουν ἄνθρωπον, *hominem mente destitutum*; quæ ejus liberæ suique juris potestatis, principium est. Non bene itaque Turr. *habens potestatem secundum naturam, et auctor substantiæ omnium*; nempe pro ἐξουσίας, legens οὐσίας· quod nec sic ita ejus habuit codex, sic fuit deceptus, ἐξουσιαστὴς, inter nomina Christi habetur Isa. IX, 6, quod tamen cum aliis a LXX positis, sanctus Hieronymus non exponit. Ejus loco reliqui interpret. δυνατὸς habent. Somat maxime in potestatem illam, qua quis vel sibi ipse, vel aliis dominatur ac præcipit. Sic ἐξουσιαστικὰ verba appellantur, ἄρχω, κυριεύω, βασιλεύω, et quæ sunt ejus generis. Hinc τὸ αὐτεξούσιον, quod nostri vocant *Liberum arbitrium*, facultatem scilicet rationis sui dominæ, ac se moventis ex præconcepto fine.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θεῷ, τοῦτο καὶ σώζεται, » καθά φησιν ὁ τῆς Θεολογίας ἐπώνυμος [68].

Ἀλλ' ἐπειδὴ τούτοις δὴ τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων εὐσεβέσι διδάγμασι, τὴν τῶν ἑτεροζυγούντων ἀποσκευαζομένοις παράλογον ἔνστασιν, ἑτέρωθεν ἡμῖν ἐπιφύονται· τὴν τῶν ἡμετέρων εἰς ἡμετέραν καταδρομήν· μᾶλλον δὲ, τὴν τῶν ἀκεραιοτέρων συναρπαγήν, ποιούμενοι γραμμάτων προσαγωγήν, ἤγουν τῆς πρὸς Μαρῖνον (c), ὡς φασι, γεγονυίας ἡμῖν τὸν πρεσβύτερον· καὶ τῆς πρὸς τὸν Πύρρον ἐπιστολῆς, ἀναγκαῖον καὶ περὶ τούτων βραχέα εἰπεῖν· τὴν ὑμετέραν ἐν πᾶσι πληροφορεῦντες ἁγιωσύνην, ὡς πρὸς Μαρῖνον μὲν τὸν πρεσβύτερον διαφόρως, περὶ διαφόρων ἐπεστάλκαμεν γραφικῶν κεφαλαίων· οὐ μήν γέ τοι καθ' οἷον δήποτε τρόπον, ἢ λέλεκται [ἡμῖν] περὶ τῶν ἀντιῤῥόπων οὐτωσὶ, καὶ ἐναντίων δογμάτων· τῆς τε μιᾶς· λέγω καὶ τῶν δύο, τουτέστι, τῶν πλαττομένων αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τριῶν ἐνεργειῶν ἢ θελήσεων· ὡς ταύτας ἐκ' αὐτοῦ συνιστώντων ἡμῶν, ἐκείνοις ἐφάμιλλον, ἢ πρὸς ἕτερόν τινα παντελῶς· «Εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστάνω,» φησὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς. Ὅθεν καὶ οὕτωσὶ προφερομένην, ἤτοι πλαττομένην, ὡς ἐξ ἡμῶν ᾖθεν πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολὴν [69], ἀλλοτρίαν οὖσαν πάντῃ καὶ οὐχ ἡμετέραν, ἡμεῖς τε αὐτοὶ διαῤῥίπτομεν, καὶ πάντας ὁμοίως ἡμῖν διαῤῥίπτειν παρακαλοῦμεν, τοὺς· εὐσεβῶς ὁμολογοῦντας τὸν Κύριον· ἵνα πᾶσαν τοῖς ἐναντίοις διατειχίσωμεν ἀφορμὴν, προφάσεις προφασιζομένοις ἐν ἁμαρτίαις, καὶ τῆς οἰκείας ἀντιλογίας συγκάλυμμα, τὴν καθ' ἡμῶν ποιουμένοις συκοφαντίαν· οἳ ἐπειδὴ τῷ οἰκείῳ μὴ συνίστανται λόγῳ, τῇ τοῦ ἀληθοῦς προσβολῇ φθειρομένῳ, τῷ τοῦ ἡμετέρου δῆθεν γράμματος προσωπείῳ, τὴν κατὰ τῶν ἀφελεστέρων ἑαυτοῖς ἀπεργάζονται δολίαν παρείσδυσιν· ἣν οὐκ ἂν πάθοιεν λοιπὸν, ἢ δράσοιεν, οἱ τοῦ ψεύδους τὸ ἀληθὲς, τὴν καθ' ἡμᾶς περὶ τούτων ἀπολογίαν προκρίνοντες.

Πρὸς δὲ τὸν Πύρρον πάλιν, γεγραφότα πρότερον ἡμῖν τόμον πολύστιχον, καὶ ἄγαν ἡμᾶς, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐν τούτῳ τιμήσαντα· κατ' ἐξέτασιν δὲ, καὶ οὐκ ἀπόφασιν, ἐν αὐτῷ δὴ τῷ τόμῳ τὸν περὶ μιᾶς καὶ δύο τοῦ αὐτοῦ ποιησάμενον λόγον ἐνεργειῶν·

tota peccati damnatione soluta; quippe « cum id quod non est assumptum, remedio careat; quod autem Deo unitum est, hoc salutem nanciscatur, » uti ait, cui a theologia nomen est.

Quod tamen aliter sentientes, quorum absona objectiones confutavimus, pia sanctorum Patrum opposita doctrina, nos aliunde adoriuntur nostra ipsorum producentes, ut inde latus nostrum petant, sive potius simplicioribus fucum faciant; nempe litteras quas ad Marinum presbyterum, ut aiunt, et quas ad Pyrrhum scripsimus; necesse est ut de his quoque breviter dicamus, quo nimirum in omnibus, quod minime anceps sit ac dubium, vestra sanctitas a nobis habeat. Ad Marinum quidem presbyterum diversimode scripsimus de diversis Scripturæ capitibus[69]; nontamen ullo quovis modo de sic æquipollentibus ac pugnantibus dogmatis, a nobis dictum est, de una scilicet et duabus (id est, quas ipsi fingunt in eodem et uno Christo, tres operationes aut voluntates; quasi nos etiam in eo similiter, velut ipsi, eas constituamus; ac vel apud Marinum, vel prorsus apud alium quempiam astruamus. « Si enim quæ destruxi, hæc adhuc ædifico, prævaricatorem me constituo [a], » ait vas electionis. Unde et epistolam quæ sic producitur, id est, quasi a nobis scripta ad Marinum confingitur, quæ prorsus aliena sit, et non nostra, tum nos ipsi rejicimus, tum ut rejiciant simili nobis ratione, omnes obsecramus; quo scilicet omnem adversariis occasionem præcludamus; nempe excusantibus excusationes [68] in peccatis [b], ac qua nos calumniantur, contradicendi libidinem contegentibus: qui, quod propria eos eruditio non commendet, ipsa veritatis impressione elisa, nostrarum scilicet litterarum larva, dolo sibi aditum ad eos, qui simpliciores sunt, struunt; a qua noxa immunes præstabunt, qui nostra suscepta satisfactione, veritatem pluris mendacio facient.

Rursus vero Pyrrhus, cum ad nos prius ingens volumen scripsisset, ac, nescio quomodo, in eo nos valde coluisset; atque inquirendo, non quidquam decidendo, de una ac duabus ejusdem operationibus in illo disseruisset, nostramque senten-

[a] Galat. II, 18. [b] Psal. CXL, 4.

[68] Epist. I ad Cledonium. [69] Ad Marinum supposita Maximi epistola: cui tamen nihil commune cum iis ejus Epistolis, quas ad Marinum damus.

NOTÆ.

(c) *Τῆς πρὸς Μαρῖνον.* Non videtur supposita hæc epistola ad Marinum, aliqua esse ex illis quæ ad eum exstant, omnes dogmaticæ: ipsaque prima inter editos Turriano tractatus, scrio γνωμικὴν in Christo impugnat voluntatem, et electionem nobis similem, solum admittens quatenus est motus liber, non tamen secundum contraria, aut conjunctam incerti rationem habens; sicque se admisisse *Quæst. ad Thalass.* excusat ac prolitetur. Ubi quoque voluntatem κατ' οἰκείωσιν, *per arrogantiam et appropriationem* ex Patrum sensu, ipsam nostram voluntatem, quam velut caput membrorum, suam quodammodo ducit, recte exponit; cui nihil commune cum tertia illa Monothelitarum voluntate ut totius, etsi eam etiam illi dicerent κατ' οἰκείωσιν. Quæ seorsum exstat a reliquis Maximi epistolis ejus ad Marinum epistola, qua satisfacit pro adjecta particula *Filioque* Litteris apostolicis, num ejusmodi aliquid habuerit incertum est, cum nec illi qui Maximo abrogant, ejus quidquam insimulaverint, vel exemplum illius magis integrum, quam modo habeamus, nacti sint. Potuit sic ab iis Græcis ablegari, qui Photiani dogmatis studiosiores, Maximi piam illam expositionem ejusque εἰρηνικὸν non probaverunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tiam utrinque exquireret ac provocaret; nos quoque, ut par erat in proœmio nostræ ad eum epistolæ ipsum coluimus, uti nos admonet Apostolus, cum ait : *Invicem honore prævenientes* [u] : cum et eos qui se aliter habent, aut ad nos scribunt, diligere, ac bene eis precari jubeat divinus Sermo [v]. Simul etiam cura mihi fuit, ne hominem exasperarem, sed magis lenirem ; quo scilicet ipsa laudationis illecebra, ad eorum quæ pie ex sanctorum Patrum doctrina tradebam, assensum cogerem : unde sic fatebar me intellexisse quæ ab eo mihi scripta erant, quemadmodum ipse ad eum scripseram; velut nimirum impellens, uti dicebam, atque invitans ad assensum piæ doctrinæ, quo sibi maximam esset paraturus salutem, si modo in animum induceret, ut quemadmodum ad eum scripseramus, nobiscum confiteretur; duas scilicet unius ejusdemque Christi Dei naturales operationes, uti et duas naturas inconfuse unitas ac indivise, divinam et humanam, increatam et creatam; at non unam eamdemque, quovis modo dictam. Nempe, esse non Patrum, sed magis hæreticorum doctrinam, quæ unam eamdemque operationem seu voluntatem aut naturam, in uno eodemque Domino nostro ac Deo tradat.

Hic igitur meæ ad Pyrrhum laudationis scopus, hic modus ac ratio, cum sensim a contraria opinione abducere, et ad rectam fidei doctrinam transferre cogitarem. Si quis vero non satis mei ejus propositi vim assecutus, meam adhuc illam laudationem ægre fert, per me licet, utque illi videtur, eam explodat quæ nec **69** nobis jam placet aut probatur, sed magis gravis ac molesta est, postquam ille plene eversus est; eorum vero vim, quæ a nobis catholice ad eum scripta sunt, ratam habeat ac comprobet.

Habetis, Patres sancti, qua ratione per meam defensionem mei securos vos reddiderim. Enimvero viriliter agite et confortamini spiritu, nec ad dexteram aut sinistram adversariorum vos studiis ac doctrinis abduci patiamini, sed via regia stabiliri ac duci, ab eo qui ait : *Ego sum via et vita ac veritas* [x]; — *Unanimes, idipsum sentientes* [y]; — et, *Deus pacis erit cum omnibus vobis* [z], quem pie semper prædicetis ac sancte colatis : quique demum post beatam ævo hoc tum vitæ institutionem, tum confessionem, futuro illo beatiorem se vobis hæreditatem præbiturus est atque requiem : quo cum Patri ac Spiritui sancto gloria, honor, potestas, adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

καὶ τὴν ἡμετέραν οἷον ἐπιζητοῦντα, καὶ προσκαλούμενον περὶ ἑκατέρου λόγου κρίσιν τε καὶ ὑπόληψιν, εἰκότως; καὶ ἡμεῖς αὐτὸν ἐν προοιμίοις, τοῦ πρὸς αὐτὸν ἡμετέρου γράμματος, ἀντετιμήσαμεν, ἀποστολικὴν ἐκπληροῦντες παραίνεσιν. *Τῇ τιμῇ γὰρ ἀλλήλους προηγούμενοι* φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· ὅπου γε καὶ τοὺς ἑτέρως ἔχοντας, ἢ ἐπιστέλλοντας πρὸς ἡμᾶς, ἀγαπᾶν τε καὶ εὐλογεῖν ὁ θεῖος παρακελεύεται λόγος. Καὶ ἅμα σπουδὴ μοι καθειστήκει, μὴ ἐκταραχύνειν· ὁμαλίζειν δὲ μᾶλλον τὸν ἄνδρα, τοῖς εἰς αὐτὸν ἐγκωμίοις, πρὸς συγκατάθεσιν ἰέναι τῶν εὐσεβῶς μοι δεδογματισμένων, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων διδασκαλίαν· ὅθεν καὶ οὕτω νενοηκέναι κατὰ τὴν γεγονυῖαν αὐτῷ παρ' ἐμοῦ συγγραφὴν, τὰ ὑπ' ἐκείνου μοι γραφέντα διωμολόγουν· παρορμῶν αὐτὸν οἷον, ὡς ἔφην, καὶ προσκαλούμενος εἰς τὴν τοῦ εὐσεβοῦς ἐπίνευσιν λόγου, σωτηρίαν αὐτῷ μεγίστην προξενοῦντος, εἴγε τοῦτο στέρξας σὺν ἡμῖν ὡμολόγησεν [ὁμολογήσειεν], ὡς γεγράφαμεν· τουτέστι δύο τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐνεργείας, ὥσπερ οὖν καὶ φύσεις ἡνωμένας ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην· ἄκτιστον καὶ κτιστήν· ἀλλ' οὐ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁπωσοῦν λεγομένην. Οὐ γὰρ Πατρικὸς, αἱρετικὸς δὲ μᾶλλον ὁ περὶ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας ἢ θελήσεως ἢ φύσεως λόγος, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ.

Τῆς μὲν οὖν πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον, ἤγουν τὸν Πύρρον, ἡμετέρας εὐφημίας τοιοῦτος ὁ τρόπος καθέστηκε, τῆς ἀντιῤῥόπου δόξης αὐτὸν ἠρέμα διϊστᾶν ἐπειγόμενος, καὶ πρὸς τὸν ὀρθὸν ἐπαναβιβάζειν λόγον τῆς πίστεως. Εἰ δέ τις τοῦ καθ' ἡμᾶς διαμαρτάνων σκοποῦ, πρὸς τὴν εὐφημίαν ἔτι δυσφορεῖ, τὸν τῆς ἡμετέρας οἰκονομίας ἐν τούτῳ δὴ μάλιστα λόγον οὐκ ἀποδεχόμενος, παρείσθω δὴ τούτῳ, καὶ διαῤῥιπτέσθω κατὰ τὸ δοκοῦν ἡ εὐφημία, μηδὲ ἡμῖν λοιπὸν ἐπέραστος οὖσα, προσάντης δὲ μᾶλλον μετὰ τὴν τελείαν τἀνδρὸς ἐκτροπήν· κυρούσθω δὲ σὺν ἡμῖν τῶν πρὸς αὐτὸν ὀρθοδόξως δογματισθέντων ἡ δύναμις.

Ἔχετε, Πατέρες ἅγιοι, τῆς πληροφορίας διὰ τῆς ἡμετέρας ἀπολογίας τὸν λόγον· ἀλλ' ἀνδρίζεσθε, καὶ κραταιοῦσθε πνεύματι, μὴ παρακλινόμενοι δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ πρὸς τῶν ἐναντίων ἀνδρῶν καὶ δογμάτων· ἀλλ' ὁδῷ βασιλικῇ στεριζόμενοί τε καὶ ποδηγούμενοι παρ' αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος, *Ἐγὼ εἰμὶ ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἀλήθεια, — σύμψυχοι, τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, — καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μετὰ πάντων ὑμῶν*, εὐσεβῶς ἀεὶ κηρυττόμενος, καὶ ὁσίως παρ' ὑμῶν λατρευόμενος· καὶ πέρας τῆς ἐνταῦθα μακαρίας πολιτείας τε καὶ ὁμολογίας, ἑαυτὸν ἐκεῖσε μακαριωτέραν παρεχόμενος ὑμῖν κληρονομίαν τε καὶ ἀνάπαυσιν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος, προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[u] Rom. XII, 10. [v] Matth. V, 44. [x] Joan. XIV, 6. [y] Philipp. II, 2. [z] Philipp. IV, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

Ἴσον ἐπιστολῆς πρὸς τὸν κύριον Μαρῖνον τὸν πρεσβύτερον τῆς Κύπρου [60].

EXEMPLUM EPISTOLÆ

SANCTI MAXIMI

Ad Domnum Marinum Cypri presbyterum.

EX ANASTASII EPISTOLA AD JOANNEM DIACONUM.

Præterea interpretati sumus ex epistola ejusdem sancti Maximi ad Marinum scripta presbyterum, circumstantiam de Spiritus sancti processione, ubi frustra causari contra nos innuit Græcos, cum nos non causam, vel principium Filium dicamus Spiritus sancti, ut autumant; sed unitatem substantiæ Patris ac Filii non nescientes, sicut procedit ex Patre, ita eum procedere fateamur ex Filio, missionem [61] nimirum, processionem intelligentes; pie interpretans, utriusque linguæ gnaros [62] ad pacem erudiens, dum scilicet et nos et Græcos edocet secundum quiddam procedere, et secundum quiddam non procedere Spiritum sanctum ex Filio: difficultatem exprimendi de alterius in alterius linguæ proprietatem significans. Siquidem et hujusmodi pia interpretatione, sanctus olim Athanasius Orientales et Occidentales super substantiæ vel personæ nomine dissidentes univit, dum unum idemque utrosque credere sensuque retinere, perdocuit: licet et linguæ varietatem aliter atque aliter ore confiterentur, et importunis contentionibus deservirent.

Νόμῳ θείῳ κατὰ Θεὸν εὐθυνόμενος [63], θεοτίμητε πάτερ, νόμον ὑπερεῖδες ἀνθρώπινον, κενώσει τὸ μέτριον ὑπεράρας. καὶ πτωχείᾳ τὸ ἐντελὲς μεγαλύνας τῆς ἐμῆς περί τε τὸ νοεῖν καὶ λέγειν ἀπειρίας, ἢ προπετείας, εἰπεῖν οἰκειότερον· οὐ γὰρ αἰσχύνομαι τὰ ἐμὰ καὶ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας, πάθη δεόντως ἐξαγορεύειν, καὶ τόσῳ προθυμίᾳ μᾶλλον ἀποκαλύπτειν, ἢ ὅσον φιλανθρωπίᾳ ἐπικαλύπτειν ἐσπούδασας. Τίς γάρ ποτ' ἂν ἀλόγου [64] λόγον οὕτω προσήκατο, καὶ φρενίτιδος [65] νοῦν διανοίας ἐδέξατο, μή τί γε παντελῶς εἰπεῖν, ἀπεσέμνυνεν, ὡς σὺ τὸν ἐμὸν, θεοτίμητε πάτερ, οὐχ ὅσον μόνον δι' ἀγάπην παραδραμὼν τὸ ἀπαίδευτον, κατ' ἄκρον ἐτίμησας [66]· ὃ δὴ μέγιστον τῷ ἀκόσμῳ [67] πρὸς εὐδοξίαν, ἀλλὰ καὶ ὅσον διὰ χάριν ἐπιβαλὼν τὸ αἰδέσιμον, ᾧ τὴν οἰκείαν παγκαλῶς εἰωθας ὡραΐζειν διάνοιαν, ὑπερβολῇ κατεφαίδρυνας· ἐξ ὧν ὅ τε λόγος καὶ τρόπος συνίσταται τῆς ἀληθοῦς εὐγενείας, ἢ Θεοῦ συγγενείας, εἰπεῖν ἀληθέστερον ἢ [68] καὶ οἰκειότερον· οὐ μᾶλλον μετεωρίζειν εἰδώς· οὐ γὰρ πέφυκεν ἢ μετριάζειν ποιῶν· καὶ γὰρ εἰωθέ πως ἀμεταβόλως ὁράζειν πρὸς ὕφεσιν, τῇ ὑπερβολῇ τῶν οὐ προσόντων πλεῖον ἀποκαλύπτων τὴν ἔνδειαν, καὶ γνωρίζων τὴν γύμνωσιν· καὶ τῇ παραδείξει τῶν ὑπὲρ ἀξίαν, αὐστηροτέραν ἐνιεὶς [69] τῶν κατ' ἀξίαν τὴν αἴσθησιν, ἡνίκα τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους κατακρατήσας, τὸ μέγεθος τοῦ ἀπεμφαίνοντος ἰδεῖν, ἀπαρακαλύπτως ποιήσειεν· ὃ δὴ μάλιστα πεπονθὼς, τῇ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν διατρανώσει, θείων ἠψάμην θεσμῶν, οἷς λόγος οἰκονομίας τῆς ὑπὲρ ἔννοιαν εἶδε προνοητικῶς συντηρεῖν καὶ προβάλλεσθαι τοῖς κατ' ἐμὲ χειραγωγίας προσδεομένοις καὶ χρῄζουσιν.

Divina lege secundum Deum, a Deo honorande Pater, directus humanam sprevisti legem; qui nimirum meam intelligendi dicendique partibus imperitiæ, sive (ut proprie magis loquar) temeritatis mediocritatem exinanitione, ac tenuitatem paupertate, supra modum extulisti: non enim pudet, mea meæque imbecillitatis vitia, pro eo ac decet ingenua confessione evulgare, tantoque majori alacritate detegere, quanto tu impensiori humanitate studuisti obtegere. Quis enim sic unquam hominis ineruditi sermonem doctrinamque probavit, mentisque pene insipientis intelligentiam sensumque suscepit, ne prorsus dicam, laudibus extulit ac celebravit, quemadmodum **70** tu, a Deo honorande Pater, meum (non hactenus solum, ut charitate duce inscitiam dissimulanter transires) honori maximo habuisti: quod sane maximum est ad claritatem ac laudem ei, qui omni destitutus ornamento sit: sed quod etiam propter gratiam adjecto quod dignitatis est facitque venerationem, quo pulcherrime tuum ipse animum decorare soles, præstantia decorasti; quibus sermo modusque (doctrina ac virtus) veræ ingenuitatis, aut (verius dicam magisque proprie) cum Deo necessitudinis ac affinitatis, conflatur; ac non magis efferre novit (non enim hoc illi comparatum) quam modesto sensu componat. Consuevit namque immobili sede in humilitate statuere, dum eorum quæ desiderantur excellentia, indigentiam magis detegit, ac notam facit nuditatem; obiterque monstrando quæ majora quam pro dignitate exsistant, eorum quæ ex dignitate sunt, sensum austerius ingerit; tunc scilicet cum alto mentis sinu sibi subdito ac occupato, ejus quod dissentaneum est, magnitudinem ipsam revelatam videre fecerit. Quod cum mihi maxime evenerit, vestris precibus lucem affundentibus, divinas aggressus sum leges, ac quæ dispensationis sermo, vim omnem mentis excedens, providentiæ rationibus scita consuevit servare, atque his, qui simili mihi ratione manuductione egent, proponere.

Καὶ μετὰ βραχέα. Ἀμέλει τοι γοῦν τῶν τοῦ νῦν ἁγιωτάτου, Πάπα συνοδικῶν, οὐκ ἐν τοσούτοις, ὅσοις

Paucisque interjectis. Sane igitur [70], sanctissimi, qui nunc est, Papæ synodica, non in tot capitulis,

[60] Ex Reg. antiquo cod. cum alio Reg. et cl. v. Dufren. duplicique Vaticano n. 1098 et 1428 collato. Alter Reg. cod., Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Μαξίμου πρὸς, κ. τ. λ. [61] *Emissionem* lego, ne cum Græcis schismaticis effectum solum temporalem notet, quod longe est a Max. τοῦ δι' Υἱοῦ προιέναι, omnique Latinorum sensu; ipso ea voce rite expresso ab Anast. in Maximi excerpto. [62] Et hic *ignaros*; potuitque vir tantus cautius edere. [63] *Liberaliter educatus ac locuples.* εὐθηνούμενος. [64] Vat. 2. ἄμα λόγου. [65] Reg. Fr. Vat. 1; 2, φροντίδος. [66] Vat. καταχρίνας. [67] Reg. et Vat. 1 κόσμῳ. [68] Deest alteri Reg. et Fr. [69] Vat. 2. ἐνίησι. [70] Anast. Collect.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quot scripsistis, Regiæ urbis cives (Constantinopolitani) reprehenderunt : sed in duobus duntaxat. Quorum alterum est de fide Trinitatis, ac quod, aiunt, dixerit, « Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere : » alterum vero de divina incarnatione ; quod nimirum scripserit, « esse Dominum, ut est homo, absque peccato originis [71]. » Et primo quidem consonantia Latinorum Patrum testimonia protulerunt : præterea etiam Cyrilli Alexandrini ex ejus sacra lucubratione in sanctum Joannem evangelistam. Ex quibus, non causam se ac auctorem, Filium Spiritus facere ostenderunt. Unam quippe Filii ac Spiritus causam Patrem noverunt ; ac auctorem [72] ; alterius quidem generationis modo ; alterius vero, processionis : sed ut per eum prodire significarent, eaque ratione conjunctionem substantiæ nullaque e variatione similitudinem, demonstrarent.

71 Ad secundum quod attinet, nulla prorsus egent defensione. Quæ enim in eo dubitandi ratio, tametsi his, qui occasiones quærunt, ob suam morum pravitatem, ita videatur. Nihilominus tamen fecerunt satis, dicendo : « Nec quod est in mente peccatum habuisse, quo fere Adamus primum laborasse videatur ; nec quæ ex ipso per corpus prodit atque geritur, mali actum ac actionem. »

Atque hæc quidem isti, quorum nomine nulla justa ratione in crimen vocati erant. Illi vero nec ob ea, quorum nomine juste admodum vituperantur, ullam hactenus satisfactionem fecerunt, quando neque perperam a se inductas voces ejecerunt. Rogavi autem Romanos secundum jussionem vestram, ut ad cavendas sic ex cuniculis obrepentium fraudes dolosque, sua ipsi redderent ac interpretarentur. Verum cum in more positum habeant ut ita faciant ac scribant, nescio an forte obtemperaturi sint. Est præterea alia ratio, quod non ita possint alia lingua ac idiomate mentem suam exacte exprimere, sicut in sua atque nativa : uti et jam nos in nostra. Prorsus vero rem et ipsi curabant, qui experimento, quod inde est damnum injuriamque, didicerint.

Theodori Pharanitæ Monothelitarum antesignani excussus liber : gnomicæ in Christo operationis auctor. — Legi Theodori Pharanitæ episcopi libellum de Substantia (seu essentia) et natura, deque hypostasi et persona, ac reliquis capitulis : nec forte velut introductionis specie omni carent utilitate. Cæterum in iis quæ de persona ac hypostasi docet, non magis horum regulis, quam sibi ipse propemodum astipulari videtur, qui hypostaticam, seu personalem, dicat operationem : quem etiam adversarii suæ opinionis doctorem ac patronum proferunt ; omnem fere ex ejus verbis formantes atque dictantes, quam ecthesim ediderunt ac fidei formulam. In hunc namque modum sermonem obumbravit ac

A γεγράφατε [73], κεφαλαίοις, οἱ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἐπελάβοντο · δυσὶ δὲ μόνοις, ὧν, τὸ μὲν ὑπάρχει περὶ Θεολογίας, ὅτι, τε φησὶν εἶπεν [74], « Ἐκπορεύεσθαι κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον · » τὸ δὲ ἄλλο, περὶ τῆς θείας σαρκώσεως · ὅτι περ γέγραφε « Δίχα [75] τὸν Κύριον εἶναι τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας ὡς ἄνθρωπον. » Καὶ τὸ μὲν πρῶτον [76], συμφώνους παρήγαγον χρήσεις τῶν Ῥωμαίων Πατέρων · ἔτι γε μὴν καὶ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πονηθείσης αὐτῷ εἰς τὸν εὐαγγελιστὴν ἅγιον Ἰωάννην ἱερᾶς πραγματείας · ἐξ ὧν, οὐκ αἰτίαν τὸν Υἱὸν ποιοῦντας τοῦ Πνεύματος, σφᾶς αὐτοὺς ἀπέδειξαν · μίαν γὰρ ἴσασιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα αἰτίαν · τοῦ μὲν κατὰ τὴν γέννησιν · τοῦ δὲ, κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν · ἀλλ' ἵνα τὸ B δι' αὐτοῦ [77] προϊέναι δηλώσωσι · καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστήσωσι.

Τῷ δὲ δευτέρῳ, μηδεμιᾶς χρῄζουσι τὸ παράπαν ἀπολογίας. Ποίᾳ γὰρ ἐν τούτῳ ἀμφισβήτησις · εἰ καὶ τοῖς προφασιζομένοις νομίζεται διὰ τὸ δύστροπον. Ὅμως δ' οὖν ἐξεδυσώπησαν, εἰπόντες · « Μήτε τὴν κατὰ νοῦν ἔχειν ἁμαρτίαν, καθ' ἣν πρωτοπαθήσας φαίνεταί πως ὁ Ἀδάμ, μήτε τὴν ἐξ αὐτῆς προϊοῦσαν διὰ σώματος πρᾶξιν τοῦ κακοῦ καὶ ἐνέργειαν. »

[73] Οὗτοι μὲν οὖν ταῦτα, περὶ ὧν οὐκ εὐλόγως ἀνεκλήθησαν · ἐκεῖνοι δὲ περὶ ὧν καὶ μάλα δικαίως, οὐδεμίαν μέχρι καὶ νῦν πεποιηνται τὴν ἀπολογίαν, ὅτι μηδὲ τὴν παρεισαχθέντων τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐκβολήν. Μεθερμηνεύειν δὲ τὰ οἰκεῖα, τοῦ τὰς ὑποκλοπὰς C χάριν διαφυγεῖν τῶν ὑποπιπτόντων κατὰ τὴν ὑμετέραν κέλευσιν, παρεκάλεσα τοὺς Ῥωμαίους · πλὴν ἔθους κεχρακτηκότος οὕτω ποιεῖν καὶ στέλλειν, οὐκ οἶδα τυχὸν εἰ πιστεῖεν. Ἄλλως τε καὶ τὸ μὴ οὕτως δύνασθαι διακριβοῦν ἐν ἄλλῃ λέξει σὲ καὶ φωνῇ τὸν ἑαυτῶν νοῦν ὥσπερ ἐν τῇ ἰδίᾳ καὶ θρεψαμένῃ, καθάπερ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς τὸν ἡμέτερον. Γενήσεται δὲ πάντως αὐτοῖς, πεῖρᾳ τὴν ἐπήρειαν μαθοῦσι, καὶ ἡ περὶ τούτου φροντίς.

Τῷ δὲ περὶ οὐσίας καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε δὴ καὶ προσώπου, καὶ τῶν καθεξῆς κεφαλαίων, ἐνέτυχον σχέδει Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαράν · καὶ ὡς ἐν εἰσαγωγῇ τρόπῳ τυχὸν οὐκ ἀσυντελοῦσιν · ἐν δὲ τῷ D περὶ προσώπου καὶ τῆς ὑποστάσεως λόγῳ, οὐ τοῖς περὶ τούτων κανόσι μᾶλλον, ἢ ἑαυτῷ φαίνεται στοιχήσας πως, ὑποστατικὴν λέγοντι τὴν ἐνέργειαν · ὃν καὶ τῆς οἰκείας δόξης καθηγητὴν καὶ συνήγορον, οἱ τῆς ἐναντίας προβάλλονται · τὴν πᾶσαν ἐξ αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ῥημάτων σχέδον τυπώσαντές τε καὶ ὑπαγορεύσαντες Ἔκθεσιν. Καὶ γὰρ κατὰ ταῦτα [78] λόγον συνεσχίασέ πως καὶ ἠμαύρωσε, τῷ προσώπῳ δεδωκὼς ὡς προσώπῳ τὴν χαρακτηρίζουσαν τὴν φύσιν ἐνέργειαν · οὐχὶ τὸν πῶς καὶ ὁπόθεν τῆς κατ'

[71] Addit. Anast. *et actuali*. [72] Solus Pater causa et auctor, προκαταρκτικῶς αἴτιον, ut Basil. prima origine fons ipse totius Trinitatis. [73] Flor. sess 23 Georg. Metoch. l. IV, Becc. etc. Vat. 2 γράφετε. [74] R. V. 2 ὅτι φασὶν. καὶ ἐκ τῶν. [75] R. alter, μὴ δίχα. [76] R. V. 1 τῷ πρώτῳ. Flor. καὶ δι' αὐτοῦ. [77] Mutili hic Romani codices. [78] Fr. V. 1, κατὰ ταύτην.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτὴν ἐκβάσεως τρόπον· καθ' ἣν ἡ διαφορότης τῶν τι πραττόντων καὶ τῶν πραττομένων γνωρίζεται, κατὰ φύσιν, ἢ παρὰ φύσιν ἐχόντων. Ὡς γάρ τι ὢν πραγτουμένως, ἀλλ' οὐχ ὡς τις ἕκαστος ἡμῶν ἐνεργεῖ· τουτέστιν, ὡς ἄνθρωπος· ὡς δέ τις, οἷον Παῦλος ἢ Πέτρος, τὸν τῆς ἐνεργείας σχηματίζει τρόπον, ἐνδώσει τυχὸν ἢ ἐπιδώσει, οὕτως ἢ ἐκείνως ὑπ' αὐτοῦ κατὰ γνώμην τυπούμενος. Ὅθεν ἐν μὲν τῷ τρόπῳ τὸ παρηλλαγμένον τῶν προσώπων κατὰ τὴν πρᾶξιν γνωρίζεται· ἐν δὲ τῷ λόγῳ, τὸ τῆς φυσικῆς ἀπαράλλακτον ἐνεργείας. Οὐ γὰρ ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἧττόν ἐστιν ἐνεργὴς ἢ λογικός· ἀλλ' ἐπίσης ἅπαντες τόντε λόγον ἔχομεν καὶ τὴν τούτου κατὰ φύσιν[81] ἐνέργειαν. Μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον· καὶ οὕτως ἢ ἐκείνως δίκαιος ἢ ἄδικος, τῷ τὸν μὲν τοῖς κατὰ φύσιν ἕψεσθαι[82] πλέον· τὸν δὲ τούτων ἀφέψεσθαι. Τηρητέον δὲ δι' ἀκριβείας τοὺς περί τι παρεγκλη-θέντας[83]. Ἐπειδὴ βιάζονταί πως καὶ ἕλκουσι τοὺς τῶν πραγμάτων ὅρους, καὶ τοὺς κανόνας πρὸς ᾧ ἕκαστοι, ὥσπερ ἐξ ἐπιτάγματος μεταφέροντες, ἵνα τὰ οἰκεῖα δῄθεν ἐκ παρατροπῆς ὑποστήσωσι.

A obscuravit, assignans personæ, ut persona est, operationem quæ naturam insignit, ejusque nota propria est; non modum, quo sic ac tali ratione eveniat: unde differentia tum agentium, tum eorum quæ aguntur innotescat, quæ se ex naturæ rationibus, aut contra habeant. Quisque enim nostrum prima ratione ut quid operatur, non ut hic quisque hoc est, ut homo: ut autem quis, puta Paulus aut Petrus, operationis modum figurat, ut ex arbitrio rationis, remissione forsitan aut intensione, hoc illove modo a se formet ac exhibeat. Quapropter, in modo quidem personarum 72 diversitas agendi partibus dignoscitur: in ratione vero, exacta per omnia naturalis operationis similitudo. Non enim alius magis, alius minus, operandi vi ac rationis B est præditus; sed omnes æqualiter tum ratione præditi sumus, tum ejus naturali operatione. Magis autem et minus, hoc illove modo justus aut injustus, hinc est, quod alter naturæ rationibus magis obsequatur; alter ab eis abhorreat ac sequi renuat. Diligenti autem cura observandi sunt, qui in aliquo exorbitaverint. Vim enim propemodum faciunt, trahuntque rerum definitiones atque regulas, ad quod illis visum sit, velut ex condicto immutantes, ut pervertendo, quæ sua sunt statuant.

Τὰς σταλείσας τετράδας[84], καίτοι μὴ κατὰ σχολὴν μετιών, λέγω δὴ τὰς περὶ ψυχῆς καὶ τῶν λοιπῶν κεφαλαίων, τὸ δοκοῦν περὶ αὐτῶν γνωρίζω. Τὸ γὰρ τάχος τοῦ ἐξορμῶντος, οὐ συνεχώρει ταύτας διελθεῖν· ὅτι καὶ μετὰ πλείους ἡμέρας τοῦ καταλαβεῖν ἐν τῷ Βυζακίῳ, πρὸς τὴν ἐμὴν γέγονεν οὐδενίαν[85] ἐν Καρθαγένῃ. Λοιπὸν δὲ καὶ εἰργομένῳ μοι ἀπὸ τῆς προσούσης μοι τῶν ὀμμάτων ὡς εἰπεῖν ἀβρανείας· ἐπεὶ καὶ τὴν περὶ τούτων κέλευσιν ὑμῶν, ὡς τάχος ἠβουλόμην πληρῶσαι, πέπομφα. Ἡ κριθεῖσα τῆς μεταγραφῆς χάριν τοῦ τείχους οἰκονομία, τοῖς ἁγιωτάτοις ὑμῖν, τοῦ τὴν ἑρμηνείαν ἔχοντος τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, κἀμοὶ τῷ ὑμετέρῳ λίαν πέφανται προσηνής, ὡς ἂν μὴ καταδρομῆς αἰτία γένηται κατὰ τοῦ ἐκθεμένου, τοῖς πάντα κατὰ τὸ ἰδιῶν μεταλλεύειν[86] οὐ καλῶς πειρωμένοις.

Missis quaternis, quanquam non ex otio satis decursis (quæstionibus scilicet de anima ac reliquis capitulis), quid de illis sentiam, indicabo. Nuntii enim profecturi celeritas, hos pellegendi mihi facultatem non faciebat: post multos enim dies quam Byzacium venerat, ad meam prope nihil tenuitatem, Carthaginem venit. Jam vero quod et ipsa, qua laboro, ut ita dicam, oculorum imbecillitas obstaret; quia vestram quam cito de his jussionem implere in animo habebam, misi. Quod vobis sanctissimis, transcribendi causa voluminis, expositionis Joannis evangelistæ, solerti consilio constitutum est, mihi quoque vestro servo valde liberale visum est; arrisitque, ut nulla sit insultandi ratio ac ingruendi adversus expositionis auctorem, his, qui ex libito cuncta non bene scrutari ac indagare conantur.

C

D

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

[87] *Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς ἐν Ῥώμῃ γραφείσης.*

Ταῦτα γὰρ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, καὶ οἱ τὸν Κύριον εἰλικρινῶς καὶ ὀρθοδόξως πανταχοῦ γῆς ὁμολογοῦντες, ὥσπερ εἰς ἥλιον φωτὸς ἀϊδίου εἰς τὴν Ῥωμαίων ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν καὶ τὴν αὐτῆς ὁμολογίαν καὶ πίστιν, ἰθύτενῶς[88] ἀποβλέπουσιν, ἐξ αὐτῆς τὴν ἀπαστράπτουσαν αἴγλην προσδεχόμενοι, τῶν πατρικῶν[89] καὶ ἁγίων δογμάτων, καθὼς αἱ θεόληπτοι καὶ θεοπρέπεστοι εἰλικρινῶς καὶ πανευσεβῶς ἐξέθεντο ἅγιαι ἓξ σύνοδοι[90], ἐκφαντορικώτατα φάσκοντες τὸ σύμβολον τῆς πίστεως. Ἀπαρχῆς γὰρ τῆς πρὸς ἡμᾶς καταβάσεως τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ

EJUSDEM.

Ex epistola Romæ scripta.

Omnes enim orbis terrarum fines, et qui ubique p gentium Dominum vere rectaque fide confitentur, velut in solem sempiternæ lucis in sanctissimam Romanam Ecclesiam, ejusque confessionem ac fidem recta intortis oculis respiciunt, ex ipsa effulgurans exspectantes jubar, Patrum doctrinæ sanctorumque, pront sincere omnique pietate, Numine afflatæ atque divinæ sanctæ sex synodi exposuere, explicatissime fidei symbolum edentes. Ab initio enim quando ad nos Dei Verbum assumpta carne descendit, unicam firmam basim e fundamentum,

[81] R. V. 1, 2, τούτου φύσιν. [82] R. V. 1, ἕπεσθαι et ἀφέπεσθαι. [83] R. V. 1, παρεκβληθέντας· ego παρεγκληθέντας. [84] V. 1, 2, τὰ γραφὰς καὶ τετρ. [85] R. V. 1, 2, οὐδένειαν. [86] R. V. 1, μεταλέγειν, 2, μεταλεύειν. [87] V. 2, καὶ μεθ' ἕτερα, quasi ex eadem epistola: melius Regius, ut ex alia. Vatic. 1 non habet, nec alter R. aut Fr. [88] V. 2, ἐκτενῶς. [89] Vatic. 2, πατροπαραδότων. [90] Pro vi synodo, Lateran. sub Martino I, ipsam orbi notissimam, videtur indicare, a qua ipsa hæc Maximus Romæ scripserit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

omnes 73 ubique Christianorum Ecclesiæ, quæ ubi est, maximam nacti sunt, habentque Ecclesiam; ut in quam, juxta ipsam Salvatoris promissionem [a], portæ inferi haudquaquam prævaluerint, sed quæ rectæ fidei in ipsum ac confessionis claves habeat, nisque, qui cum pietate accedant, quæ vere natura est, solamque pietatem aperiat; claudat vero atque obstruat omne os hæreticorum, injustitiam loquens in excelso [b]. Etenim quæ ipse universorum conditor ac Dominator, Dominus noster Jesus Christus, ejusque discipuli et apostoli, ac deinceps sancti Patres et Magistri atque martyres, suis tum operibus tum sermonibus, certaminibusque et sudoribus ac laboribus ac cruoribus, postremoque stupendis interfectionibus atque necibus immolati ob nostram in eum credentium catholicam et apostolicam Ecclesiam, fundaverunt; duabus vocibus sine labore atque opera (o longam Dei patientiam toleratamque!) convellere nituntur, ac magnum omnique luce splendidum ac laude celebrandum, Christianorum rectæ fidei religionis abolere mysterium.

Λόγου, μόνην κρηπῖδα καὶ θεμέλιον αἱ πᾶσαι πανταχοῦ τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησίαι, τὴν αὐτόθι μεγίστην ἐκτήσαντό τε καὶ ἔχουσιν· ὡς οὐδαμῶς μὲν κατισχυομένην κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελίαν, ὑπὸ ᾅδου πυλῶν· ἀλλ' ἔχουσαν τὰς κλεῖς τῆς εἰς αὐτὸν ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ὁμολογίας· καὶ τοῖς εὐσεβῶς προσερχομένοις ἀνοίγουσαν τὴν ὄντως φύσει καὶ μόνην εὐσέβειαν· ἀποκλείουσαν δὲ καὶ ἐμφράττουσαν πᾶν αἱρετικὸν στόμα, λαλοῦν ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος. Καὶ γὰρ ἅπερ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ Δεσπότης Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οἵ τε τούτου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, καὶ οἱ καθεξῆς ἅγιοι Πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι καὶ μάρτυρες, ἱερουργηθέντες οἰκείοις ἔργοις τε καὶ λόγοις, ἀγῶσί τε καὶ ἱδρῶσι, καὶ πόνοις καὶ αἵμασι, καὶ τελευταίοις ἐξαισίοις θανάτοις διὰ τὴν ἡμῶν τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσαν καὶ ᾠκοδόμησαν, διὰ δύο ῥημάτων ἀπονητὶ καὶ δίχα θανάτου [καμάτου], ὧν τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας καὶ ἀνοχῆς! καταλῦσαι σπουδάζουσι, καὶ ἀκυρῶσαι τὸ μέγα καὶ πάμφωτον καὶ πανύμνητον τῆς Χριστιανῶν ὀρθοδόξου θρησκείας μυστήριον.

[a] Matth. xvi, 18, 19. [b] Psal. lxxii, 8.

MONITUM.

Maximi locum ex epistola ad Marinum, de processione Spiritus ex Patre et Filio in Martini primi synodicis, quo offensi sint Constantinopolitani, ipseque Maximus exposuerit, ut non duas causas, sed unam, Patrem, Latini sentiant; nonnulli, etiam Catholici, an sit Maximi addubitant; vereorque ne Leo Allatius liberalior sit, in Vindiciis synodi Ephesinæ Cyrilli ea de re, cap. 72, cum ait *plerosque addubitare*. Anastasius in Collectaneis ut certæ fidei retulit, ac momentum habere in rem fidei et Ecclesiæ existimavit. In concilio Lugdunensi Gregorio X pontifice, nescio qui dubitarint: non Beccus, non Georgius Metochita, etc. In Florentino ea Maximi distinctione et sententia, Ecclesiarum pax conciliata: non Blemidas aliique Catholici vex schismaticis, Palamas, Marcus Ephesius, etc. Libri antiquissimi servarunt, in quibus codex ille Romanus antiquior VII synodo, ex quo excerptus Reg. Michaele Duca Angelo Comneno imper. Qui dubitent, parum versatos in Maximi lectione existimo, nec ullam arbitror exstare ejus epistolam aut tomum dogmaticum, in quo ejus styli character clarius eluceat, quibus præsertim præfatur, ut in aliis ad eumdem Marinum dogmaticis, aliosque viros sacros, diversi argumenti epistolis. Nec sic a vero et catholico sensu abhorret Maximi expressio, ut tam facile ejus relinquendum vadimonium viro catholico sit. Una causa Pater absolute, seu auctor: nec Filius auctor, nisi quia a Patre, et ejus quasi virtus, quo cum una causa, et principium de principio: quod Græci libentius particula *per* exprimunt, ut ordinem significent, et Patri τὸ προκαταρκτικόν, ratione primæ causæ et originalis (a se scilicet) servent. Operæ pretium igitur fecit Maximus, qui et vivus, et vita functus, dissentaneas in specie Doctorum voces Virorumque Ecclesiasticorum eodem sensu, velut olim Athanasius in eadem prope materia (ac περὶ Θεολογίας) commiserit.

Locum Maximi eo ipso sensu egregie exponit Joan. Veccus, orat. 2, t. II *Græciæ orth.* p. 63 et 64, ubi omissa fusiori explicatione, quam Damasceno malit impendere, cujus causa difficilior, et quo adversarii magis glorientur, sic paucis de Maximo: Ὑμῖν δὲ οὐκ ἀγαπητὸν τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ κατακολουθεῖν ὑπερηγορουῦντι Ῥωμαίων, ἐφ' οἷς καὶ τότε ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἔλεγεν ἐκπορεύεσθαι· καὶ οὐδὲν διαφέρειν, τὸ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ πρὸς τὸ, ἐξ ἀμφοῖν ἐκδιδάσκοντι· δι' ὧν ἡ ἐπιστολὴ τὸ, ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, εἰς τὸ, δι' Υἱοῦ προϊέναι σαφῶς ἐκλαμβάνεται; Ubi Leo All. *An non volupe vobis fuerit, magnum Maximum sequi, patrocinium Romanorum suscipientem, qui tum ex Patre et Filio Spiritum procedere affirmabant: nihilque differre ex Patre per Filium, et ex utroque, edocentem: quibus in illa epistola,* Ex Filio procedere, *in illud,* Per Filium procedere, *assumitur.* Omissa Allatio particula καὶ, ipsa non inutilis, qua significatur esse hoc argumento antiquæ traditioni, cum nulla Ecclesiarum scissione sic Romana Ecclesia doceret, nec Græcam lateret. Vexatque egregie hoc argumentum Georgius Metochita in suis de processione Spiritus sancti quinque libris, a me ipsi Leoni Allatio transmissis, ut in tertium suæ *Græciæ orthodoxæ* volumen conferret; sicque transmissi tum mihi periere, tum rei ecclesiasticæ. Extrema verba 74 sic redderem: *Ea ratione quod epistola,* ex Filio procedere, *palam exponat, ut sit idem ac* per Filium prodire. Fuse vero idem ad Constantinum, l. IV, p. 203 et seq., ubi optime quasi utrique parti de processione Spiritus sancti studentem sanctum Maximum, mollicndo illa verba junxisse, ut ad assensum traheret, rixamque sedaret: Ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν ποιοῦντας σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν· *Ostenderunt se non causam Spiritus Filium facere:* qualem illi sibi videbantur ex ipsorum verbis et modo profitendi, habere: primam scilicet, et qualis est Pater: quod ipsum illis ex contentione provenerat, et quod Latini Monothelitarum hæresis causa ipsos perstringerent; ut optime idem Veccus, p. 47, dicens se deprehendisse ex Maximi epistola; ac facile quisque advertat: nec aliter in Photio et Cerulario, sic privata odia vertentibus in causam fidei.

In excerpto, ex epistola quam Regius Cod. laudatus Romæ scriptam dicit, Romanus alter, qui solus habet, cum epistola ad Marinum conjungit, quasi sit illius pars. καὶ μεθ' ἕτερα· quomodo non Romæ,

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

sed Byzacii in Africa scripta esset. Ac num imperitus librarius Byzantium sibi pro *Byzacio* divinavit, ut eamdem epistolam, eodem loco scriptam sibi finxerit? Anastasius, quod non defloravit, nec habuit : nunquam omissurus sic illustre Romanæ fidei et Ecclesiæ, Petri privilegio, testimonium ac elogium. Nihil autem abhorret a Maximi aliis, quibus per occasionem Romanos laudat, eorumque in fide firmitatem : nusquam non fidei primatum et arcem Ecclesiasticæ communionis, in Romano Antistite ponens, a quo et absolutio ab hæresi impetranda sit, ac cujus arbitratu transigenda fidei negotia.

Movere possit, quod sex synodos numerat, cum sexta synodus Maximo jam consummato celebrata sit. Existimo sextam voluisse ipsam Romanam et Lateranensem Martino I pontifice, quæ pro sui celebritate sic quinque generalibus Maximo connumerari potuit : qua vere Catholicis supremo judicio confossa hydra videretur, cui interfuisset aut communicasset, quidquid esset orthodoxum, reliquis per Orientem sedibus, excepta Hierosolymitana, Monothelitarum hæresi infectis : in qua perinde Sophronio auctore ea damnata fuerat, uti etiam a Joan. IV Romæ : sed non ea pompa et celebritate, qua a Martino e concilio Lateranensi, Maximo ipso illi incentore, cujus acta illustrissima exstarent, in quibus ventilata omnia, adductaque Scripturæ ac Patrum testimonia, quibus veritas catholica lucidissime statueretur, ac quidquid Monothelitarum furfuris esset, exsufflaretur, illorum etiam nominatim proscriptis capitibus : ut jam una Christianitatis tessera viderentur, in sancta una catholica, quo tantum sui desiderium per Orientem veris fidelibus consciverant, quantum Theodosius Gangrensis presbyter testatur in Hypomnestico. Nec ultra trahenda Maximi epistola ad Petrum illustrem, quam nobis servavit Anastasius in Collectaneis excerptam, unaque nobis Græce desideratur : cum alia dogmatica nobis exstent ad eumdem, in epistolis, quas sequentibus repræsento.

DIFFLORATIO 74 EX EPISTOLA EJUSDEM SANCTI MAXIMI,

SCRIPTA AD PETRUM ILLUSTREM;

Ubi Pyrrhi et sancti Sophronii Hierosolymitani episcopi, atque papæ Honorii mentionem facit : ita post aliqua prosecutus :

Vestris laudabilibus syllabis dignatus es significare indigno servo tuo propter abbatem Pyrrhum. *Et post pauca.* Et futurum profecto est, ut hac forte pro causa ad redargutionem illius, et omnium qui secundum illum impiam novitatem sectantur indifferenter, ad divinitus conservanda tua, et famosissima vestigia properarem, quatenus scirent omnes, qui secundum vos pietatis sunt amatores, illorum cum omni prorsus inscitia, impietatis quoque superfluam abundantiam. Sed timui ne putarer extra sacra quidquam agere jura, præter voluntatem hoc faciens sanctissimæ sedis apostolicorum virorum, qui universam plenitudinem catholicæ Ecclesiæ bene ducunt, et ordinate secundum divinam legem dedicant. Quoniam hac divina videlicet lege consistunt cœlestia et terrestria, et oportet ab ea nequaquam exorbitare; sed quæ sunt divina, secundum Deum agere illos, qui sancte secundum vos vivere proposuerint; quatenus et Deum gestorum habeant curatorem et sine successu receptionem. Quoniam, famosissime domine, pejor his est, quod et antea intimavi, etiam ab antiquis hæreticis, nova fides et expositio (Ἔκθεσις). Hanc enim multis, quibus perduravit annis in episcopata ad manifestationem reprobatæ mentis suæ (nam Deus et ad nequitiæ propalationem sæpe novit longanimiter sustinere : non ut hanc ampliorem per inducias relaturus, sed ut hanc ampliorem factam justius puniat) decessor quidem ejus impie in utero aluit, iste vero magis 75 impie genuit, et rursus posteriores horum in contemptum excolunt divinitatis.

Et paulo post. Et quod adhuc deterior illis est omnes, et veluti speciale omnium universorum hæreticorum indicium, quia et suæ ipsius impietatis obnoxios, scribunt innoxios. Sophronium quippe, qui prudenter divina perdocuit et prædicavit Ecclesiæ catholicæ dogmata, se in errorem movisse hac illacque susurrant. *Et post pauxillum :* Divinus enim Sophronius, ut ipsi testamini, laudatissimi, in Afrorum regione mecum et cum omnibus peregrinis monachis moras agebat, cum ipsi perversitates illas fabricarent adversus omnes. *Et post pusilla :* Et erat quidem domus omnium per divinam concordiam et unanimitatem in unum Dei favente gratia in universitate, quæ sub sole consistit, pacifica et tranquilla fide munitis Ecclesiis. Hi vero, qui horum invidebant consonantiæ, ac in Christum Deum confessioni, veluti quamdam caliginosam nubem, et stridentem vel gravem fluctum maris ac barbarorum, nemine hos movente, quam solo dæmone turbationis amico, qui genus humanum ad simultatem concitavit, repente contra veram Christianorum fidem excogitaverunt Ecthesim; deinde sententias pro ea, et compositiones incultas; dein actiones monumentorum; deinde synodos latrocinales et concursus episcoporum, non vero convenientium, sed violentia contractorum; non exhortatione properantium, sed ex fuga Barbarorum peregre proficiscentium; dein jussiones et minas huc atque illuc adversus pios transmissas. Nam cum, qui tunc imperabat, sophistice muneribus in servitutem redigentes.

Et post pauca. Ex proprio nomine viro Ecthesim producere persuaserunt. *Paulo post.* Fit autem horum inimicus pariter et defensor; an potius asserendum fautor et accusator, horum publicans argumentum : et innotescens quod ipse nequaquam ex se fuerit motus, sed ab illis coactus, impiissimam fecerit Ecthesim, in scriptis pro seipso hæc

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

dicens, et rationem reddens Joanni sanctæ memoriæ papæ senioris Romæ. *Et post paucillum.* Convincunt autem seipsos, quod isti valde manifeste fortissimi hanc fecerint, et nullatenus ille. Neque enim quodlibet super hoc habuit studium, utpote ad alia circumlatus.

Post brevia. De quibus omnibus miseri, nec sensus apostolicæ facti sunt sedis; et quod est risu, imo, ut magis proprie dicamus, lamento dignissimum, utpote illorum demonstrativum audaciæ, nec adversus ipsam apostolicam sedem mentiri temere pigritati sunt : sed quasi illius effecti consilii, et veluti quodam ab eo recepto decreto, in suis contextis pro impia Ecthesi actionibus, secum, magnum Honorium acceperunt, suæ præsumptionis ostentationem ad alios facientes, viri in causa pietatis maximam eminentiam. Quis itaque, o famosissime, et qualis Sophronius hæc et tam atrociter et per tantum temporis facere his falsiloquis persuasit? quæ hos non rogavit Ecclesia? quis pius et orthodoxus non supplicavit antistes, cessare illos a propria hæresi clamando et obtestando? siquidem ultima sua exspirabat sacer Arcadius et spiritum Deo tradebat : sed neque usque ad horam illam eos rogare cessavit.

Et post pauca. Quid autem et divinus Honorius; quid vero et post illum Severinus senex? quid denique et is, qui post hunc exstitit, sacer Joannes? Porro is qui nunc præsidet beatissimus papa, omisit quidquam supplicationi conveniens? Nonne Oriens totus et Occidens lacrymas, lamenta, obsecrationes, deprecationes ex æquo, tam Deo per orationes, quam his per epistolas offerebant? Sed Deus quidem horum profecto beatorum virorum fidem admisit, et pro ea vicissitudinem in sæcula conservavit. Illi autem Domini contemnentes inducias, ad conversionem hos benigne cohortantes, et horum egregiorum facta per tot tempora supplicatione torpentes, suæ nequaquam passi sunt cœlestem fidem præferre.

Post aliqua. Divinus ergo magnusque Sophronius tunc Alexandriam veniens, mox ex prima lectione (dederat enim etiam ipsi Cyrus ad retractandum illa novem impietatis capitula) lugubre quiddam et ingens vociferatus, fontes emittebat lacrymarum illum fervide obsecrans, supplicans, expostulans, in pavimento ipsius pedibus provolutus, quo nihil horum super ambonem contra catholicam Dei Ecclesiam prædicaret : quippe cum hæc liquido impii essent Apollinarii dogmata. *Et paulo post.* Taliter viri, o mihi præ omnibus reverendum caput, divina Deo perosis insultationibus, et invicem scenicis quodammodo illusionibus lacerabant, et sacratissimum Sophronium tam miserabiliter lamentatum, utpote contritionem more cujusdam secundi Jeremiæ catholicæ deflentem Ecclesiæ, tantumque divinorum lapsum **76** bene valde et compatientissime dogmatum deplorantem, nullatenus consolati sunt.

Et post nonnulla. Si enim Romana sedes non solum reprobum Pyrrhum, sed et male sentientem et male credentem non nescit, perspicuum profecto est, quia omnis, qui eos, qui Pyrrhum reprobaverunt, anathematizat, sedem Romanam, id est, catholicam Ecclesiam anathematizat. Omitto enim dicere, quia utique et seipsum, qui talis est, si duntaxat sedi Romanæ communicat, catholicæque Dei Ecclesiæ. Obsecro igitur, benedicte domine mi, præcipere omnibus, ne Pyrrhum sanctissimum vel Almificum nominent. Neque enim tale quid sacra regula eum vocari permittit. A cuncta enim cecidit sanctitate, qui nimirum ab Ecclesia catholica sponte prosiliit. Non enim fas est illum ex quacunque laude cognominari, qui jam olim damnatus est et abjectus ab apostolica sede Romanæ urbis[91], ob externæ sensum opinionis, donec ab ea recipiatur conversus ad ipsam; imo ad Dominum Deum nostrum per piam confessionem et orthodoxam fidem, qua sanctificationem recipiat, sanctumque vocabulum. Itaque si vult hæreticus non esse, neque audire, non isti aut illi satisfaciat; superfluum quippe hoc et irrationabile est : quia sicut uno contra eum scandalizato omnes scandalizati sunt; ita quoque uno satisfacto, omnes procul dubio satisfiunt. Festinet pro omnibus sedi Romanæ satisfacere. Hac enim satisfacta, communiter ubique omnes pium hunc et orthodoxum prædicabunt. Nam frustra solummodo loquitur, qui mihi similes suadendos putat, et non satisfacit et implorat sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ beatissimum papam, id est, apostolicam sedem, quæ ab ipso incarnato Dei Verbo, sed et omnibus sanctis synodis, secundum sacros canones et terminos, universarum, quæ in toto terrarum orbe sunt, sanctarum Dei Ecclesiarum in omnibus et per omnia percepit et habet imperium, auctoritatem et potestatem ligandi et solvendi. Cum hac enim ligat et solvit etiam in cœlo Verbum, quod cœlestibus virtutibus principatur. Si enim alios quidem satisfaciendos ducit, et beatissimum Romanum papam nequaquam implorat, simile quiddam agit ei, qui forte homicidii, vel alterius cujusdam criminis redarguitur, et insontem se, non ei, qui secundum leges judicandi jura sortitus est, exhibere festinat : sed tantum inutiliter et sine lucro aliis et privatis hominibus munditiam monstrare sui satagit actus, qui nullam habeant se solvendi a crimine potestatem.

Quapropter, benedicte mi domine, adhuc magis extende præceptionem, quæ bene vobis et secundum placitum Dei visa fuisse dignoscitur, quo nemini licentiam habeat iste quidquam loqui et ebioqui dogmatis causa. Sed liquido discite voluntatem hujus abundantius investigantes, si velit annuere

[91] Hæc forte post Theodori papæ excommunicationem : vel cum sede ejectus et Urbe in Africa ageret.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

penitus veritati : et si hoc agere studuerit, et ad id secundum rationem accelerat, hortamini eum suggestionem convenienter facere ad beatissimum papam Romanum : quatenus sic per illius divinam A præceptionem, regulariter, quæ circa ipsum sunt, et decentissime moderetur ad gloriam Dei, et vestræ laudem sublimitatis.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

Περὶ τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεων (d).

α'. Ὁ Ἄρειος τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖ· ἀλλὰ τὴν Μονάδα ἀρνεῖται· καὶ οὐ λέγει ὁμοούσιον τὴν ἁγίαν Τριάδα. Ὁ δὲ Σαβέλλιος, τὴν Μονάδα ὁμολογεῖ· ἀλλὰ τὴν Τριάδα ἀρνεῖται· τὸν γὰρ αὐτὸν λέγει Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἡ δὲ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν Μονάδα [92] ὁμολογεῖ, καὶ τὴν Τριάδα κηρύττει. Ὁ Μακεδόνιος ὅμοια τῷ Ἀρείῳ πρεσβεύει· τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα, κτίσμα ὑποτίθηται· ἡ δὲ Ἐκκλησία, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνακηρύττει, καὶ θεὸν πῶς διαβεβαιοῖ (e). Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, Νεστόριος τὴν φυσικὴν διαφορὰν λέγει· ἀλλὰ τὴν ἕνωσιν οὐχ ὁμολογεῖ, οὐ γὰρ B λέγει ταύτην καθ' ὑπόστασιν γεγονέναι. Ὁ δὲ Εὐτυχὴς, τὴν μὲν ἕνωσιν ὁμολογεῖ· τὴν δὲ κατ' οὐσίαν διαφορὰν ἀρνεῖται, καὶ σύγχυσιν τῶν φύσεων εἰσάγει. Ἡ δὲ Ἐκκλησία, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν διὰ τὸ ἀδιαίρετον, καὶ τὴν κατ' οὐσίαν διαφορὰν διὰ τὸ ἀσύγχυτον πρεσβεύει.

β'. Πῶς ἡ ἄκρα ἕνωσις καὶ ταυτότητα ἔχει, καὶ ἑτερότητα; Ἡ ταυτότητα οὐσιῶν καὶ ἑτερότητα προσώπων, καὶ τὸ ἔμπαλιν. Οἷον ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ταυτότης μέν ἐστιν οὐσίας· ἑτερότης δὲ προσώπων· μίαν γὰρ οὐσίαν ὁμολογοῦμεν· τρεῖς δὲ ὑποστάσεις. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου, ταυτότης μέν ἐστι προσώπου· ἑτερότης δὲ οὐσιῶν· ἑνὸς γὰρ ὄντος ἀνθρώπου, ἄλλης οὐσίας ἐστὶν ἡ ψυχὴ, καὶ ἄλλης ἡ σάρξ [93]. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· ταυτό- C τῆς μέν ἐστι, προσώπου· ἑτερότης δὲ, οὐσιῶν· ἑνὸς γὰρ ὄντος προσώπου, ἤτοι ὑποστάσεως, ἑτέρας οὐ-

1. Arius tres hypostases, seu personas, confitetur; verum Unitatem negat : nec sanctam Trinitatem consubstantialem dicit. Sabellius vero, Unitatem confitetur, sed negat Trinitatem. Eumdem enim dicit Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Dei autem Ecclesia, cum Unitatem confitetur, tum prædicat Trinitatem. Macedonius similia docet Ario : natu Spiritum sanctum creaturam esse tradit. Ecclesia vero, Spiritum sanctum ejusdem ac Pater et Filius substantiæ celebrat, ac Deum esse affirmat. Similiter **77** etiam Nestorius in uno sanctæ Trinitatis distinctionem dicit, sed unionem non confitetur. Non enim factam unionem dicit secundum hypostasim. Eutyches vero confitetur quidem unionem, verum naturarum confusionem inducit. At Ecclesia, tum unionem secundum hypostasim, propter indivisionem ; tum distinctionem secundum substantiam profitetur, ne fiat confusio.

2. Quomodo summa unio et identitatem habet, et distinctionem ? Nempe aut substantiarum identitatem, aut personarum distinctionem; et ut sic dicam, alietatem ; vel e contra: Velut in sancta Trinitate, eadem substantia est ; personarum vero distinctio. Unam enim substantiam confitemur; tres vero hypostases ac personas. In homine autem una est hypostasis seu persona, sed diversæ substantiæ. Cum enim homo unus sit, alia anima substantia est, alia carnis, sive corporis. Simili autem ratione etiam in Christo Domino, eadem

[92] Fr. καὶ Μονάδα καὶ Τριάδα. [93] Fr. τὸ σῶμα, ut et Turr.

NOTÆ.

(*d*) Ex Regio cod. collato cum nostro Tiliano S. Hilarii et Dufresnii editisque Latine a Turriano. Eadem fere Leontius. Opusculum hoc ipsum breve, quod tam multis codd. exstat, argumento est, pluris Ecclesiæ catholicæ alumnis olim habitum, eisque velut tesseræ loco fuisse adversus hæreticos, qui vel de Deitate male sensissent, vel de dispensatione seu incarnatione; ne omissa quidem Macedonii hæresi, in nostro sancti Hilarii cod., sive ipse sanctus Maximus illam inseruit, sive alius quispiam studiosus adjecit, ut esset plenior doctrina; quod vero similius putem, vel inde quod in aliis ubique codd. desideratur. Placuit vero etiam repræsentare. Titulus apud Turr. paulo auctior; addit enim, *Et quod Arius et Nestorius in theologia et incarnatione, contra atque Sabellius et Eutyches tenuisset :* quod ipsum indicat, unum hoc Maximum spectasse, ut contrarias has hæreses in Trinitate et Incarnatione contenderet, eisque fidem catholicam, ipsam illarum mediam, opponeret.

(*e*) *Καὶ Θεὸν πῶς διαβεβαιοῖ.* Sic noster ille cod. non enclitice. Qui velit τὸ, πῶς, ἐμφατικῶς dici, ac velut quadam admiratione, nihil ipse infitias ierim. Sic certe quod altero statim numero requitur, Πῶς ἡ ἄκρα ἕνωσις, admiratione reddo; quidquid Turrianus interrogatione : *Quomodo summa unio et idem habet et diversum ?* Non id quærit Maximus, sed admiratur, in divinis æque ac in creatis : nisi quod in divinis, non satis aptum, τὸ, *diversum et diversitas*, quod sic proclive Turr. usurpat : pro eo quod est *distinctum et distinctio*, sed aliud, vel alterum, vel differens ac differentia; quod nimirum diversus divisionem videatur inducere; sicque reddit Ambros. Calep. *diversus, separatus,* κεχωρισμένος· quo facit illud Cæsaris *De bello Afr. : Cum Numidas diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent;* itemque Plauti in Rud. : *Inde suam quisque ibant diversi domum.* Ἑτερότητα dicant, si liceret, castigatiores theologi, *alietatem ;* uti etiam alia eis persona atque alia in divinis dicitur: quanquam ἕτερος respectu duorum proprie, ἄλλος etiam plurium. Ad illa verba Hilariani nostri cod. ἡ ταυτότητα οὐσιῶν, addo quæ necessaria sunt, ut sit plenus sensus, καὶ ἑτερότητα προσώπων, καὶ τὸ ἔμπαλιν. Aliter enim se res in Deo habet, aliter in Christo ac nobis, modoque opposito; quod utrumque propositum exponere Maximo, cum utrobique summa unio sit, altera essentialis seu natura, altera personalis ac subsistentia.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

persona est, et diversæ substantiæ. Cum enim una sit persona, seu hypostasis, alterius substantiæ est divinitas, alterius ac diversæ humanitas. Quemadmodum enim fieri non potest ut in sancta Trinitate unionem confiteamur et non efferamus distinctionem : sic prorsus necesse est ut in uno e sancta Trinitate, tum unionem prædicemus, tum distinctionem.

A σία; ἐστὶν ἡ θεότης, καὶ ἑτέρας ἡ ἀνθρωπότης. Ὥσπερ γὰρ ἀδύνατον τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογεῖν μὲν τὴν ἕνωσιν, μὴ ἐκφωνεῖν δὲ τὴν διαφοράν· οὕτως ἀνάγκη πᾶσα ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν διαφορὰν κηρύττειν.

3. Quemadmodum enim in sancta Trinitate, non iisdem vocibus unio significatur et distinctio; sed quod tres hypostases seu personas dicamus, distinctio designatur; quod vero unam confiteamur substantiam, unio denotatur : sic et in uno e sancta Trinitate, quod duas agnoscamus naturas, distinctio; quod vero unam prædicemus hypostasim compositam ac personam, unio perhibetur.

γ'. Ὥσπερ γὰρ οὐ διὰ τῶν αὐτῶν σημαίνεται λέξεων, ἥ τε διαφορὰ καὶ ἡ ἕνωσις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ἀλλὰ διὰ τοῦ μὲν λέγειν τρεῖς ὑποστάσεις, ἡ διαφορά· διὰ τοῦ ὁμολογεῖν δὲ μίαν οὐσίαν, ἡ ἕνωσις ὁμολογεῖται· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος· διὰ μὲν τοῦ γνωρίζειν τὰς δύο φύσεις, ἡ διαφορά· διὰ δὲ τοῦ κηρύττειν μίαν ὑπόστασιν σύνθετον, ἡ ἕνωσις ὁμολογεῖται.

4. Sicut enim Arium anathematizamus, non ea ratione quod in sancta Trinitate distinctionem quæ est secundum hypostasim prædicet, sed velut qui non dicat naturalem unionem : sic et Nestorium anathematizamus, non velut, qui naturalem distinctionem in Christo agnoscat; sed ut qui unionem secundum hypostasim non dicat.

A mortem ipse formidabat, sed dispensationem (*humanæ scilicet salutis negotium*) ad finem deducere satagebat. Hæc enim Patris voluntas est. Habet autem etiam quod nolit mori, qua ratione caro natura mortem defugit. » Sed et Commentariis in magnum Joannem evangelistam, ait : « Idem ipse Christus sermonem habebat docens, sibi quidem ex animo esse ut pro omnibus morte defungeretur, quod sic consultum erat divinæ naturæ : non autem esse ex animo, ob tormenta, quæ cum manebant in cruce. Atque ad carnem quidem quod attinet, quæ mortem defugiat, talia loquebatur. » Divinus autem Gabalorum quondam episcopus Severianus, in illud, *Pater, transeat a me calix iste;* inque illud, *Pater, salva me ex hac hora* [s] : « Occupato Dominus

B hæreticorum ora obstruit; ut ostendat, induisse se corpus istud multis obnoxium [u], quod timore mortis anxium sit, quod mortis vim contremiscat, quod instante vitæ termino mœstitia afficiatur atque turbetur. Ait : *Nunc anima mea turbata est* [v]. *Tristis est anima mea usque ad mortem* [x]. Non Deitas mea, deitas enim quæ nullis obnoxia sit affectibus, neque turbari potest, nec formidine ulla concuti. Nam, ut ait Dominus : *Spiritus promptus est, caro autem infirma* [y]. Quamobrem duplicem voluntatem indicat : alteram, divinam; humanam, alteram. »

Enimvero satis superque puto ostensam viris divinis de duplici ejusdem voluntate doctrinam; esse-

C que aliam et aliam, divinam et humanam voluntatem, mortemque Salvatori et collibitam fuisse, et illibitam; alterum, ratione ejus quod erat a principio; alterum ratione ejus quod postea factus est. Ordienda vero et de operationum distinctione oratio, esseque operationem duplicem, deiloquis Patribus eamdem doctrinam testimoniis suis obsignantibus, ordine serieque probandum. Statim igitur magnus confessor **88** doctorque Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus, lib. II, *Ad Gratian.*, hæc edisserit : « Æqualis ergo in Dei forma; minor idem in susceptione carnis, et hominis passione. Nam quomodo eadem posset minor esse æqualisque natura? Quomodo autem si minor est, eadem similiter facit, quæ Pater facit?

D Nam quemadmodum eadem operatio ex diversa esset

[s] Joan. XII, 27. [u] Hebr. II, 15. [v] Joan. XII, 27. [x] Matth. XXVI, 38. [y] Matth. XXVI, 41.

VARIÆ LECTIONES.

[s] Lib. VII Com. in Joan. cujus exstant solum fragm. in quibus hæc ipsa desiderantur. [t] Latina, *diversæ esse potestatis.*

NOTÆ.

suggestio, nec male Latina, *docebatur a Deo Verbo gestata caro, hoc deinceps minime pati.* At certe pessime, nihilque ecclesiastice Bonaventura Vulcan. *Considera quod caro, quæ a Verbo gestabatur, non benead hoc ferendum affecta erat.* Plane docebatur sic humano more indulgere affectibus, ad ostensionem assumptæ humanitatis, ut in eis non diutius moraretur, sed fortiori animo hos compesceret, ut cum infremuit in Lazaro, quasi cohibendo naturalem animi miserantis motum. Sic et in passione, *Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.*

(*f*) Ἡ αὐτὴἐνέργεια ἐκ διαφόρου ἐστὶν οὐσίας. Plane luxatio est, reddiditque Maximus, διαφόρου ἐστὶν ἐξουσίας, quod Ambrosii textus habet : *Quemadmodum eadem operatio diversæ esset potestatis?* ipsa Ambrosii voce, non admodum propria, motus, ut et Græcam adhiberet, ei respondentem, ipsam non satis ex usu philosophico; meliusque Agathonis suggestionis interpr., ἡ αὐτὴ ἐνέργεια διαφόρου

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

substantia? Nunquid sic potest minor, quemadmodum major operari? aut una operatio potest esse ubi diversa substantia est?» Sed et Hierosolymorum antistes inclytus Cyrillus, in eum Evangelii locum, ubi Dominus aquam vinum fecit, incipit: « Miraculum, ac miraculum istud contigit. Miraculum patravit; duplicem operationem ostendit patiens quidem ut homo, operans vero ipse idem ut Deus. Neque enim alius atque alius, etsi alia aliaque ratione. » Sic vero etiam Magnæ Romanæ Ecclesiæ antistes, vir fortissimi pectoris, sacratissimusque Leo, in tomo dogmatico, quem ad sanctum Flavianum adversus nefasti nominis Nestorium ac Eutychem dedit: « Agit enim in utraque forma cum alterius communione, quod proprium est; Verbo scilicet operante quod Verbi est; et carne exsequente, quod carnis est. Unum horum coruscat miraculis; aliud, succumbit injuriis. » Qui vero os aureum, (quin potius Christi os) ut esset, Joannes nactus est, in Sermone in viduam; quæ duo minuta in gazophylacium miserat, cujus initium: « Simplex quidem jejunii appellatio: Ac quidem in aliis, naturarum, quæ conjunctæ sunt, diversa operatio humanitatis, et diversa potentia deitatis. Ut sub exemplo loquar: in terra laborat ac fessus est; et in cœlo elementa conservat. In terra esurit; et e cœlo imbres subministrat. In terra formidat; et in cœlo tonat. In terra pro tribunali sistitur; et e cœlo ipse se considerat. Ad eleemosynam autem quod spectat, concurrit quod utriusque operationis est. Qui enim e cœlo thronoque Cherubico, his qui misericordes exstiterint, præmia decernit, ipse ad gazophylacium sedens explorat, qui humanitatis sensu præditi, atque adeo misericordes, sint. » Idem quoque in sermone in Thomam apostolum, et contra hæreticos: « His auditis animum ab incredulitate emundavi. Mentem dubiam abjeci; certam assumpsi fidem; corpus palpavi gaudens et tremens. Una cum digitis, etiam mentis oculum explicavi, ac demum duplicem operationem sensi. » **89** Sed et sapientissimus Alexandrinus præsul Cyrillus, in *Thesauri* cap. 32: « Neque enim unam esse naturalem Dei ac creaturæ operationem statuemus; ne videlicet id quod creatum est ad divinam essentiam evehamus; neve e contrario divinæ naturæ excellentiam deprimamus, ad locum

A γὰρ οὕτω δύναται ἡ ἐλάττων, ὥσπερ ἡ μείζων ἐνεργεῖν; ἢ δύναται μία ἐνέργεια εἶναι, ὅπου διάφορός ἐστιν οὐσία; » Καὶ μὴν ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἱεράρχης Κύριλλος ὁ ἀοίδιμος, ἐν τῷ εἰς τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν λόγῳ ἔνθα ὁ Κύριος τὸ ὕδωρ οἶνον ἐποίησεν [10], οὗ ἡ ἀρχή· « Θαῦμα καὶ τοῦτο θαῦμα ἐγενήθη. Ἐθαυματούργησεν· ἔδειξεν τὴν διπλῆν ἐνέργειαν, πάσχων μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργῶν δὲ ὡς Θεὸς ὁ αὐτός· οὐ γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, εἰ καὶ ἄλλως καὶ ἄλλως. » Οὕτω δὲ καὶ ὁ τῆς μεγάλης Ῥωμαίων ἔξαρχος Ἐκκλησίας Λέων ὁ παναλκὴς καὶ πανίερος, ἐν τῷ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν [11] κατὰ Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τῶν δυσωνύμων δογματικῷ τόμῳ· « Ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρᾳ μορφῇ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε· τοῦ μὲν Λόγου κατεργαζο-

B μένου τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ τοῦ Λόγου· τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος ἅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν, διαλάμπει τοῖς θαύμασι· τὸ δὲ, ταῖς ὕβρεσιν ὑποπέπτωκεν. » Ὁ δὲ τὸ στόμα χρυσοῦν, μᾶλλον δὲ Χριστοῦ κεκτημένος Ἰωάννης, ἐν τῷ λόγῳ εἰς τὴν Χήραν, τὴν τὰ δύο λεπτὰ προσενέγκασαν ἐν τῷ Γαζοφυλακίῳ, οὗ ἡ ἀρχή· « Ἁπλῆ μὲν ἡ τῆς νηστείας προσηγορία. Καὶ ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τῶν συναφθειρομένων φύσεων διάφορος ἡ ἐνέργεια τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τῆς θεότητος διάφορος· ἡ ἰσχύς. Οἷόν τι λέγω· Κάτω κοπιᾷ, καὶ ἄνω συγκροτεῖ τὰ στοιχεῖα. Κάτω πεινᾷ, καὶ ἄνωθεν ὑετοὺς χορηγεῖ. Κάτω δειλιᾷ, καὶ ἄνω βροντᾷ. Κάτω δικαστηρίῳ παρέστηκε, καὶ ἄνωθεν ἑαυτὸν θεωρεῖ. Περὶ δὲ τὴν ἐλεημοσύνην, συντρέχει

C τὸ τῆς διπλῆς ἐνεργείας. Ὁ γὰρ ἄνωθεν ἐκ τῶν Χερουβὶμ βραβεύων τοῖς ἐλεήμοσιν, οὗτος πρὸ τοῦ Γαζοφυλακίου καθήμενος δοκιμάζει τοὺς φιλανθρώπους. » Ὁ δὲ αὐτὸς ἐν τῷ εἰς Θωμᾶν τὸν ἀπόστολον κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ· « Ταῦτα ἀκούσας, ἐκάθαρα τὴν ψυχὴν ἀπιστίας· ἀπεδυσάμην τὴν ἀμφίβολον γνώμην, ἀνέλαβον τὸ πεπεισμένον, ἡψάμην τοῦ σώματος χαίρων καὶ τρέμων. Ἐξήπλωσα μετὰ τῶν δακτύλων καὶ τῆς ψυχῆς ὄμμα, καὶ δύο λοιπὸν ἐνεργειῶν ᾐσθόμην. » Ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ σοφώτατος Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων πρόεδρος, ἐν τῷ τριακοστῷ δευτέρῳ τοῦ *Θησαυροῦ* κεφαλαίῳ· « Οὐ γὰρ δή που μίαν εἶναι φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν δώσομεν Θεοῦ καὶ ποιήματος· ἵνα μήτε τὸ ποιηθὲν, εἰς τὴν θείαν ἀνάγωμεν οὐσίαν· μήτε μὴν τῆς θείας φύσεως τὸ ἐξαίρε-

D τον, εἰς τὸν τοῖς γενητοῖς πρέποντα κατάγωμεν

VARIÆ LECTIONES.

[10] Hæc de vini miraculo non exstant inter opera S. Cyrilli Hieresol. [11] cap. 4.

NOTÆ.

ἐστὶν δυνάμεως. Sic quoque sequentibus Maximus vocem ἐξουσίας usurpavit, Μίαν εἶναι τὴν θέλησιν, μίαν τὴν ἐνέργειαν, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προαγομένην. Ἐξουσία in illis magis proprie dicatur, quæ γνωμικῶς, *ex arbitrio et sententia*, quam quæ φυσικῶς (*natura* scilicet) volumus ac operamur. Quod etiam paulo post sequitur in Leonis auctoritate, ἐνεργεῖ ἐν ἑκατέρᾳ μορφῇ, ipsum quoque emend. ex Latinis, ἐνεργεῖ ἑκατέρα μορφῇ· *agit utraque forma*; quo etiam modo in sequentibus habetur, ubi eædem auctoritates breviter perstringuntur. Forte scripserit Maximus ac reddiderit, ἐνεργεῖ γὰρ ἑν ἑκατέρα μορφῇ· quod nihil sensu a Latinis diversum, sed paulo elegantius reddidum. In ea Leonis epistola, qualem Græcam repræsentavit Gerardus Vossius, multæ sunt variæ lectiones, quidquid diligentiæ adhibitum, ut ipsa pura, qualis a Leone edita erat, ubique in Ecclesiis haberetur, quasi veræ fidei tessera. Ipsa Leonis loquutio visa confundentibus longe durior, quasi divisioni in specie favens: ipsa tamen necessaria ad ipsorum magis elidendam impietatem. Lenius illi habuissent, quod ita hic repræsentatur; ac num illorum aliquis (vel ipse antiquarius) sic lenire voluit? Haud certe, putem, ipse Maximus. Rem probant quæ hic, pluresque in actis sextæ synodi exstant, eorum auctoritates.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τόπον. Ὧν γὰρ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ δύναμις ἀπαραλλάκτως μία, τούτοις ἀνάγκη καὶ τὴν τοῦ γένους ἑνότητα σώζεσθαι. »

Ταῦτα μὲν σὺν θεῷ διαπρυσίως οἱ τῆς εὐσεβείας Πατέρες, οὓς ἐκ πολλῶν ἢ ἀπείρων, καὶ παντὸς οἷον, γραφικῇ εἰπεῖν, *τοῦ τῶν μαρτύρων νέφους*, κατ' ἐπιτομήν, τὸν τοῦ γράμματος περιστελλόμενοι προκαμπίαμεν ὄγκον, εἰς ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν τῆς αὐτῶν περὶ τοῦ παντὸς Σωτῆρος ἀληθογνωσίας Χριστοῦ. Καθ' ἣν ὁρμηθέντες, ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις πνευματοκινήτως παρέδωκαν δύο καθάπερ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς τὰς φύσεις, οὕτως ἰσαρίθμους ταῖς φύσεσι, τά τε τοῦ αὐτοῦ θελήματα καὶ τὰς ἐνεργείας προσθεῖναι, καὶ ἄλλην καὶ ἄλλην, καὶ θείαν καὶ ἀνθρωπίνην θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, εἰς δήλωσιν τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς οὐσιώδους διαφορᾶς· τήν τε φαντασίαν ὁμοῦ καὶ τὴν σύγχυσιν, καὶ σὺν ταύταις παντελῶς τὴν διαίρεσιν ἀποσκευαζομένης, ὡς ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντι θεῷ Λόγῳ, ἐξ ὧν ἐστι πραγματικῶς καὶ ἀνεπιθωμώτως γνωριζούσης [γνωριζομένης] καθ' ἕνωσιν τὴν ἀδιάστατον. Διαφορᾶς γὰρ οὐσιώδους ἐπὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἄκρας ἑνώσεως ἀσυγχύτως οὐ γνωριζομένης, αὐτῶν τε τῶν ἡνωμένων, καὶ τῶν προσόντων αὐτῷ φυσικῶς, οὐδὲ τῆς ἑνώσεως ἀσυγχύτως γνωρισθήσεται λόγος. Οἱ δὲ τῆς ἐναντίας καὶ ἀντιπάλου μοίρας, τὸ ἔμπαλιν. Ἀπολινάριος μὲν γὰρ ὁ δυσσεβής, οὕτως φησὶν ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ αὐτῷ λόγῳ· « Ἀπόδειξις περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου· καὶ οὐ μνημονεύουσιν ὅτι τὸ θέλημα τοῦτο ἴδιον εἴρηται, οὐκ ἀνθρώπου, τοῦ ἐκ γῆς, καθὼς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ. » Ὁ δὲ αὐτὸς πάλιν ἀθλιώτερος, « ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ· Αὐτὴν ἐπιφάνειαν (g) τὴν ἐνσαρκον τοῦ Θεοῦ. Εἷς γὰρ ὁ Χριστὸς θείᾳ θελήματι μόνῳ κινούμενος, καθὸ καὶ μίαν οἶδεν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν, ἐν διαφόροις θαύμασι καὶ παθήμασι τῆς μιᾶς αὐτοῦ φύσεως προϊοῦσαν. Θεὸς γὰρ ἐνσαρκός ἐστι, καὶ πιστεύεται· » καὶ μετὰ βραχέα· Καὶ τό· *Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ σὸν θέλημα γενέσθω*, οὐκ ἄλλου καὶ ἄλλου θελήματος ἔμφασιν ἔχει, μὴ συμβαινόντων ἀλλήλοις, ἀλλ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ· θεϊκῶς μὲν ἐνεργουμένου, οἰκονομικῶς δὲ παραιτουμένου τὸν θάνατον· ἐπεὶ Θεὸς ἦν σαρκοφόρος ὁ ταῦτα λέγων· μηδεμίαν ἐν τῷ θέλειν ἔχων διαφοράν. » Ὁ δὲ ἐκείνου τῆς ἀσεβείας μαθητὴς καὶ διάδοχος, καὶ φερώνυμος τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ πολέμιος, Πολέμων ὁ αἱρετικὸς, ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἁγίους Πατέρας Ἀντιῤῥητικῷ, τάδε δυστρόπως φησίν· « Ὁ Λόγος γὰρ

A creaturis convenientem. Nam quorum operatio et vis eadem omnino est, iis quoque idem genus (seu naturam) constare necesse est. »

Hæc quidem clare relata a nobis pii ac orthodoxi Patres; quos nimirum e multis, numeroque superioribus, ac velut omni (ut Scripturæ vocibus utar) *testium nube*[1], ad epistolæ molem restringendam, cursim protulimus, ut eorum de omnium Salvatore Christo vera fides ac sententia apertissime monstraretur: qua fulti, quemadmodum duas unius ejusdemque naturas, sic pari numero ejusdem voluntates et operationes; aliamque et aliam, divinamque et humanam voluntatem atque operationem, docendas, divini Spiritus afflatu sanctis Ecclesiis tradiderunt; quibus eorum ex quibus, et in quibus, ac B quæ idem ipse est, substantialis distinctio designaretur; talis scilicet, quæ et inanem speciem et confusionem, unaque prorsus divisionem eliminaret; ut quæ uni eidemque nostri causa incarnato Deo Verbo, ex quibus realiter citraque omnem confusionem est, secundum individuam unionem inesse ostenderet. Nisi enim substantialis, in summa secundum hypostasim unione inconfuse noscatur distinctio, nulla eorum, quæ natura insunt, inconfuse dignoscetur ratio. Adversarii autem, huicque sententiæ auctores oppositi, in contrarium. Sic namque impius Apollinarius dicit, in libro quem præ-notavit: « Demonstratio de divina incarnatione ad similitudinem hominis; nec illis in mentem venit, C voluntatem hanc propriam dictam, non terreni hominis esse, ut illi existimant, sed Dei, qui de cœlo descendit. » Idemque rursus inficetus homo in libro a se inscripto: « Ipsam Dei in carne manifestationem. Unus enim Christus, qui divina duntaxat voluntate moveatur, quemadmodum etiam unam ejus novimus operationem, quæ ex una ejus natura diversis edendis miraculis ferendisque passionibus, procedat. Deus enim in carne est, creditur que. » Et post pauca: « Illud quoque: *Pater, si* 30 *possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen, non meum, sed tua fiat voluntas*[2]; non aliam aliamque voluntatem exhibet, quæ inter se minime consentiant; sed unam eamdemque, divina quidem ratione efficacem; quæ tamen ipsa secundum D dispensationem detrectaret mortem. Quippe Deus erat carnem gestans, qui hoc loquebatur, nullam in eo quod est velle distinctionem habens seu differentiam. » Illius autem impietatis discipulus et successor, suique nominis doctrinæ veritatis hostis, Polemon hæreticus, in suo adversus sanctos Patres *Antirrhetico*, perversa hæcce mente loquitur: « Chri-

[1] Hebr. XII, 1. [2] Matth. XXVI, 39.

[g] Ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ, Αὐτὴν ἐπιφάνειαν. Ita Agathonis suggestu aliter et melius, Εἰς τὰ ἐπιφάνια τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου· qui sit esse libri seu orationis titulus; quod vero habet Maximi epistola, ejus initium. Plene itaque scripserit Maximus: Ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ εἰς τὰ Ἐπιφάνια τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, οὗ ἡ ἀρχή· Αὐτὴν ἐπιφάνειαν. Sic passim breviant auctorum scripta antiquarii, sæpe etiam nullo judicio.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

mus enim, Verbum Deus erat, etiam perfectæ unitus carni, ac factus homo; non qui sibi ipse mentem mutabilem, naturali voluntate in contraria motu incitatam, copulasset; sed qui ipse potius sibi mens exsistens, immutabili divina voluntate cuncta præstaret. Non alia quidem divina voluntas, alia deificata, ut sensit Gregorius Cappadox; alioqui esset mutabilis. Quod enim potuit deitate imbui, omnino etiam poterat, in morem prioris Adæ, terrenum effici. » In sexta quoque epistola, ex iis quas scripsit ad Timotheum ejus adjutorem, ac impietatis scelestissimum socium : « Qui duas Christi voluntates dicit, juxta ac olim dixere, nunequc dicunt, aut unum, duos inducit christos, nedum natura, sed et odio inter se divisos, aut eumdem secum ipso pugnantem. Ubi enim binarius, plane divisio est. » Sed et Themistius, Severi quidem partis defensor, Agnoetarum vero pravæ sententiæ auspex, capite 45 libri secundi ex iis quos scripsit, adversus oblatum Theodoræ Augustæ tomum a Theodosio hæresiarcha, eorum scilicet principe, qui ab eo sectæ nomen traxerunt, hæc Deo exoso ore : « Nec enim quod et sacer Athanasius duas Christum voluntates ostendisse ait, quo tempore mortem subiit, jam quoque duas ei voluntates assignaverimus, idque adeo inter se pugnantes, ut tuis his syllogismis confici arbitraris; sed pie unam velut unius Emmanuelis, voluntatem noverimus; quæ, modo quidem humano more, modo autem divino moveretur. » Idemque rursus ominosus homo nocentissimusque hæreticus, capite 52, libri tertii ejus operis, quod contribulis sui impietati consentaneum edidit : « Unam dico Emmanuelis scientiam unamque operationem, uti et voluntatem. Sic ergo cōnsidera : Qui immutabilis est, **91** ut Deus, qui omni superior affectu ac labe est, humano more motus secundum voluntatem, mortem detrectat; rursumque divina fiducia adversum mortem audet; quod utrumque per carnem præstat. » Atque hæc quidem isti perverse.

Dividentium hæreticorum, fidei adversæ de una voluntate et operatione sententiæ. — Qui autem pari illis conatu sensuque veritati adversantur, qui nimirum divisionis magistri ac assertores exsistunt, ad parem illis eumdemque de una voluntate unaque operatione errorem impingentes (qui scilicet animi sententia ac voluntate constantem, quæ affe-

A Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ τελειότητι σαρκὸς ἑνωθεὶς καὶ γενόμενος ἄνθρωπος οὐ τὸν τρεπτὸν νοῦν ἑαυτῷ καταμίξας, θελήματι φυσικῷ ἐπὶ τἀναντία κινούμενον, ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον γενόμενος νοῦς, ἀτρέπτῳ θελήματι θεϊκῷ πάντα πεποίηκεν. Ἀλλ' οὐ τὸ μὲν Θεῖον, τὸ δὲ, θεωθὲν, κατὰ τὸν Καππαδόκην Γρηγόριον [13], ἐπεὶ τρεπτόν. Τὸ γὰρ θεωθῆναι δυνηθὲν, καὶ γεωθῆναι πάντως ἠδύνατο, κατὰ τὸν πρῶτον Ἀδάμ. » Καὶ ἐν ἕκτῃ τῶν πρὸς τὸν Τιμόθεον αὐτῷ γεγραμμένων ἐπιστολῇ, τὸν αὐτῷ συνεργάτην, καὶ τῆς ἀσεβείας συλλήπτορα πονηρόν· « Ὁ δύο θελήματα λέγων Χριστοῦ, κατὰ τοὺς πάλαι καὶ νῦν φησαμένους, ἢ τὸν ἕνα δύο τινὰς εἰσάγει Χριστοὺς, ἀλλήλων οὐ φύσει μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπεχθείᾳ διῃρημένους· ἢ τὸν αὐτὸν ἑαυτῷ διδάσκει μαχόμενον. B Ἔνθα γὰρ δυὰς, πάντως διαίρεσις. » Ἀλλὰ καὶ Θεμίστιος, ὁ τῆς μὲν Σευήρου συμμορίας ὑπασπιστὴς, τῆς δὲ τῶν Ἀγνοητῶν ἔξαρχος κακοφροσύνης, ἐν κεφαλαίῳ μϵ' τοῦ λόγου δευτέρου τῶν κατὰ τοῦ ἐπιδοθέντος τόμου Θεοδώρᾳ τῇ βασιλίδι παρὰ Θεοδοσίου τοῦ αἱρεσιάρχου, τῶν ἀπ' αὐτοῦ κατονομασθέντων αἱρετικῶν, τάδε θεοστυγῶς· « Οὐ γὰρ ἐπεί τε καὶδίερδς Ἀθανάσιος δύο θελήματα ἔφη τὸν Χριστὸν δεικνύναι, κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ἤδη καὶ δύο θελήσεις αὐτῷ περιθήσομεν· καὶ ταύτας μαχομένας ἀλλήλαις, κατὰ τοὺς σοὺς τούτους συλλογισμούς· ἀλλ' εἰσόμεθα εὐσεβῶς, τὴν ὡς ἑνὸς μίαν θέλησιν τοῦ Ἐμμανουὴλ, πῇ μὲν, ἀνθρωπίνως κινεῖσθαι, πῇ δὲ θεοπρεπῶς. » Ὁ δ' αὐτὸς πάλιν δυσάντητος αἱρετικὸς, ἐν κεφαλαίῳ νβ', λόγῳ γ' τῆς C κατακολούθου τοῦ συμφυλέτου τῆς αὐτοῦ δυσσεβείας γεγονυίας αὐτῷ πραγματείας· « Μίαν φημὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ τὴν γνῶσιν (*h*) καὶ τὴν ἐνέργειαν, καθὰ καὶ τὴν θέλησιν. Σκόπει οὖν οὕτως· Ὁ ἄτρεπτος, ὡς Θεὸς, ὁ παντὸς πάθους ἀνώτερος, ἀνθρωποπρεπῶς κινηθεὶς κατὰ τὴν θέλησιν, παραιτεῖται τὸ πάθος· θεοπρεπῶς δὲ πάλιν πρὸς τὸ πάθος ἀναθαῤῥεῖ, καὶ διὰ σαρκὸς τούτων ἑκάτερον. » Καὶ ταῦτα μὲν οἵδε δυστρόπως.

Οἱ δὲ τούτων ἐπίσης καὶ τῆς ἀληθείας ἀντίφρονες, τοὺς τῆς διαιρέσεως λέγω καθηγητὰς, πρὸς τὴν ἴσην ἐκείνοις καὶ τὴν αὐτὴν περί τε θελήματος ἑνὸς καὶ μιᾶς ἐνεργείας συνελαυνόμενοι κακοδοξίαν, D οἳ καὶ τὴν ἐν σχέσει γνωμικὴν ἐπρέσβευον ἕνωσιν, τάδε περιβομβοῦσι. Θεόδωρος μὲν ὁ κακόφρων καὶ δύσερις, ὁ τὴν Μομψουεστινῶν λῃσάμενος, ἐν τοῖ;

[13] Greg. Theol. orat. 2 de Filio.

NOTÆ.

(*h*) *Μίαν τὴν γνῶσιν.* Sic etiam act. 10 sextæ synodi. Μία γὰρ ἡ γνῶσις ἐπὶ Χριστοῦ, καθάπερ καὶ ἡ ἐνέργεια. Nec pro φύσις obrepsit, cum sequatur, Καὶ γὰρ εἷς ἦν ὁ γινώσκων, ὥσπερ ἀμέλει τοι καὶ ὁ ἐνεργῶν. Sic nempe Themistius, ex una operatione unam Christi inferebat scientiam, uti et unam voluntatem : in qua vel maxime vim faciebant sequaces Monothelitæ, tanquam ipsa duplex admitti non posset, quin esset contraria : quam unam contrarietatem, et qualis nobis inolevit ex Adæ peccato, præferebant velle a Christo excludere : quo et fraudem passus Joannes abbas, ipse auctor Honorio, ut ad eum sensum Orientalibus responderet (quæ ipsa ejus satisfactio est) necdum scilicet satis explorato pro Latinorum ingenuitate, fideique sinceritate, quid iidem Orientales adversum fidei in una illa voluntate, eis asserta, molirentur, donec Sophronius, Stephanus, Maximus, aliique viri egregie catholici, Matri suppetias euntes, detectisque Syrorum insidiis, nobilissimos Romanos antistites Joannem IV, Theodorum, Martinum, ad hydram certis ictibus conficiendam, pro Romanæ sedis suprema in rebus fidei potestate, præclare animarunt; negotio demum felici exitu per Dominum, Agathonem, Leonem II et Constantinum peracto.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ς τὰ θαύματα παρεξηγηθεῖσιν αὐτῷ λόγου δευτέρου· θέλω, *καθαρίσθητι*, πρὸς τὸν λεπρὸν εἰπὼν ὁ κτὴρ, ἔδειξε μίαν εἶναι τὴν θέλησιν, μίαν τὴν ἐργειαν, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προηγομένην, οὐ λέγω φύσεως, ἀλλ' εὐδοκίας, καθ' ἣν ἡνώθη τῷ Θεῷ Λόγῳ ὁ κατὰ πρόγνωσιν, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ὕστερον γενόμενος ἄνθρωπος, ἐξ αὐτῆς μήτρας τὴν πρὸς αὐτὸν ἐνδιάθετον ἔχων οἰκείωσιν. » Ὑὸς τῆς ἐκείνου μανίας ὀπαδὸς καὶ διάδοχος, Νεστόριος ὁ ἀληθήριος, ἐν τῇ λεγομένῃ αὐτῷ *Ἐμφανεῖ μήκει* λόγου δευτέρου τῆς κατ' αὐτὴν πραγματείας τάδε κακούργως· « Ἀσυγχύτως φυλάττομεν τὰς φύσεις, οὐ κατ' οὐσίαν, γνώμῃ δὲ συνημμένας, δι' ὃ καὶ μίαν αὐτῶν τὴν θέλησιν, ἐνέργειάν τε καὶ δεσποτείαν ὁρῶμεν, ἀξίας ἰσότητι δεικνυμένας. Ὁ γὰρ θεὸς Λόγος ἀναλαβὼν ὃν προώρισεν ἄνθρωπον, τῇ τῆς ἐξουσίας λόγῳ πρὸς αὐτοῦ προεκρίθη, διὰ τὴν προγνωσθεῖσαν διάθεσιν. » Ὁ δ' αὐτὸς αὖθις παρὰ μικρὸν ἐν τῇ αὐτῇ λόγου τετάρτου· « Οὐκ ἄλλος ἦν ὁ θεὸς Λόγος, καὶ ἄλλος ὁ ἐν ᾧ γέγονεν ἄνθρωπος. Τὸ γὰρ ἦν ἀμφοτέρων τὸ πρόσωπον ἀξίᾳ καὶ τιμῇ, προσκυνούμενον παρὰ πάσης τῆς κτίσεως, μηδενὶ πάντῃ ἢ χρόνῳ ἑτερότητι βουλῆς καὶ θελήματος διαιρούμενον. Ἀλλὰ μὴν καὶ Παῦλος ὁ Πέρσης ψευδοδιάκονος ὢν τῆς Νεστορίου μιαρωτάτης αἱρέσεως, ἐν τῷ *Περὶ κρίσεως* αὐτοῦ λόγῳ, τάδε σὺν ἐκείνοις φθέγγεται θεομαχῶν· « Ἐπειδὴ κατ' οὐσίαν ἡ τοῦ θεοῦ Λόγου πρὸς ὃν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον οὐ γέγονεν ἕνωσις, μία φύσις οὐ γέγονεν. Εἰ δὲ μία φύσις οὐ γέγονεν, μία μονοπρόσωπος ὁ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις· οὐκοῦν κατ' εὐδοκίαν ἡ ἕνωσις, βουλῆς καὶ γνώμης ταυτότητι κρατουμένη, ἵνα καὶ τὸ διάφορον τῶν φύσεων ἀσύγχυτον δείκνυται, καὶ τὸ τῆς εὐδοκίας μυστήριον μονάδι βουλήσεως διαδείκνυται. »

A ctu est, ac habitudinis unitalem tradant), istiusmodi obstrepunt. Theodorus quidem homo perversi sensus ac contentiosus, Mopsuestenæ Ecclesiæ prædo, in iis quæ de miraculis enarravit, lib. II : « *Volo, mundare* [b], dum Salvator ad leprosum dixit, unam voluntatem, unamque operationem, secundum unam eamdemque potestatem procedentem, ostendit; non dico naturæ, sed propensæ voluntatis, qua Deo Verbo unitus est; qui secundum præscientiam, ex semine David, postea homo factus est; ex ipsa vulva, animi cum illo necessitudinem habens. » Illius autem furoris assecla et successor nefastus miserque Nestorius, in ea quam vocat, *clara institutione*, libro secundo ejus lucubrationis, hæcce maligne : « Inconfuse servamus naturas, non essentiæ ratione conjunctas, sed animi sententia ac voluntate (quamobrem etiam unam earum voluntatem operationemque ac dominationem conspicimus) quæ scilicet pari se dignatione exhibeant. Deus enim Verbum assumens, quem prædestinavit, hominem, potentiæ ratione ab eo prælatus est, ob eum quem præscivit animum affectumque. » Rursusque idem ille demens ejusdem operis libro quarto : « Non alius erat Deus Verbum, atque alius in quo fuit homo. Una enim amborum persona dignatione ac honore, cui omnis creatura venerationem cultumque adhibeat, nulloque loco aut tempore consilii ac voluntatis diversitas dividat. » Sed et Paulus Persa, impurissimæ Nestorii hæresis pseudodiaconus, in sermone suo ac libro *De judicio*, cuncta illis acie Deo adversans istiusmodi loquitur. « Idcirco quod Dei Verbi, cum homine, quem assumpsit, unio secundum essentiam minime facta est, nec una facta natura est. Sin autem non una natura facta est, non una Christus unius personæ hypostasis, id est, substantia seu subsistentia est. Ergo secundum propensam voluntatem unio est, inde conflata, quod unum consilium, 92 unaque sententia ac voluntas est; ut et naturarum inconfusa distinctio monstretur, proinsequeque voluntatis mysterium voluntatis unitate diluceat. »

Οἷς, ὡς ὁρᾶτε, πανάριστοι, τά τε γράμματα, καὶ πρὸ τούτων διασκοποῦντες τὰ δόγματα, λίαν ἐν πᾶσιν ὁμόφωνός τε καὶ ὁμόλογος, ἤ, οὐκ οἶδ' ὅπως, νῦν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐπεισφρήσασα κατὰ τῆς προμήτου πίστεως καθέστηκεν ἕνωσις, τὸ ἓν ἐπὶ [illegible] θέλημα κυροῦσα, καὶ τὴν μίαν ἐνέργειαν ἡμοίως τοῖς ἄφροσι. Τὸ μὲν ἓν θέλημα, διὰ τοῦ λέγειν· « Ὅθεν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἐν ἅπασι, καὶ ν τούτῳ κατακολουθοῦντες, ἓν θέλημα τοῦ Κυρίου μῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦμεν· » τὴν δὲ μίαν νέργειαν, διὰ τοῦ φάσκειν· « Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕπεσθαι ταύτῃ, τουτέστι τηρήσει τῶν δύο ἐνεργειῶν, ὰ καὶ δύο προσβεύειν θελήματα. » Καὶ γὰρ εἰ ἕπεσθαι τῇ ἐνεργείᾳ τὰ θελήματα διορίζεται, πᾶσά πως ἀνάγκη, τοῦ ἑπομένου πρὸς αὐτῆς κυρωθέντος, λέγω ἢ τοῦ ἑνὸς θελήματος, κυροῦσθαι καὶ τὸ ἡγούμενον, ἤγουν τὴν μίαν ἐνέργειαν. Ταύτην γὰρ ἐπειγομένη σοφιστικῶς τῇ μιᾷ θελήσει συνεισαγαγεῖν, ἕπεσθαι ἐνεργείᾳ τὴν θέλησιν κατὰ δόξαν ἐθέσπισεν. Διὸ

His, ut videtis, quam optimi, tum litteras scriptaque considerantes, tum iis priora dogmata, in omnibus apprime consona est, ac nec vocibus dissidet, quæ, nescio quomodo, nunc ætatis propter nostra peccata adversus inculpatam fidem, unio obrepsit, pari scilicet ac dementes illis, conatu unam voluntatem astruens, unamque operationem. Unam quidem voluntatem dicendo : « Unde sanctos Patres in omnibus, et in hoc sedulo sequentes, unam Domini nostri Jesu Christi voluntatem confitemur. » Unamque item operationem, qua aiunt : « Sed et hoc sequi (quod nempe duæ serventur operationes) ut et duæ astruantur voluntates. » Quandoquidem enim voluntates sequi operationem decernunt, prorsus necesse est, astruendo id quod consequens est (unam scilicet voluntatem) antecedens quoque astruere; id est, unam operationem. Hanc enim una cum voluntate dum sophistice satagit inferre, voluntatem operationi comitem, ut videtur, sanxit.

[b] Matth. VIII, 3.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

nus enim, Verbum Deus erat, etiam perfectæ unitus carni, ac factus homo; non qui sibi ipse mentem mutabilem, naturali voluntate in contraria motu incitatam, copulasset; sed qui ipse potius sibi mens exsistens, immutabili divina voluntate cuncta præstaret. Non alia quidem divina voluntas, alia deificata, ut sensit Gregorius Cappadox; alioqui esset mutabilis. Quod enim potuit deitate imbui, omnino etiam poterat, in morem prioris Adæ, terrenum effici. » In sexta quoque epistola, ex iis quas scripsit ad Timotheum ejus adjutorem, ac impietatis scelestissimum socium : « Qui duas Christi voluntates dicit, juxta ac olim dixere, nunequc dicunt, aut unum, duos inducit christos, nedum natura, sed et odio inter se divisos, aut eumdem secum ipso pugnantem. Ubi enim binarius, plane divisio est. » Sed et Themistius, Severi quidem partis defensor, Agnoetarum vero pravæ sententiæ auspex, capite 45 libri secundi ex iis quos scripsit, adversus oblatum Theodoræ Augustæ tomum a Theodosio hæresiarcha, eorum scilicet principe, qui ab eo sectæ nomen traxerunt, hæc Deo exoso ore : « Nec enim quod et sacer Athanasius duas Christum voluntates ostendisse ait, quo tempore mortem subiit, jam quoque duas ei voluntates assignaverimus, idque adeo inter se pugnantes, ut tuis his syllogismis confici arbitraris; sed pie unam velut unius Emmanuelis, voluntatem noverimus; quæ, modo quidem humano more, modo autem divino moveretur. » Idemque rursus ominosus homo nocentissimusque hæreticus, capite 52, libri tertii ejus operis, quod contribulis sui impietati consentaneum edidit : « Unam dico Emmanuelis scientiam unamque operationem, uti et voluntatem. Sic ergo considera : Qui immutabilis est, **91** ut Deus, qui omni superior affectu ac labe est, humano more motus secundum voluntatem, mortem detrectat; rursumque divina fiducia adversum mortem audet; quod utrumque per carnem præstat. » Atque hæc quidem isti perverse.

Dividentium hæreticorum, fidei adversæ de una voluntate et operatione sententiæ. — Qui autem pari illis conatu sensuque veritati adversantur, qui nimirum divisionis magistri ac assertores exsistunt, ad parem illis eumdemque de una voluntate unaque operatione errorem impingentes (qui scilicet animi sententia ac voluntate constantem, quæ affe-

A Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ τελειότητι σαρκὸς ἑνωθεὶς καὶ γενόμενος ἄνθρωπος οὐ τὸν τρεπτὸν νοῦν ἑαυτῷ καταμίξας, θελήματι φυσικῷ ἐπὶ τἀναντία κινούμενον, ἑαυτῷ δὲ μᾶλλον γενόμενος νοῦς, ἀτρέπτῳ θελήματι θείκῳ πάντα πεποίηκεν. Ἀλλ' οὐ τὸ μὲν Θεῖον, τὸ δὲ, θεωθὲν, κατὰ τὸν Καππαδόκην Γρηγόριον [13], ἐπεὶ τρεπτόν. Τὸ γὰρ θεωθῆναι δυνηθὲν, καὶ γεωθῆναι πάντως ἠδύνατο, κατὰ τὸν πρῶτον Ἀδάμ. » Καὶ ἐν ἕκτῃ τῶν πρὸς τὸν Τιμόθεον αὐτῷ γεγραμμένων ἐπιστολῇ, τὸν αὐτῷ συνεργάτην, καὶ τῆς ἀσεβείας συλλήπτορα πονηρόν· « Ὁ δύο θελήματα λέγων Χριστοῦ, κατὰ τοὺς πάλαι καὶ νῦν φησαμένους, ἢ τὸν ἕνα δύο τινὰς εἰσάγει Χριστοὺς, ἀλλήλων οὐ φύσει μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀπεχθείᾳ διῃρημένους· ἢ τὸν αὐτὸν ἑαυτῷ διδάσκει μαχόμενον.

B Ἔνθα γὰρ δυὰς, πάντως διαίρεσις. » Ἀλλὰ καὶ Θεμίστιος, ὁ τῆς μὲν Σευήρου συμμορίας ὑπασπιστὴς, τῆς δὲ τῶν Ἀγνοητῶν ἔξαρχος κακοφροσύνης, ἐν κεφαλαίῳ μϵ' τοῦ λόγου δευτέρου τῶν κατὰ τοῦ ἐπιδοθέντος τόμου Θεοδώρᾳ τῇ βασιλίδι παρὰ Θεοδοσίου τοῦ αἱρεσιάρχου, τῶν ἀπ' αὐτοῦ κατονομασθέντων αἱρετικῶν, τάδε θεοστυγῶς· « Οὐ γὰρ ἐπεί τε καὶ ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος δύο θελήματα ἔφη τὸν Χριστὸν δεικνύναι, κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ἤδη καὶ δύο θελήσεις αὐτῷ περιθήσομεν· καὶ ταύτας μαχομένας ἀλλήλαις, κατὰ τοὺς σοὺς τούτους συλλογισμούς· ἀλλ' εἰσόμεθα εὐσεβῶς, τὴν ὡς ἑνὸς μίαν θέλησιν τοῦ Ἐμμανουὴλ, πῇ μὲν, ἀνθρωπίνως κινεῖσθαι, πῇ δὲ θεοπρεπῶς. » Ὁ δ' αὐτὸς πάλιν δυσάντητος αἱρετικὸς, ἐν κεφαλαίῳ νβ', λόγῳ γ' τῆς

C κατακολούθου τοῦ συμφυλέτου τῆς αὐτοῦ δυσσεβείας γεγονυίας αὐτῷ πραγματείας· « Μίαν φημὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ τὴν γνῶσιν (*h*) καὶ τὴν ἐνέργειαν, καθὰ καὶ τὴν θέλησιν. Σκόπει οὖν οὕτως· Ὁ ἄτρεπτος, ὡς Θεὸς, ὁ παντὸς πάθους ἀνώτερος, ἀνθρωποπρεπῶς κινηθεὶς κατὰ τὴν θέλησιν, παραιτεῖται τὸ πάθος· θεοπρεπῶς δὲ πάλιν πρὸς τὸ πάθος ἀναθαρρεῖ, καὶ διὰ σαρκὸς τούτων ἑκάτερον. » Καὶ ταῦτα μὲν οἵδε δυστρόπως.

Οἱ δὲ τούτων ἐπίσης καὶ τῆς ἀληθείας ἀντίφρονες, τοὺς τῆς διαιρέσεως λέγω καθηγητὰς, πρὸς τὴν ἴσην ἐκείνοις καὶ τὴν αὐτὴν περί τε θελήματος ἑνὸς καὶ μιᾶς ἐνεργείας συνελαυνόμενοι κακοδοξίαν,

D οἳ καὶ τὴν ἐν σχέσει γνωμικὴν ἐπρέσβευον ἕνωσιν, τάδε περιβομβοῦσι. Θεόδωρος μὲν ὁ κακόφρων καὶ δύσερις, ὁ τὴν Μομψουεστινῶν λῃσάμενος, ἐν τοῖ;

[13] Greg. Theol. orat. 2 de Filio.

NOTÆ.

(*h*) *Μίαν τὴν γνῶσιν.* Sic etiam act. 10 sextæ synodi. Μία γὰρ ἡ γνῶσις ἐπὶ Χριστοῦ, καθάπερ καὶ ἡ ἐνέργεια. Nec pro φύσις obrepsit, cum sequatur, Καὶ γὰρ εἷς ἦν ὁ γινώσκων, ὥσπερ ἀμέλει τοι καὶ ὁ ἐνεργῶν. Sic nempe Themistius, ex una operatione unam Christi inferebat scientiam, uti et unam voluntatem : in qua vel maxime vim faciebant sequaces Monothelitæ, tanquam ipsa duplex admitti non posset, quin esset contraria : quam unam contrarietatem, et qualis nobis inolevit ex Adæ peccato, præferebant velle a Christo excludere : quo et fraudem passus Joannes abbas, ipse auctor Honorio, ut ad eum sensum Orientalibus responderet (quæ ipsa ejus satisfactio est) necdum scilicet satis explorato pro Latinorum ingenuitate, fideique sinceritate, quid iidem Orientales adversum fidei in una illa voluntate, eis asserta, molirentur, donec Sophronius, Stephanus, Maximus, aliique viri egregie catholici, Matri suppetias euntes, detectisque Syrorum insidiis, nobilissimos Romanos antistites Joannem IV, Theodorum, Martinum, ad hydram certis ictibus conficiendam, pro Romanæ sedis suprema in rebus fidei potestate, præclare animarunt; negotio demum felici exitu per Dominum, Agathonem, Leonem II et Constantinum peracto.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ις τὰ θαύματα παρεξηγηθεῖσιν αὐτῷ λόγου δευτέρου· « *Θέλω, καθαρίσθητι*, πρὸς τὸν λεπρὸν εἰπὼν ὁ Σωτὴρ, ἔδειξε μίαν εἶναι τὴν θέλησιν, μίαν τὴν ἐνέργειαν, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προηγημένην, οὐ λέγω] φύσεως, ἀλλ' εὐδοκίας, καθ' ἣν ἑνώθη τῷ Θεῷ Λόγῳ ὁ κατὰ πρόγνωσιν, ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ὕστερον γενόμενος ἄνθρωπος, ἐξ αὐτῆς μήτρας τὴν πρὸς αὐτὸν ἐνδιάθετον ἔχων οἰκείωσιν. » Ὑὸς τῆς ἐκείνου μανίας ὀπαδὸς καὶ διάδοχος, Νεστόριος ὁ ἀλητήριος, ἐν τῇ λεγομένῃ αὐτῷ *Ἐμφανεῖ* μήσει λόγου δευτέρου τῆς κατ' αὐτὴν πραγματείας τάδε κακώργως· « Ἀσυγχύτως φυλάττομεν τὰς φύσεις, οὐ κατ' οὐσίαν, γνώμῃ δὲ συνημμένας, δι' ὃ καὶ μίαν αὐτῶν τὴν θέλησιν, ἐνέργειάν τε καὶ δεσποτείαν ὁρῶμεν, ἀξίας ἰσότητι δεικνυμένας. Ὁ γὰρ θεὸς Λόγος ἀναλαβὼν ὃν προώρισεν ἄνθρωπον, τῇ τῆς ἐξουσίας λόγῳ πρὸς αὐτοῦ προεκρίθη, διὰ τὴν προγνωσθεῖσαν διάθεσιν. » Ὁ δ' αὐτὸς αὖθις παίζων ἐν τῇ αὐτῇ λόγου τετάρτου· « Οὐκ ἄλλος ἦν ὁ θεὸς Λόγος, καὶ ἄλλος ὁ ἐν ᾧ γέγονεν ἄνθρωπος. Τὸ γὰρ ἦν ἀμφοτέρων τὸ πρόσωπον ἀξίᾳ καὶ τιμῇ, προσκυνούμενον παρὰ πάσης τῆς κτίσεως, μηδενὶ τόπῳ ἢ χρόνῳ ἑτερότητι βουλῆς καὶ θελήματος διαιρούμενον. Ἀλλὰ μὴν καὶ Παῦλος ὁ Πέρσης ψευδοδιάκονος ὢν τῆς Νεστορίου μιαρωτάτης αἱρέσεως, ἐν τῷ *Περὶ κρίσεως* αὐτοῦ λόγῳ, τάδε σὺν ἐκείνοις φθέγγεται θεομαχῶν· « Ἐπειδὴ κατ' οὐσίαν ἡ τοῦ θεοῦ λόγου πρὸς ὃν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον οὐ γέγονεν ἕνωσις, μία φύσις οὐ γέγονεν. Εἰ δὲ μία φύσις οὐ γέγονεν, μία μονοπρόσωπος ὁ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις· οὐκοῦν κατ' εὐδοκίαν ἡ ἕνωσις, βουλῆς καὶ γνώμης ταυτότητι κρατουμένη, ἵνα καὶ τὸ διάφορον τῶν φύσεων ἀσύγχυτον δείκνυται, καὶ τὸ τῆς εὐδοκίας μυστήριον μονάδι βουλήσεως διαδείκνυται. »

Οἷς, ὡς ὁρᾶτε, πανάριστοι, τά τε γράμματα, καὶ πρὸ τούτων διασκοποῦντες τὰ δόγματα, λίαν ἐν πᾶσιν ὁμόφωνός τε καὶ ὁμόλογος, ἤ, οὐκ οἶδ' ὅπως, νῦν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐπεισφρήσασα κατὰ τῆς ἀμωμήτου πίστεως καθέστηκεν ἕνωσις, τὸ ἓν ἐπὶ Χριστοῦ θέλημα κυροῦσα, καὶ τὴν μίαν ἐνέργειαν ὁμοίως τοῖς ἄφροσι. Τὸ μὲν ἓν θέλημα, διὰ τοῦ λέγειν· « Ὅθεν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν ἐν ἅπασι, καὶ ἐν τούτῳ κατακολουθοῦντες, ἓν θέλημα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦμεν· » τὴν δὲ μίαν ἐνέργειαν, διὰ τοῦ φάσκειν· « Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕπεσθαι ταύτῃ, τουτέστι τηρήσει τῶν δύο ἐνεργειῶν, ὧν καὶ δύο πρεσβεύειν θελήματα. » Καὶ γὰρ εἰ ἕπεσθαι τῇ ἐνεργείᾳ τὰ θελήματα διορίζεται, πᾶσά πως ἀνάγκη, τοῦ ἑπομένου πρὸς αὐτῆς κυρωθέντος, λέγω δὴ τοῦ ἑνὸς θελήματος, κυροῦσθαι καὶ τὸ ἡγούμενον, ἤγουν τὴν μίαν ἐνέργειαν. Ταύτην γὰρ ἐπειγομένη σοφιστικῶς τῇ μιᾷ θελήσει συνεισαγαγεῖν, ἕπεσθαι τῇ ἐνεργείᾳ τὴν θέλησιν κατὰ δόξαν ἐθέσπισεν. Διὸ

A ctu est, ac habitudinis unitatem tradant), istiusmodi obstrepunt. Theodorus quidem homo perversi sensus ac contentiosus, Mopsuestenæ Ecclesiæ prædo, in iis quæ de miraculis enarravit, lib. II : « *Volo, mundare* [b], dum Salvator ad leprosum dixit, unam voluntatem, unamque operationem, secundum unam eamdemque potestatem procedentem, ostendit; non dico naturæ, sed propensæ voluntatis, qua Deo Verbo unitus est; qui secundum præscientiam, ex semine David, postea homo factus est; ex ipsa vulva, animi cum illo necessitudinem habens. » Illius autem furoris assecla et successor nefastus miserque Nestorius, in ea quam vocat, *clara institutione*, libro secundo ejus lucubrationis, hæcce maligne : « Inconfuse servamus naturas, non essentiæ ratione conjunctas, sed animi sententia ac voluntate (quamobrem etiam unam earum voluntatem operationemque ac dominationem conspicimus) quæ scilicet pari se dignatione exhibeant. Deus enim Verbum assumens, quem prædestinavit, hominem, potentiæ ratione ab eo prælatus est, ob eum quem præscivit animum affectumque. » Rursusque idem ille demens ejusdem operis libro quarto : « Non alius erat Deus Verbum, atque alius in quo fuit homo. Una enim amborum persona dignatione ac honore, cui omnis creatura venerationem cultumque adhibeat, nulloque loco aut tempore consilii ac voluntatis diversitas dividat. » Sed et Paulus Persa, impurissimæ Nestorii hæresis pseudodiaconus, in sermone suo ac libro *De judicio*, cuncta illis acie Deo adversans istiusmodi loquitur. « Idcirco quod Dei Verbi, cum homine, quem assumpsit, unio secundum essentiam minime facta est, nec una facta natura est. Sin autem non una natura facta est, non una Christus unius personæ hypostasis, id est, substantia seu subsistentia est. Ergo secundum propensam voluntatem unio est, inde conflata, quod unum consilium, 32 unaque sententia ac voluntas est; ut et naturarum inconfusa distinctio monstretur, propenseque voluntatis mysterium voluntatis unitate diluceat. »

His, ut videtis, quam optimi, tum litteras scriptaque considerantes, tum iis priora dogmata, in omnibus apprime consona est, ac nec vocibus dissidet, quæ, nescio quomodo, nunc ætatis propter nostra peccata adversus inculpatam fidem, unio obrepsit, pari scilicet ac dementes illis, conatu unam voluntatem astruens, unamque operationem. Unam quidem voluntatem dicendo : « Unde sanctos Patres in omnibus, et in hoc sedulo sequentes, unam Domini nostri Jesu Christi voluntatem confitemur. » Unamque item operationem, qua aiunt : « Sed et hoc sequi (quod nempe duæ serventur operationes) ut et duæ astruantur voluntates. » Quandoquidem enim voluntates sequi operationem decernunt, prorsus necesse est, astruendo id quod consequens est (unam scilicet voluntatem) antecedens quoque astruere; id est, unam operationem. Hanc enim una cum voluntate dum sophistice satagit inferre, voluntatem operationi comitem, ut videtur, sanxit.

[b] Matth. VIII, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Quocirca, etiam Patres novit, quos in hoc et in omnibus sibi duces adhibeat; non qui vere sint, sed qui nihil prorsus sancti exsistant. Nemo enim unquam, unius assertorem voluntatis Athanasium laude inclytum dicat, qui videlicet diserte clamet, uti a nobis in superioribus allatum est : « Duas hic ostendit voluntates; aliam quidem humanam; aliam vero divinam. » Non Gregorium Theologum, qui de humana Salvatoris voluntate dicat : « Illius enim velle, nec Deo quidquam contrarium; quod sit totum deificatum. » Non cujus idem nomen, Nyssenum episcopum, qui dicat : « Anima vult, corpus tangit; » et : « Operante corpore, et animi motu voluntatis; » et : « Volens quidem animo, tangens autem corpore; » et : « Aliam humanam voluntatem, aliam divinam. Et dicendo : *Non mea*, humanam voluntatem sermone declaravit; addendo autem, *sed tua*, suæ cum Patre deitatis monstravit conjunctionem. » Non Joannem Chrysostomum, qui doceat : « Neque solum tristari mortis angustia hæc verba significant, sed etiam duas voluntates. Nam si de divinitate dictum istud est, quædam contradictio est : sin autem de carne, quæ dicta sunt, rationi 93 sunt consentanea. Non enim quod caro mori nolit, res digna vituperio est, cum sit istud naturæ; ipseque quæ sunt naturæ, uno duntaxat excepto peccato, copiosissime ostendat. » Non Cyrillum Alexandrinum episcopum, qui sapienter tradat : « Hæc enim erat voluntas Patris, ut dispensationem (nostræ scilicet salutis negotium) in finem perduceret. Habet autem et quod nolit mori ea ratione, qua naturaliter caro mortem defugit. » Et : « Habet quidem ex animo, ut pro omnibus moriatur, quod istud divinæ naturæ consultum sit; habet autem non ex animo, ob carnem, quæ natura mortem refugit. » Non Severianum Gabalorum antistitem, testantem, » duas voluntates designare; alteram quidem divinam, alteram autem humanam. » At neque Mediolanensem archiepiscopum magnum confessorem Ambrosium, sobrie catequeprædicantem : « Quemadmodum enim eadem operatio, diversæ esset substantiæ? Num una operatio potest esse, ubi diversa substantia est? » Non Cyrillum Hierosolymorum antistitem, qui admoneat : « Duplicem ostendit operationem; patiens quidem, ut homo; operans vero idem ipse, ut Deus. » Non divinum Leonem, qui ita propuntiet : « Agit enim utraque forma cum alterius communione; quod proprium habuit. » Non rursus Chrysostomum : « Et in aliis quidem, naturarum, quæ conjunctæ sunt, diversa operatio humanitatis et deitatis. Ad eleemosynam autem quod attinet, concurrit quod utriusque operationis est; ac demum duas operationes sensi. » Non Cyrillum similiter sacratissimum Ecclesiæ Alexandrinæ magistrum, qui et ipse dicat : « Neque enim unam esse dabimus Dei et creaturæ naturalem operationem. »

καὶ Πατέρα, οἶδεν, οἷς ἐν τούτῳ καὶ πᾶσι κατηκολούθησεν, οὐ τοὺς ὄντως, ἀλλὰ τοὺς μηδ' ὅλως ἁγίους. Οὐ γὰρ δήπου ποτ' ἂν περὶ ἑνὸς θελήματος φήσειέ τις Ἀθανάσιον τὸν ἀοίδιμον, διαῤῥήδην βοῶντα καθάπερ φθάσαντες παρέστημεν· « Δύο θελήματα ἐνταῦθα δείκνυσι· τὸ μὲν, ἀνθρώπινον, τὸ δὲ, θεϊκόν. » Οὐ Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, περὶ τοῦ ἀνθρωπικοῦ τοῦ Σωτῆρος θελήματος λέγοντα· « Τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν, οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ, θεωθὲν ὅλον. » Οὐ τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ τῆς Νυσσαέων καθηγητήν· « Ἡ ψυχὴ θέλει, τὸ σῶμα ἅπτεται, » φάσκοντα, καὶ· « Τῷ ἐνεργοῦντι σώματι, καὶ τῇ ἁφῇ τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ γινομένου θελήματος. « Καὶ· « Θέλων μὲν διὰ τῆς ψυχῆς, ἁπτόμενος δὲ διὰ τοῦ σώματος, » καὶ, « Ἄλλο τὸ ἀνθρώπινον θέλημα, καὶ τὸ θεῖον ἄλλο, καὶ εἰπών· *Μὴ τὸ ἐμὸν*, τὸ ἀνθρώπινον τῷ λόγῳ ἐσήμανεν· προσθεὶς δὲ, *Τὸ σὸν*, ἔδειξε τὸ συναφὲς τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα θεότητος. » Οὐ τὸν Χρυσόστομον Ἰωάννην, παιδεύοντα· « Οὐ γὰρ ἀγωνίᾳν μόνον ἐμφαίνει τὰ ῥήματα, ἀλλὰ δύο θελήματα. Καὶ ἂν μὲν ἐπὶ τῆς θεότητος τὸ εἰρημένον ᾖν τοῦτο, ἀντιλογία τις γίνεται· ἂν δὲ ἐπὶ τῆς σαρκὸς, ἔχει λόγον τὰ εἰρημένα. Οὐ γὰρ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν τὴν σάρκα κατάγνωσις· φύσεως γάρ ἐστι τοῦτο. Αὐτὸς δὲ τὰ τῆς φύσεως ἅπαντα χωρὶς ἁμαρτίας ἐπιδείκνυται, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς περιφυσίας. » Οὐ Κύριλλον τὸν Ἀλεξανδρείας σοφῶς ἐκδιδάσκοντα· « Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, εἰς τέλος διεξαγαγεῖν τὴν οἰκονομίαν. Ἔχει δὲ καὶ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, διὰ τὸ παραιτεῖσθαι τὴν σάρκα τὸν θάνατον φυσικῶς. » Καὶ· « Θελητὸν μὲν ἔχει τὸ ὑπὲρ πάντων τεθνάναι, διὰ τὸ βεβουλῆσθαι τὴν θείαν φύσιν· ἀνεθέλητον δὲ, διὰ τὴν σάρκα παραιτουμένην τὸν θάνατον φυσικῶς. » Οὐ Σευηριανὸν τὸν τῶν Γαβάλων πρόεδρον, μαρτυρούμενον, « Ὥστε δύο θελήματα ἐμφαίνει· τὸ μὲν θεῖον, τὸ δὲ ἀνθρώπινον. » Ἀλλ' οὐδὲ περὶ μιᾶς ὁμολογίας [16] τὸν μέγαν ὁμολογητὴν Ἀμβρόσιον, ἐμφρόνως κηρύττοντα, « Ποίῳ γὰρ τρόπῳ ἡ αὐτὴ ἐνέργεια διαφόρου ἐστὶν οὐσίας [16]; Μὴ γὰρ δύναται μία ἐνέργεια εἶναι, ὅπου διάφορος οὐσία ἐστίν; » Οὐ Κύριλλον τὸν Ἱεροσολύμων, παρεγγυώμενον, « Ἔδειξε τὴν διπλῆν ἐνέργειαν, πάσχων μὲν, ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργῶν δὲ, ὡς Θεὸς ὁ αὐτός. » Οὐ Λέοντα τὸν θεῖον, ἀποφωνοῦντά τε συνετῶς, « Ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκεν. » Οὐ τὸν Χρυσόστομον αὖθις· « Καὶ ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις, τῶν συναφθεισῶν φύσεων διάφορος ἡ ἐνέργεια, τῆς ἀνθρωπότητος καὶ τῆς θεότητος· περὶ δὲ τὴν ἐλεημοσύνην, συντρέχει τὸ τῆς διπλῆς ἐνεργείας· καὶ δύο λοιπὸν ἐνεργειῶν ἠσθόμην. » Οὐ Κύριλλον ὁμοίως τὸν Ἀλεξανδρείας ἱερώτατον καθηγητὴν, « Οὐ γὰρ μίαν δήπου εἶναι φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν δώσομεν Θεοῦ καὶ ποιήματος. »

[16] Emend. ex sup., τῶν Μεδιολάνων ἀρχιεπίσκοπον· alioqui nullius sensus quod ita expressum. [16] Melius in VI synodo, δυνάμεως, *potestatis*, ut Latina Ambrosii.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Τούτους, ἢ τινας τούτων, οὐχ ἁγίους, οὐτε μὴν A ἐγκρίτους εἶναι θεσπίζεται τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγούς· ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῶν περὶ τε θελημάτων δύο καὶ ἐνεργειῶν περίδοξον ὁμολογίαν δυσσεβῆ τυγχάνειν, καὶ ἀλλοτρίαν τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος ἀποφαίνεται. Πιστοῦται γὰρ τάδε φάσκουσα τὸν λόγον ἐκεῖνον· « Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν τῶν δύο ἐνεργειῶν ῥῆσιν πολλοὺς σκανδαλίζειν, ὡς μήτε τινὶ τῶν ἁγίων καὶ ἐγκρίτων τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγῶν εἰρημένην, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἔπεσθαι αὐτῇ τὸ δύο πρεσβεύειν θελήματα ἐναντίως πρὸς ἄλληλα ἔχοντα· καὶ ἐντεῦθεν δύο ἐναντία θέλοντας εἰσάγεσθαι· ὅπερ δυσσεβὲς ὑπάρχει καὶ ἀλλότριον τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος. » Ἰοὺ σαφῶς, καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, τὸ δὴ λεγόμενον, οὐχ ἁγίων ὑπάρχειν, οὔτε μὴν ἐγκρίτων ὁρίζεται τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγῶν, τὸ δύο πρεσβεύειν θελήματα, καὶ τὰς κατ' αὐτὴν ἡγουμένας ἰσαρίθμους αὐταῖς ἐνεργείας· δυσσεβῶν δὲ μᾶλλον, ὡς δυσσεβές, καὶ ἀλλότριον, ἦ φησι, τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος· καὶ ἰὸ τοὺς ἐναντία θέλοντας εἰσαγόντας τοῖς ταῦτα κηρύττουσιν. Ἡγοῦν τὰ δύο θελήματα, καὶ τὰς ἰσαρίθμους αὐτοῖς ἐνεργείας πνευματοκινήτοις Πατράσιν, οἷς οὐδ' ἂν ἄλλως καταλουθεῖν, ἢ ἁγίους τούτους ἀποκαλεῖν, ἢ ὅλως κατ' ἐκείνους σὺν ἐκείνοις ταῦτα πρεσβεύειν, εἰς τὴν τοῦ κατὰ σάρκα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ μυστηρίου βοᾷσιν. Ἀλλὰ τίσι καὶ τίνας τοὺς περὶ ὧν καὶ οἷς ἔφησε τὴν τῆς μιᾶς ἐνεργείας εἰρῆσθαι φωνὴν, καὶ ἀκολουθεῖν ἐν τούτῳ καθὰ καὶ ἐν πᾶσι πρὸς τὸ ἓν θέλημα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ὁμολογεῖν, οἵ τε περιφανῶς ὄντες δεδείχθησαν, οἵ τε τῆς συγχύσεως πρόμαχοι καὶ τῆς διαιρέσεως ἡγεμόνες. Οἷον, οὐκ ἀπεικὸς γὰρ B εἰς πίστωσιν καὶ αὖθις ἐπιτόμως ἐπιδραμεῖν, Ἀπολλινάριος ὁ δυσσεβὴς τάδε θεομαχῶν· Εἷς γὰρ ὁ Χριστὸς, θείκῳ θελήματι μόνῳ κινούμενος, καθὰ καὶ μίαν οἴδαμεν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν, καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐν τῷ θέλειν διαφοράν. Πολέμων ὁ τῆς ἀληθείας πολέμιος· « Ἀτρέπτῳ θελήματι θείκῳ πάντα πεποίηκεν· ἀλλ' οὐ τὸ μὲν, θεῖον· τὸ δὲ, θεωθὲν, κατὰ τὸν Καππαδόκην Γρηγόριον. » Καὶ, « Ὁ δύο θελήματα λέγων Χριστοῦ, κατὰ τοὺς πάλαι καὶ νῦν φυσωμένους, ἢ τὸν ἕνα δύο τινὰς εἰσάγει Χριστοὺς, ἢ τὸν ἑαυτῷ διδάσκει μαχόμενον. » Θεμίστιος ὁ ἀθέμιτος, Ἀλλ' ἰαώμεθα τὴν ὡς ἑνὸς μίαν θέλησιν τοῦ Ἐμμανουὴλ, πῇ μὲν, ἀνθρωπικῶς κινεῖσθαι, πῇ δὲ, θεοπρεπῶς· καὶ, Μίαν φημὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, καθὰ καὶ τὴν θέλησιν. Θεόδωρος ὁ θεόπλῆξ, Ἔδειξε μίαν εἶναι τὴν θέλησιν μίαν τὴν ἐνέργειαν, κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προαγομένην. Νεστόριος ὁ πάμπλῆξ, Διὸ καὶ μίαν αὐτῶν τὴν θέλησιν, ἐνέργειάν τε καὶ δεσποτείαν ὁρῶμεν. Παῦλος ὁ καὶ τὴν γνώμην Πέρσης, Κατ' εὐδοκίαν ἡ ἕνωσις, βουλῆς καὶ γνώμης ταυτότητι κρατουμένη· καὶ, Τὸ τῆς εὐδοκίας μυστήριον μοναδικῆς βουλήσεως διαδείκνυται. Τούτους δὴ τοὺς ἀναγεῖς καὶ ἀλάστορας Πατέρας ἁγίους ὁρίζεται. Τούτους ἐγκρίτους οὐδὲ τῆς Ἐκκλησίας μυσταγωγοὺς, οἷς ἐν τάδε, κἂν τούτῳ καταλουθήσασα, καὶ μίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ συνορίζομένη θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, τὸν τῆς οἰκονομίας ὁμοίως αὐτοῦ συγχεῖ τε καὶ διατέμνει λόγον.

Hosce, seu eorum quosdam, non sanctos, se neque probatos profitetur Ecclesiæ doctores : quin et ipsorum de duplici voluntate ac operatione inclytam confessionem, impiam atque alienam a Christiana doctrina pronuntiat. In hæc enim verba statuit doctrinam : « Similiter autem, et quod duæ dicantur operationes, multos offendere, quod neque ulli sanctorum ac probatorum Ecclesiæ doctorum istud dictum sit; sed et quod duarum inde voluntatum inter se contrariarum sequatur assertio; duoque adeo inducantur contraria volentes; quod impium est, et a Christiana doctrina longe alienum. » En palam nudoque (quod aiunt) capite, non sanctorum, 94 neque vero probatorum Ecclesiæ doctorum esse decernit, duas docere voluntates, totidemque ipsis priores operationes; sed magis impiorum, velut rem impiam, ac a Christiana doctrina (ut aiunt) alienam; quodque duos contraria volentes iis inducat, qui hæc prædicant (duas nempe voluntates, parique illis numero operationes) divinis Patribus; quos neque in animum inducat, nec ut sanctos appellet, aut prorsus consentanee illis ac cum illis hæc ut doceat, ad Christi Dei in carne astruendum mysterium, consentiat. Quosnam vero, et de quibus, dicat, unius voluntatis vocis parentes esse, quosque hac in parte cunctisque aliis se sequi, ut unam Christi Dei voluntatem profiteatur, palam ostensum est; confusionis scilicet defensores, divisionisque antistites et duces. Puta (nec enim abhorret, ut et rursus ad rem astruendam eadem paucis percurramus) impius Apollinarius Deo pugnans hæc ait : « Unus enim Christus, qui divina solum moveatur voluntate, quemadmodum etiam unam ejus novimus operationem, ac quæ in eo quod est velle, nullam differentiam habeat aut distinctionem. » Polemon, vere sui nominis veritatis hostis : « Immutabili voluntate divina cuncta fecit; non vero alia quidem divina, alia deificata, ut sentit Gregorius Cappadox. » Et : « Qui duas Christi voluntates dicit, velut illi qui olim nuncque fastu intumescunt, vel unum duos inducit christos, vel eumdem ipsum secum pugnantem asserit. » Themistius, contraria nominis notione nefarius ille : « Verum intelligamus, tanquam unius unam voluntatem Emmanuelis, modo quidem, humano more moveri; modo autem, divino. » Et : « Unam dico Emmanuelis scientiam et operationem, quemadmodum etiam voluntatem. » Theodorus, adversa nominis significatione, a Deo percussus ac attonitus : « Ostendit unam esse voluntatem, unamque operationem, juxta unam eamdemque procedentem potestatem. » Nestorius ille prorsus demens ac attonitus : « Quamobrem etiam unam earum voluntatem, operationemque et dominationem conspicimus. » Paulus, mente etiam Persa (velut dicas, Manichæus) : « Unio secundum propensam voluntatem, quæ una consilii ac sententiæ coitione conflatur. » Et : « Propensæ voluntatis mysterium singularis voluntatis ostenditur. » Hos nimirum scelerato ac pestes, Patres sanctos sta-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tuit. Ilos probatos Ecclesiæ doctores novit, quos in omnibus, atque hac etiam in parte sequens, unanim Christi 95 Dei voluntatem et operationem pariter definiens, simili illis impietate dispensationis co fundit ac secat rationem.

Quonam igitur modo, quæ cum adversariis sentiat, aliter se sentire existimavit, alias aliis commutans sententias, id eligens quod ne est quidem, ejus loco quod est, atque hoc illi anteponens? Veritate enim, non iniquitate judice, liquet omnino illis animo verbisque consentire, non qui dicat quæ non dicunt, sed qui doccat quæ docent et statuunt: siquidem ita rebus comparatum est, ut opinionum diversitas, dissensu: convenientia atque unitas, consensu ceu nota propria dignotescat. Quanquam et ipsa testis clamat, nunquam ausum dicere impurum Nestorium duas voluntates, sed αὐτοβουλίαν confiteri, unam scilicet voluntatem, earum, quas confingit, duarum personarum. Siquidem igitur etiam Nestorius ea voce, non duas, sed unam voluntatem profitetur; idemque vero Apollinarius, et qui illis auctoribus impii omnes gloriantur (quin et unam etiam, uti a nobis probatum est, operationem) dubio procul, nos quidem, qui ex sensu divinorum Patrum duas voluntates dicamus, penitus alienæ sententiæ; se vero, quæ unam dicat, ejusdem cum Nestorio et Apollinario ac sequacibus opinionis ostendit, quibus ita docet; et quæ divinos quidem Patres, (uti dicebam) spernat et abj ciat; devotos autem ac exsecrandos, sibi ipsa Patres ascribat.

(ε) *Ὑπὲρ ἧς καὶ ἐξ ἧς ἐσπουδάσθη τῷ φιλοπόνῳ.* Nempe Anastasio; quasi alludat ad ipsum adversarii nomen Φιλοπόνος· quo ipso Patres ægre eum indigitant, sæpiusque cum illis exciderit, velut emendando adjungunt, ἢ μᾶλλον ματαιοπόνος, ne sic ominato nominantes videantur aliquid indulgere Tritheitæ, aliisque erroribus nefasto hæretico. Paulo obscuriora videantur hæc Maximi, præsertim quod utriusque nos auctoris lucubratio deficiat; tum scilicet Anastasii pie hærentis menti Gregorii, nec tamen ea explicanda satis facilis, tum Philoponi depravantis, ac, si mavis, Matæponi, non viri studiosi, sed hominis stulte laborantis.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

tudine affectuque posita sit ac personalem, velutque ex gratia et secundum dignitatem, unionem significemus; ea ratione quod etiam sancti ex Deo primario moventur atque afflantur, per eorum in Deum atque divina totis animis propensionem ac affectionem. Quod enim ita accentu acuto θεωθὲν dicitur, nec in eamdem cum essentiali et quæ natura est, voluntale, quod Salvatoris tanquam hominis velle nuncupatur, trahit (quis enim probare possit?) summamque unionem et naturarum conjunctionem ostendit. Cum enim vox illa θεωθὲν eorum sit, quæ sunt ad aliquid, uti etiam quod πυρωθὲν, φωτισθὲν (*ignitum*, *illuminatum*) dicitur, et si qua ejusmodi sunt, omnino una secum infert, id etiam ad quod habet relationem; quod nempe deificans est, quodque igniens ac illuminans; ut non magis ex uno quam ex alio, distinctionis ipsa ratio summæque unionis firma illi rataque constet. Non enim non adversari, seu contrarium esse, sufficit ad unionem. Quidquid enim naturale est, nec vitii labem, quidem aut contrarium est; non tamen omnino etiam nino prorsusque unitum est, nec essentiali quidquam inconfusum manet.

Sin autem quis dicat: Si quidem nihil quod sit naturale adversatur, quid causæ est, cur Gregorius de humana insita voluntate (siquidem ejus, non alius forsitan meminit) non omnino dixerit: Quæ Deo obsequatur; sed: « Quæ plerumque obnitatur et obluctetur? » Aut enim non est naturalis, ut quæ obluctetur; aut non obluctatur, ut quæ sit naturalis. Jamque aliud a Salvatoris humano velle, naturali qualitate exsistit; siquidem istud, nequaquam, illud ejusmodi est ut adversetur;—respondemus, quatenus quidem naturalis voluntas est, non adversari: quatenus vero non naturaliter a nobis movetur, palam adversari, ac plerumque obniti, eique peccatum comes esse. Motus enim modo, qui abusu est, non naturali facultatis ratione, consistit ejus ratio, quod rationi legique adversatur. Quod enim convenienter et ut naturæ rationibus sedet, formatur atque movetur, etsi non habet ut sit unitum Deo, at certe habet quod convenit et non adversatur. Quemadmodum enim in natura, nulla ejus ratio est, quod naturam excedit; sic neque ejus quod innaturale, ac quod rebelle est. Hinc neque dixit Gregorius, inque hæc verba sententiam extulit, Quod prorsus omninoque non sequatur; sed temperavit, dicens: « Quod non omnino, ac quod plerumque; » in quod illud subauditur, *quandoque*, *variusque*, ob multorum vulgique difficiles ad virtutem capessendam animos. Humana enim Salvatoris voluntas, etsi naturalis erat, at non simplex humana, uti nec ipsa humanitas, velut altius quam pro humana ratione, unionis vi summe deificata, ex quo pendebat, ut ab omni vere peccati noxa immunis esset. Nostra autem voluntas, palam nuda ac simplex est, nulloque modo a peccato immunis, ex eo quod huc illuc declinet; qua declinatione, non natura quidem in diversam mutetur, sed motus invertatur; seu potius (ut verius loquar) illius ex alio in alium modus

A ηγουμένως κινεῖσθαί τε καὶ ἐνεργεῖσθαι, διὰ τὴν ὁλικὴν αὐτῶν πρός τε Θεὸν καὶ τὰ θεῖα σύννευσιν καὶ διάθεσιν. Ἡ γὰρ ὀξύτονος τοῦ *θεωθὲν* φράσις, οὔτε εἰς ταυτὸν οὐσιώδους καὶ φυσικοῦ θελήματος ἄγει τὸ, ὡς ἀνθρώπου κατὰ τὸν Σωτῆρα θέλειν, (τίς γὰρ ὁ δεῖξαι δυνάμενος;) καὶ τὴν ἄκραν ἕνωσίν τε καὶ συμφυΐαν παρίστησι. Τῶν γὰρ πρός τι τυγχάνον τὸ *θεωθὲν*, ὥσπερ οὖν καὶ τὸ *πυρωθὲν* καὶ *φωτισθὲν*, καὶ ὅσα τοιαῦτα, συνεισάγει πάντως ἑαυτῷ καὶ τὸ πρὸς ὃ τὴν ἀναφοράν, ὅπερ ἐστὶ τὸ *θεοῦν*, καὶ τὸ *πυροῦν* καὶ τὸ *φωτίζον*, τῆς σχέσεως ἔχει, ὡς μὴ μᾶλλον ἐκεῖθεν ἢ ἔνθεν τόν τε λόγον κρατύνεσθαι τῆς διαφορᾶς καὶ τῆς ἄκρας ἑνώσεως. Οὐδὲ γὰρ τὸ μὴ ὑπεναντίον εἶναι πρὸς ἕνωσιν αὐταρκες· πᾶν γὰρ εἴ τι φυσικὸν, καὶ ἀδιάβλητον, οὐκ ἐναντίον μὲν, οὐ πάντως δὲ καὶ ἡνωμένον Θεῷ. Τὸ δὲ θεωθὲν πάντη τε καὶ πάντως ἡνωμένον, καὶ τὴν οὐσιώδη διαφορὰν οὐδαμῶς ἐξιστοῦν, ὅσῳ καὶ ἀσύγχυτον ὑπάρχει κατὰ τὴν ἕνωσιν.

B ac quo reprehendatur, habet, non adversatur quidem Deo unitum est. Quod autem est deificatum, omnino prorsusque unitum est, nec essentiali quidquam distinctione excedit, **128** et post unionem inconfusum manet.

Εἰ δέ τις ἐρεῖ· Καὶ εἰ μηδὲν φυσικὸν ὑπεναντίον, πῶς περὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐμφύτου θελήματος, εἴπερ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἄλλου τυχὸν, ἐμνημόνευσεν ὁ Πατὴρ, καὶ οὐ πάντως εἴρηκεν ἑπομένου Θεῷ, ἀλλ' « Ἀντιπίπτοντος ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἀντιπαλαίοντος; » Ἢ

C γὰρ οὐ φυσικὸν ὡς ἀντίπαλον, ἢ οὐκ ἀντίπαλον ὡς ὂν φυσικόν. Καὶ ἄλλο λοιπὸν ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ πρὸς τὸ θέλειν τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀνθρωπίνου καθέστηκεν· εἴπερ τοῦτο μὲν, οὐδαμῶς· ἐκεῖνο δὲ, ὑπεναντίον. Φαμὲν, ὅτιπερ καθὸ μὲν φυσικὸν, οὐχ ὑπεναντίον· καθὸ δὲ μὴ φυσικῶς πρὸς ἡμῶν κινεῖται, σαφῶς ὑπεναντίον, καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἀντιπίπτον, ᾧ καὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἐφέπεται. Τῷ γὰρ κατὰ παράχρησιν τῆς κινήσεως τρόπῳ, ἀλλ' οὐ τῷ κατὰ φύσιν τῆς δυνάμεως λόγῳ, τὸ παρὰ λόγον καὶ νόμον ὑφίσταται· ἐπεὶ προσφυῶς τυπούμενόν τε καὶ κινούμενον, εἰ καὶ τὸ ἡνωμένον πρὸς Θεὸν οὐκ ἔχει, ἀλλά γε τὸ συμβαῖνον καὶ μὴ ἀντιπίπτον. Ὡς γὰρ οὐδεὶς ἐν τῇ φύσει λόγος τοῦ ὑπὲρ φύσιν, οὕτως οὐδὲ τοῦ παρὰ

D φύσιν καὶ στασιάζοντος. Ἔνθεν οὐδὲ ὡς οὐχ ἕπεται πάντη τε καὶ πάντως ἀπεφήνατο ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ἐκόλασε φήσας· « Ὡς οὐ πάντως, καὶ ὡς τὰ πολλὰ, » ᾧ προσυπακούεται τὸ, *ἔστιν ὅτε καὶ ὀλιγάκις*, διὰ τὸ πρὸς ἀρετὴν τῶν πολλῶν δυσανάγωγον. Τὸ γὰρ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀνθρωπίνου θέλειν, εἰ καὶ φυσικὸν ἦν, ἀλλ' οὐ ψιλὸν ἦν καθ' ἡμᾶς, ὥσπερ οὐδ' αὐτὸ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς ὑπὲρ ἡμᾶς τῇ ἑνώσει κατάκρον θεωθὲν, ᾧ καὶ τὸ ἀναμάρτητον κυρίως ἐπῄρτηται. Τὸ δὲ ἡμέτερον προδήλως ψιλὸν, καὶ οὐδαμῶς ἀναμάρτητον, διὰ τὴν τῇδε κἀκεῖσε γινομένην παρέγκλισιν· οὐ φύσιν μὲν παραλλάττουσαν, κίνησιν δὲ παρατρέπουσαν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον, τὸν ταύτης τρόπον ἀμείβουσαν. Καὶ δῆλον, ἐκ τοῦ πολλὰ παραλόγως ποιεῖν, καὶ μηδαμῶς εἰς ἄλογον μεταπίπτειν οὐσίαν ἐκ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου λογικῆς,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

convertatur. Ac liquet, quod cum multa contra rationem agamus, non tamen ex rationali, quæ natura inest, in brutorum substantiam genusque transeamus.

Οὐκ ἔστι οὖν ἄλλο τὸ καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄλλο τὸ κατὰ A τὸν Σωτῆρα ἀνθρώπινον· οὐδὲ τὸ θέλειν ἄλλο, κατά γε τὸν τῆς φύσεως λόγον, εἰ καὶ ἄλλως ὑπὲρ ἡμᾶς· θεϊκῶς γὰρ, ὁ μὲν ὑπέστη, τὸ δὲ ἐτυπώθη, διὰ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἄκρας ἑνώσεως. Τὸ προσαρμόζειν δὲ πάλιν μάλιστα προσφυῶς τῶν ἐν ἡμῖν διαβεβλημένων ἕκαστον, οἷον τὴν ἐναντίωσιν, ἢ τὴν ἀντίταξιν, καὶ ὅσα τοῦδε τοῦ καταλόγου τυγχάνει, κἂν ἐπινοίᾳ τὰς φύσεις ἀχωρίστως χωρίζοντες τῇ ἐξῆς φύσει προσέρχονται, συμπαραλαμβάνειν, οὐ μὴ θέμις ἐν τούτοις ἐστὶ τὴν κατὰ Χριστὸν ἀνθρωπότητα. Εἰ γὰρ οὔτε ἐν ἡμῖν προσφυῶς, ἀλλὰ παρὰ φύσιν θεωρεῖται καὶ λόγον, πῶς ἐν ἐκείνῃ κἂν δι' ἐπινοίας ἢ προεπινοίας, ἵν' οὕτως εἴπω, προσάπτειν ἔστιν; ἀλλ' οἰκειώσει [28]· μόνον, δι' οἴκτου ὡς κεφαλῇ τοῦ B ταπεινοῦ σώματος, καθάπερ καὶ ἰατρῷ τὰ πάθη τοῦ κάμνοντος, ἕως ἂν τούτων ἡμᾶς ὁ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας ἐλευθερώσῃ Θεός. Πλὴν τελείως ἡμῶν ἀπανῶν καὶ ἐξαφανίζων τῇ δυνάμει τῆς κατ' αὐτὸν σωματώσεως. Διττὸς γὰρ ὁ περὶ παθῶν λόγος· ὁ μὲν τῆς ἐπιτιμίας, ὁ δὲ τῆς ἀτιμίας· καὶ ὁ μὲν φύσιν τὴν ἡμετέραν χαρακτηρίζων, ὁ δὲ δι' ὅλου παραχαράττων. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ὡς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς θέλων οὐσιωδῶς κατεδέξατο, ὁμοῦ τε τὴν φύσιν πιστούμενος, καὶ τὸ καθ' ἡμῶν λύων κατάκριμα· τοῦτον δὲ πάλιν, ὡς φιλάνθρωπος, οἰκονομικῶς ᾠκειώσατο, ἐν ἡμῖν τε καὶ τῷ ἡμετέρῳ ἀνυποτάκτῳ γνωριζόμενον τρόπῳ, ἵν' ὡς κηρὸν πῦρ, ἢ ὡς ἀτμίδα γῆς ἥλιος, πάμπαν ἡμῶν ἐξαναλώσας, τῶν οἰκείων παύσῃ τὴν μετάδοσιν [29], καὶ ἀπαθεῖς μὲν ἐντεῦθεν, ἀφθάρτους δὲ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἡμᾶς παρασκευάσῃ. Δεῖ τοίνυν τόν τε ζῆλον ὁμοῦ καὶ τὸν πόνον τοῦ τὰ τοιαῦτα σπουδάζοντος ὑπὲρ εὐσεβείας μάλιστα κατὰ τὸ εἰκὸς ἀποδέξασθαι, προτρέπειν δὲ πρὸς ἀκριβεστέραν τῶν πατρικῶν λόγων ἐμμέλειαν, διὰ τοὺς ἐπηρεαστὰς τῶν καλῶν, οὐδ' αὐτὸ συγχωροῦντας ἐκ περιττῆς ἀνοίας, ὃ μὴ δὲ βουλομένοις αὐτοῖς ἐλεῖν δυνατόν.

Non igitur alia nostra, aliaque Salvatoris humanitas; neque velle aliud, ad naturæ ipsam rationem quod spectat, etsi aliter modoque nobis superiori; tum enim ille divine conditus est, tum istud **129** divine formatum, ob summam cum deitate unionem. Quod autem rursus, quæ in nobis vitio dantur, singula rursum convenienti maxime ratione aptentur, puta contrarietas, sive pugna, et quæ sunt ejus generis omnia, etsi indivise subtili cogitatu naturas dividendo, ad naturam, quæ secunda est, divertant, ut tamen Christi humanitatem una in his assumamus, id vero nefas est. Nam si ne in nobis quidem sic ut naturam decet, sed ut illi ac rationi adversa considerantur, quo tandem modo, subtili etiam ipso cogitatu, subtiliorique, ut sic loquar, ratione, illi ascribi possint? sed sola arrogatione, præ misericordia tanquam capiti totius corporis tribuantur, uti etiam medico ægrotantis morbi, donec qui nostri causa homo factus est, ab eis nos Deus liberaverit; quique adeo hæc a nobis perfecte absumat aboleatque potentia assumpti ab eo corporis. Duplex enim passionum seu affectuum ratio est: aliæ namque multa inductæ sunt; aliæ probrum labemque habent: ac priores quidem humanam naturam ut propriæ notæ insigniunt; secundæ vero, prorsus adulterant. Atque illas quidem ut homo propter nos sponte essentialiter assumpsit, ut et naturam astrueret, et quæ adversus nos erat, condemnationem dissolveret: hasque rursus, propensa humanitate certa dispensatione indulgentiusque arrogavit; quæ in nobis, nostrisque non subjectis moribus sese proderent, ut velut ignis ceram, ac velut sol terræ vaporem, a nobis prorsus absumens, suis vicissim impartiret, indeque a passionibus ac interitu, juxta pollicitationem, immunes redderet. Operæ pretium igitur ut ejus merito zelum laboremque ac operam maxime probemus, qui talia pro pietate elucubravit, atque ad Patrum majori diligentia locos versandos, hortemur, eorum causa, qui bonis insidiantes, ex abundanti amentia, ne id quidem admittunt, quod nec, si velint, everiere possunt.

[28] Τὸν δέ γε τῆς Ῥωμαίων πάπαν Ὀνώριον, οὐ καταγορεύειν οἶμαι τῆς τῶν ἐμφύτων θελημάτων ἐπὶ Χριστοῦ δυάδος, ἐν τῇ γραφείσῃ πρὸς Σέργιον ἐπιστολῇ διὰ τὸ ἓν θέλημα φάναι, συναγορεύειν δὲ μᾶλλον, καὶ ταύτην ὡς εἰκὸς συνιστᾶν, οὐκ ἐπ' ἀθετήσει τοῦτό γε λέγοντα τοῦ ἀνθρωπίνου καὶ φυσικοῦ τοῦ Σωτῆρος θελήματος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μηδαμῶς τῆς ἀσπόρου συλλήψεως αὐτοῦ καὶ τῆς ἀφθόρου γεννήσεως προκαυηγεῖσθαι θέλημα σαρκὸς, ἢ λογισμὸν ἐμπαθῆ. Μόνη γὰρ θέλησις θεία καὶ Πατρική, δι' Υἱοῦ μονογενοῦς αὐτουργοῦντος τὴν οἰκείαν σάρκωσιν, καὶ Πνεύματος ἁγίου συνδρομῇ [31], ταύτην εἰργάσατο. Καὶ ὅτι γε ταύτης ἔχεται τῆς ἐννοίας, δῆλον ἐντεῦθεν. Εἰπὼν γὰρ, ὅτε διὰ τὴν ἄφραστον

Quin Romanæ Ecclesiæ papam Honorium, innatas geminas in Christo voluntates haud putem reprobare, epistola sua ad Sergium, eo quod unam voluntatem dixerit; sed magis suffragari easque merito astruere; qui nempe hoc dicat, non ad humanam ac naturalem Salvatoris elidendam voluntatem, sed ut ejus sine semine conceptui ac incorrupto partui nullam carnis voluntatem, aut libidinosam **130** cogitationem ostendat præivisse. Sola enim Dei ac Patris voluntas per Filium, ipsum suæ incarnationis auctorem, et Spiritus sancti concursum, hanc operata est. Atque hanc esse illius mentem, hinc liquet. Nam cum dixisset ob ineffabilem naturæ humanæ ac divinæ unionem, tum

[28] Οἰκείωσις et arrogatio, non eorum, quæ ipsa in Christo sint, sed quæ miserando velut sua deputet. [29] Sic pulchre Gregorius citatus. [30] Affert Anastasius in Collectaneis. [31] συνδρομῆς Anast. referendo ad Patrem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dici Deum passum esse, tum humanitatem cum divinitate de cœlo descendisse; atque in eum modum, eorum quæ natura insunt utrique naturæ unius Christi ac Filii, summam reciprocationem, quæ est per commutationem, ostendisset, subjungit, dicens : « Unde et unam Domini nostri Jesu Christi voluntatem confitemur. » Quonam id modo? « Quia profecto a deitate assumpta est natura nostra, non culpa, » hoc est, non ex peccato; velut idem fere loquatur ac magnus Athanasius, dum adversus impium Apollinarium isthæc scribit : « Natus est ex muliere [a], ex prima plasmatione hominis sibi formam excitans, in ostensione carnis absque carnalibus voluntatibus et humanis cogitationibus, in imagine novitatis. Voluntas enim sola divinitatis est, quia natura tota est divinitatis. » Nam quia Verbi propter nos carnalis nativitatis progressio superiori nobis ratione exstitit (non enim libidinosa carnis voluntas aut cogitatio præcessit, uti in nobis conspicitur, ob voluptatem scilicet ac libidinem, quæ ex seductione, naturæ dominatur; sed sola deitatis voluntas per Filium ipsum, uti dicebam, propensa Patris voluntate et Spiritus sancti cooperatione, sibi auctorem assumpti corporis, in seipso ac per seipsum, eum, qui naturæ inoleverat, nativitatis modum, innovantem, suamque absque semine ex sancta Dei Genitrice semperque virgine Maria conceptionem præstantem) : hanc scilicet arcanæ nullaque vi verborum explicabilis nativitatis rationem considerantes; ille quidem : « Voluntatem solam deitatis in eo » dixit; hic vero, « Voluntatem unam Domini nostri Jesu Christi. Quia profecto, inquit, a divinitate assumpta est natura nostra, non culpa : absque scilicet carnalibus voluntatibus ac humanis cogitationibus, » ut D. Athanasius ait, non autem etiam, qua homo erat idem ipse qui et Deus natura exsistebat, non habere humanam et naturalem voluntatem, uti sane etiam divinam paternamque.

Idipsum autem etiam in sequentibus innuit, dicens : « Sine peccato conceptus est de Spiritu sancto, et sancta intemerata semperque **131** Virgine Dei Genitrice Maria; et sine contagione ex ea secundum carnem natus est. » Divinam porro Scripturam in laudis partem ac vituperationis

A ἕνωσιν τῆς ἀνθρωπίνης καὶ θείας φύσεως, καὶ θεὸς λέγεται παθεῖν, καὶ ἀνθρώποτης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθεῖν μετὰ τῆς θεότητος · καὶ ταύτῃ δεῖξαι τὴν τῶν φυσικῶς προσόντων ἑκατέρᾳ φύσει τῶν τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ καὶ Υἱοῦ κατ' ἐπαλλαγὴν ἄκραν ἀντίδοσιν, ἐπάγει λέγων, « Ὅθεν καὶ ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Πῶς, φησίν; « Ἐπειδὴ προδήλως ἐκ τῆς θεότητος προσελήφθη ἡ ἡμετέρα φύσις, οὐχ ἁμαρτία (a)· » τουτέστιν, οὐκ ἐκ τῆς ἁμαρτίας· μονονουχὶ συμφθεγγόμενος τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ, γράφοντι τάδε κατ' Ἀπολιναρίου τοῦ δυσσεβοῦς, « Ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς, ἐκ τῆς πρώτης πλάσεως τὴν ἀνθρώπου μορφὴν ἑαυτῷ ἀναστησάμενος, ἐν ἐπιδείξει σαρκὸς δίχα σαρκικῶν θελημάτων καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ἐν
B εἰκόνι καινότητος· ἡ γὰρ θέλησις θεότητος μόνη, ἐπειδὴ καὶ φύσις ὅλη θεότητος. » Ἐπειδὴ γὰρ τῆς δι' ἡμᾶς κατὰ σάρκα τοῦ Λόγου γεννήσεως ὑπὲρ ἡμᾶς ἡ πρόοδος γέγονεν· οὐ γὰρ σαρκὸς ἐμπαθὴς προηγήσατο θέλησις ἢ λογισμὸς, ὡς ἐφ' ἡμῶν ὁρᾶται, διὰ τὴν ἐξ ἀπάτης τοῦ γένους κατακρατοῦσαν ἡδονὴν, ἀλλὰ θέλησις θεότητος μόνη δι' Υἱοῦ αὐτουργοῦντος, ὡς ἔφην, τὴν οἰκείαν σωμάτωσιν κατ' εὐδοκίαν Πατρὸς, καὶ συνέργειαν τοῦ παναγίου Πνεύματος, καινοτομοῦντος ἐν ἑαυτῷ τε καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν ἐπεισαχθέντα τῇ φύσει τῆς γεννήσεως τρόπον, καὶ ἀσπόρως τὴν ἑαυτοῦ ποιουμένου σύλληψιν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας· τοῦτον δὴ τὸν ἄῤῥητον αὐτοῦ τῆς γεννήσεως σκοπήσαντες λόγον, ἐκεῖνος μὲν, « θέλησιν μόνην ἐπ' αὐτοῦ
C θεότητος » εἶπεν, οὗτος δὲ, « Θέλημα ἓν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπειδὴ προδήλως, φησὶν, ἐκ τῆς θεότητος προσελήφθη ἡ ἡμετέρα φύσις, καὶ οὐχ ἁμαρτία· δίχα σαρκικῶν θελημάτων καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, » ὡς ὁ θεῖος φησιν Ἀθανάσιος· οὐ μέν γε τὸ μὴ καὶ ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν μετὰ τοῦ εἶναι φύσει Θεὸν οὐκ ἔχειν ἀνθρώπινον θέλημα καὶ φυσικὸν, ὥσπερ οὖν καὶ θεῖον καὶ πατρικόν.

Τὸ δ' αὐτὸ κἀν τοῖς ἑξῆς ὑπαινίττεσαι, φάσκων, « Χωρὶς ἁμαρτίας συνελήφθη ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ Ἀειπαρθένου θεοτόκου Μαρίας, καὶ χωρὶς μολυσμοῦ ἐξ αὐτῆς κατὰ σάρκα γεγέννηται. » Τὴν δέ γε θείαν
D Γραφὴν ἐπαινετῶς τε καὶ ψεκτῶς παράγει τῆς σαρ-

[a] Galat. IV, 4.

NOTÆ.

(a) *Προσελήφθη ἡμετέρα φύσις, οὐχ ἁμαρτία.* Sana hæc admodum, unaque forte Honorio, perinde ac Magno Athanasio, cogitata : nec tamen Macarius, quanquam Honorium sequi auctorem sibi videbatur, unamque illam ex Adæ culpa nobis inolitam, exscindere voluntatem, damnationem evasit; quod nempe homo dementissimus, sic abesse a Christo, ipsoque Adamo, vitium illud voluntatis humanæ contendebat, ut nec ipsa voluntas in eis humana esset, sed solum divina : quod certe in sani hominis mentem ne quidem venire possit, nec in Honorii, sapientissimi viri præstantissimique antistitis venisse putandum sit; nisi forte, eo duntaxat sensu, quod et humana, ipsa divina diceretur, quod ex divinis rationibus, et pro eo ac naturæ a Deo inditum erat a creatione moveretur; seu immobili rectitudine, ut in Christo ob unitionem, seu etiam in malum vertibili ex ipsa potestate arbitrii, ut in Adamo : quæ humanæ voluntatis non abolitio est, aut cum divina confusio; sed nativa, ut a Deo est, eique subjecta, illius perfectio. Paulo ante τὸ συνδρομῆς, quod legit Anastasius, aptius est : et paulo post idem prope repetitur, ascripta Patri incarnationis effectione per Filium ac Spiritus cooperationem. Nihil bene Anastasius, jungendo τοῦ γένους cum ἡδονὴν et reddendo *generis desiderium*; cum sit *libido generi dominans* (nobis scilicet ac mortalibus) *a seductione*.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

κὸς μνημονεύουσαν, οὐχ ἑτέραν, μὴ γένοιτο, τῇ τε φύσει καὶ τῇ οὐσίᾳ τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα πρὸς τὴν ἡμετέραν ὑποβάλλων νοεῖν, ὃς γε ταύτην ἠπίστατο προσληφθεῖσαν ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας, ἤγουν τῶν τῆς ὁμοφυοῦς ἡμῖν Ἀειπαρθένου καὶ Θεομήτορος καναγίων σπλάγχνων, ἀλλ' ἑτέραν τῇ ἁμαρτησίᾳ, καὶ τοῦ μηδαμῶς ἀντιταττόμενον ἔχειν, καθάπερ ἡμεῖς ἐν τοῖς μέλεσι τὸν ἐκ παραβάσεως νόμον τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος. « Οὐ γὰρ προσελήφθη, φησὶν, ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡ καταφθαρμένη ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας σὰρξ, ἡ ἀντιστρατευομένη τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς αὐτοῦ. » Οὗ τινος γὰρ οὐ προκαθηγήσατο ὁ καθ' ἁμαρτίαν διὰ σπορᾶς τῆς γεννήσεως νόμος, τούτου παντελῶς οὐ δὲ τοῖς μέλεσιν ἐνυπάρχει, ἀλλὰ νόμος θείας δικαιοσύνης πρὸς ὑποτύπωσιν ἡμῖν ἐκφαινόμενος (b), καὶ τὸν ἐκ παραβάσεως ἐπεισαχθέντα τῇ φύσει τελείως ἐξαφανίζων. Ἦλθε γὰρ, φησὶν, ὁ ἀναμάρτητος ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, τουτέστι τὴν ἁμαρτήσασαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους φύσιν. « Ἕτερος γὰρ νόμος ἐν τοῖς μέλεσιν αὐτοῦ, ἢ θέλημα διάφορον ἢ ἐναντίον οὐ γέγονε τῷ Πατρί. » Ἐντεῦθεν δεικνὺς, οὐχ ὡς οὐκ εἶχεν ἀνθρώπινον θέλημα καὶ φυσικόν· οὐ γὰρ λέξας φαίνεται τοῦτο· ἀλλ' ὅτιπερ ὡς ἄνθρωπος οὔτε κατὰ σῶμα διὰ τῶν μελῶν τὴν οἰανοῦν ἐκέκτητο παρὰ φύσιν ἐνέργειαν, οὔτε μὴν κατὰ ψυχὴν θελήματος ἐναντίαν ἢ παράλογον κίνησιν, ὥσπερ ἡμεῖς, « ἐπειδὴ καὶ ὑπὲρ νόμον ἀνθρωπίνης φύσεως ἐτέχθη. »

Τρανώτερον δὲ κἀν τοῖς ἑξῆς παρίστησιν, ὡς ὁ λόγος ἦν αὐτοῦ μόνον τὸ ἐμπαθὲς, ἀλλ' οὐ τὸ φυσικὸν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἀποδιορίσασθαι θέλημα. Καὶ ὅτιπερ, κἀν τῷ φυσικῷ καὶ ἀνθρωπίνῳ πρὸς τὸ Πατρικὸν καὶ θεῖον συνέβαινε μὲν, οὐδεμίαν τὴν ἐξ ἀντιπράξεως ἔχων πρὸς ἐκεῖνο διαφορὰν, ὑποτύπωσιν δὲ διδοὺς ἡμῖν ἑαυτὸν, τὸ οἰκεῖον ἑκουσίως ὑπέταττεν· συνίστα δὲ τὸ Πατρικὸν, ᾧ ἂν καὶ ἡμεῖς ἐκμιμούμενοι, τὸ ἑαυτῶν ἀθετήσαντες, τὸ θεῖον διὰ πάσης σπουδῆς ἐκπληρώσωμεν, λέγων οὕτως· Κἂν γέγραπται, « Ὅτι οὐκ ἦλθον ποιῆσαι τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός· καὶ, Οὐχ ὁ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' εἴ τι σὺ, Πάτερ, οὐκ εἰσι ταῦτα διαφόρου θελήματος, » τουτέστιν ἐναντίου καὶ ἀντιπράττοντος, « ἀλλὰ τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπίνης οἰκονομίας » οἰκειουμένης συμπαθῶς τὰ ἡμέτερα. « Ταῦτα γὰρ δι' ἡμᾶς ἔλεγεν, οἷς δέδωκεν παράδειγμα ὁ τῆς εὐσεβείας Διδάσκαλος, ἵνα τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐπώμεθα· καὶ μὴ τὸ ἴδιόν ἕκαστος ἡμῶν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κυρίου μᾶλλον ἐν πᾶσι προτιμήσῃ θέλημα. » Οὐκ ἀναίρεσιν οὖν, ὡς ἔφην, τοῦ φυσικοῦ καὶ ἀνθρωπίνου θελήματος, ἀλλὰ τοῦ ἐμπαθοῦς καὶ παρὰ φύσιν ποιεῖ· καὶ διόλου φάναι, τὸ πάσης

A carnis meminisse profert, non ut aliam natura ac substantia Domini carnem, quam nostram, intelligendam esse admoneat; absit! quippe qui hanc ex nostra assumptam substantia noverat, id est, ex sanctissimo utero ejusdem nobiscum naturæ perpetuæ Virginis ac Deiparæ; sed aliam peccandi pronitate, quodque nullatenus, velut nos, adversantem legi spiritus, quæ ex prævaricatione est, in membris legem haberet. « Non enim assumpta est, inquit, a Salvatore caro a peccato corrupta, quæ repugnaret legi mentis ejus. » Cujus enim, quæ per semen est, generationi non præivit peccati lex, hujus omnino nec in membris est; sed divinæ lex justitiæ, ad informationem nobis elucens, legemque perfecte abolens, ex prævaricatione inolitam naturæ. *Venit* enim, inquit, qui immunis a peccato est, *quærere, et salvum facere quod perierat* [b]; humani scilicet generis naturam, quæ peccaverat. « Alia enim lex in membris ejus, aut voluntas diversa, vel Patri contraria, non fuit in membris ejus. » Quibus ostendit, non quod non habuerit humanam voluntatem (non enim hoc dixisse apparet), sed quod ut homo, neque secundum corpus ullam per membra innaturalem operationem haberet; neque vero secundum animam, contrarium voluntatis motum, aut abhorrentem a ratione, uti se res in nobis habet: « quod et supra naturæ humanæ legem natus est. »

Expressius autem et in sequentibus comprobat quod dixerat, hoc solum spectare ut libidinosam ac vitiatam, non ut naturalem voluntatem a Salvatore eliminaret, quodque in naturali quoque ac humana, illi cum Patre ac Deo voluntate conveniret, nulla cum eo ex repugnantia diversitate; sed ut nobis exemplum præberet, voluntatem suam sponte subjiciebat. Commendabat vero paternam, quatenus nos quoque ipsum imitati, nostram abdicantes, omni diligentia paternam impleamus; dum sic ait: « Licet enim scriptum sit: *Non veni ut faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me, Patris* [c], et: *Non quod ego volo, sed si quid tu, Pater* [d]; Non sunt hæc diversæ voluntatis; id est, contrariæ ac repugnantis; sed dispensationis humanitatis assumptæ, quæ sibi miserantis affectu nostra arrogaret. **132** Ista enim propter nos dicebat, quibus dedit exemplum pietatis Magister, ut sequamur vestigia ejus [e]; et non suam unusquisque nostrum, sed Domini in omnibus potius præferat voluntatem. » Non ergo naturalem atque humanam, uti dicebam, voluntatem interimit, sed vitiosam et innaturalem. Atque, ut prorsus dicam,

[b] Luc. XIX, 10. [c] Joan. VI, 38. [d] Marc. XIV, 36. [e] I Petr. II, 21.

NOTÆ

(b) *Πρὸς ὑποτύπωσιν ἡμῖν ἐκφαινόμενος. Ad nostram informationem elucens*, ut nobis formula et exemplar esset: uti etiam Paulus II Tim. I: Ὑποτύπωσιν ἔσχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας· ubi Chrysost. metaphoram ait desumptam ex arte pictoria, qua pictores rem pingendam sibi delineant atque informant. Fulg., *Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti.* Anast. prorsus barbare, *ad imaginationem nobis ostensa est*; cujus et superiora, nullo sano sensu reddita; sed parcendum viro opera strenuo, sed non satis in Maximi stylo versato.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ab omni immunem peccato attestatur, qui pro nobis simili nobis ratione Deus incarnatus est.

Et, ut summa dicam, per unam voluntatem, hoc eum significare existimo; nempe solam divinam voluntatem, ejus secundum carnem generationi præivisse. Quod vero ait, « non esse voluntatis differentiam; » hoc est, non habere contrariam voluntatem aut repugnantem, sed quæ omnino consentiat, ac sit unita. Idcirco, tum quidem, cum naturam nostram a deitate assumptam dicit, unius meminit voluntatis : cum vero illud affert : *Non veni ut facerem voluntatem meam* [f]; tunc omisso numero : « Non sunt hæc, inquit, diversæ voluntatis, » hoc est, contrariæ et adversantis; ex quo palam conficitur, esse in Christo duas naturales voluntates. Nam si contrariam ut homo non habuit, naturali prædituſ fuit. Quod enim contrarium non est, naturale prorsus est; nec ullus contradicet. Nihil enim in natura, vel iis quæ sunt ex natura, prorsus contrarium est. Itaque verisimile est eos mentiri ac subdere, quod ille in suis vere sermonibus non scripsit; hocque moliri adversarios, ut opinioni suæ, quæ plane non optima sit, ex viri litteris velamentum quærant, quas contra ejus mentem male interpretentur. Suffragatur enim illi ratio, quæ omnem procul calumniæ vim atque insultum amoliatur.

Et ego quidem, sic se habere sensum existimo, ab omni plane suspicione purum. Certiorem autem ipsum reddidit sanctissimus presbyter dominus abbas Anastasius, e seniore Roma reversus, vir, si quis alius, divina virtute ac prudentia ornatus; qui et dixit, diu se multumque, cum magnæ illic Ecclesiæ sacratissimis viris sermonem contulisse, ejus, quam ad Sergium scripserant, epistolæ gratia; scisciſando, quid causæ esset, ac quomodo una illi voluntas inserta esset : invenisseque ejus rei causa dolentes, ac excusantes, **133** prætereaque, qui jubente Honorio hanc Latine dictaverat, sanctissimum abbatem Joannem, ei ab epistolis adjutorem, affirmantem, nullo modo in ea per numerum unius prorsus voluntatis mentionem fecisse; licet hoc nunc ab eis confictum sit, qui epistolam Græce reddiderunt. At neque ullo modo abolendam seu excludendam censuisse naturalem

A ἁμαρτίας ἐλεύθερον τὸ καθ' ἡμᾶς, ἐπιμαρτύρετος τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα Θεόν.

Καὶ ἵν' ἐπιτόμως εἶπω, διὰ τοῦ ἑνὸς θελήματος, τὸ μόνην τῆς αὐτοῦ κατὰ σάρκα γεννήσεως τὴν θείαν προκαθηγήσασθαι θέλησιν δηλοῦν αὐτὸν οἶμαι· διὰ δὲ τοῦ « μὴ ὑπάρχειν θελήματος διαφοράν, » τὸ ἐναντίον οὐκ ἔχειν ἢ ἀντιπράττον, ἀλλὰ τὸ συναῖνον δι' ὅλου καὶ ἡνωμένον. Ὅθεν ἡνίκα μὲν τὴν ἡμετέραν φύσιν ἐκ τῆς θεότητος προσειλῆφθαι λέγῃ, θελήματος ἑνὸς μνημονεύει· ἡνίκα δὲ τὸ, *Οὐκ ἦλθον ποιῆσαι τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν*, εἰς μέσον τῷ λόγῳ προτίθησι, τὸν ἀριθμὸν ἀφεὶς, « Οὐκ εἰσὶ ταῦτα, φησὶ, διαφόρου θελήματος, » τουτέστιν ἐναντίου καὶ ἀντικειμένου, ἐξ οὗ τὸ δύο κατὰ φύσιν ὑπάρχειν ἐν τῷ Σωτῆρι θελήματα προδήλως συνάγεται. Εἰ γὰρ B ἐναντίον οὐκ εἶχεν, φυσικὸν εἶχεν ὡς ἄνθρωπος. Τὸ γὰρ οὐκ ἐναντίον, φυσικὸν πάντως, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ· οὐδὲν γὰρ ἐν τῇ φύσει ἢ τοῖς κατὰ φύσιν παντελῶς ἐναντίον· Δέος οὖν πολλὰ βαίνειν (c) [ἐπιβαλεῖν], ὃ μὴ κυρίως ἐν τοῖς ἑαυτοῦ γέγραφε λόγοις, καὶ μηχανᾶσθαι τοὺς δι' ἐναντίας οἰκείας δόξης ὡς οὐκ ἀρίστης ἐπικάλυμμα ποιεῖν τάνδρὸς τὰ γράμματα, καθ' ἕτερον ταῦτα παρὰ τὸν ἐκείνου σκοπὸν παρεξηγουμένους. Συνηγοροῦντα γὰρ ἔχει τὸν λόγον, πᾶσαν τοῦ ἐπηρεαστοῦ καταδρομὴν ἀπελαύνοντα.

Καὶ οὕτω μὲν ἐγώ γε τὸν νοῦν ἔχειν ὑπολαμβάνω, πάσης ὄντα καθαρὸν ὑποψίας. Βεβαιότερον δέ μοι τοῦτον πεποίηκεν ἐκ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπανελθὼν ὁ ὁσιώτατος πρεσβύτερος κύριος ἀββᾶς Ἀναστάσιος, ἀνὴρ εἰ καί τις ἄλλος ἀρετῇ τε θείᾳ καὶ φρονήσει κεκοσμημένος· καὶ φήσας ὡς πολὺς αὐτῷ λόγος κεκίνηται πρὸς τοὺς ἐκεῖσε τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας ἱερωτάτους ἄνδρας, διὰ τὴν πρὸς Σέργιον ἐξ αὐτῶν γραφεῖσαν ἐπιστολήν, ὅτου χάριν καὶ πῶς αὐτῇ διερωτῶν ἐνετάγη τὸ ἓν θέλημα, καὶ εὗρεν ἀσχάλλοντας ἐν τούτῳ, καὶ ἀπολογουμένους, καὶ πρὸς αὐτοῖς τὸν ταύτην ἐν Λατίνοις ὑπαγορεύσαντα, κατὰ κέλευσιν αὐτοῦ κύριον ἀββᾶν Ἰωάννην ἁγιώτατον σύμπονον, ἰσχυριζόμενον ὡς οὐδαμῶς ἐπίμνησιν ἐν αὐτῇ δι' ἀριθμοῦ πεποίηνται ἑνὸς τὸ παράπαν θελήματος, εἰ καὶ τοῦτο νῦν ἀνεπλάσθη παρὰ τῶν ταύτην ἑρμηνευσάντων εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. Οὔτε μὴν τὴν οἱανοῦν κυρίωσιν (d) ἢ ἐκβο- D

[f] Joan. VI, 38.

NOTÆ.

(c) *Δέος οὖν κομὰ βαίνειν.* Istud erroris scribæ palam est. Anast. quibus duriuscule reddit, *Timor ergo est opinari*, Maximi litteram velut digito ostendit; nempe scripsisse, Δέος οὖν ἐπιβάλλειν, seu ἐπιβαλεῖν, quod etiam sentire, intelligere, opinari reddi quandoque queat: hic autem aptior ipsi ejus vocis communior acceptio, nempe *adjicere, subdere*. Sic certe Latinos Romæ excusare ait Maximus non scripsisse *unius* vocem in epistola, quæ tamen in Græcis exstaret: sicque subditiliam eam esse, ἐπιβεβλημένην, illorum fraude adjectam, qui tanti tantæque sedis antistitis auctoritate, novitati suæ præsidium quærerent: cum præsertim qua sic obscure simpliciusque conscripta erat, non videtur iis deesse vocis illius inserendæ occasio, ipsamque totam sibi rapiendi epistolam, quasi illa Honorius Sergio reipsa astipulatus esset. Hincque forsitan ejus tandem et Romæ relictum vadimonium, ne, dum satis purgari non poterat, labis aliquid per ejus defensionem videretur prima ipsa sedes in Honorii successoribus contrahere, viris scilicet tanto fidei zelo clarioribus, quanto Honorius vel certe leniori in eam opera, ejus ipso ortu, videbatur seipsum obscurasse.

(d) *Τὴν οἱανοῦν κυρίωσιν.* Quin Maximus ἀκύρωσιν scripserit, vix dubito, eamque vocem altera illi subjecta exposuerit, ἢ ἐκβολήν. Sic certe ambæ unæ voces ejusdem sensus ac probe Græcæ, sibique

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἰὴν τοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον φυσικοῦ τοῦ Σωτῆρος θελήματος, ἀλλὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς καὶ διαβεβλημένου τελείαν ἀποσκευὴν καὶ ἀναίρεσιν, καθ' ὃ καὶ ὁ πρὸς ἕλληλα τῶν ὁμογενῶν συνίσταται πόλεμος, δεῖξαι βουλόμενοι πάσης οὖσαν καθαρὰν ἁμαρτίας τὴν προσληφθεῖσαν σάρκα, κατὰ τὴν τῶν ἱερωτάτων λογίων καὶ τῶν Πατρικῶν διδαγμάτων παράδοσιν. Καὶ φαίνονται πως διὰ τῶν τοιούτων λόγων, συνᾴδοντες τοῖς ἀρτίως ἐξηγηθεῖσι παρὰ τῆς ἐμῆς οὐδενίας, καὶ οἷον ἐπισφραγίζοντες τὴν ὑπὲρ Ὑνωρίου γενομένην συνηγορίαν. A

Ταῦτα γοῦν ἀπολογησαμένους διαγνοὺς, ἐθαύμασα λίαν αὐτῶν τὴν ἀκρίβειαν, ὥσπερ οὖν καὶ κατεπλάγην τὴν πανουργίαν, τῶν πάντα τολμώντων ὑπὲρ ἑνὸς τοῦ διακενῆς ἀσεβεῖν, καὶ θελόντων, ὡς ἔθος αὐτοῖς πάλαι καὶ νῦν, παρακλοπαῖς τισι καὶ παρεξηγήσεσι τοὺς ἐκθύμως κατ' αὐτῶν ἀγωνιζομένους, τό γε παρὰ τὸ εἰκὸς, εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπᾶσθαι, καὶ τὸν νοῦν σφετερίζεσθαι μηδαμῶς συνεπόμενον. Ἀναγκαίως οὖν καὶ τοῦτο μαθὼν δεδήλωκά σοι, θεοτίμητε Πάτερ, ὡς ἂν διὰ πάντων φραξάμενος ἔχοις, ὅπως διακρούσῃ τῶν ἐναντίων τὰς φάλαγγας, ὁσῳ τε βάλλων εὐτόνως καὶ πίστει κατὰ κράτος ὑπερνικῶν, δόξαν τε τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐντεῦθεν εἰς ἀνάῤῥησιν ἔχων, καὶ διάδημα τὴν αὐτοῦ κατὰ χάριν κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν. B

Hæc itaque ubi illos excusasse cognovi, oppido miratus sum eorum diligentiam ac solertiam; vicissimque horum etiam obstupui malignos mores ac vafritiem, qui hoc uno omnia audeant, ut impietati litent, ac sicut olim illis consuetum est, sic et nunc in more positum habent, ut furto quæsitis falsisque expositionibus, eos ipsos qui strenue adversus illos decertant, absurde prorsus ad se trahant, eorumque mentem, quæ nihil faveat, sibi tribuant. Necessario igitur, qui hoc didicerim, tibi quoque, Deo venerande Pater, ut significarem, operæ pretium duxi; quo scilicet undique communitus habeas unde adversariorum turmas dispellas, forti vigore doctrinæ vi illorum jugulum petens, fideique mucrone penitus profligans ac delens; atque inde Unigeniti gloriam ad victoriæ præconium ac diadema, ipsius per gratiam societatem ac unionem habens.

Ἀλλ', ὦ ἱερωτάτη καὶ τιμία μοι κεφαλὴ [25], ταῦτα γνώρισον τῷ ἱεραρχικῶς προκαθημένῳ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, οὗ πάντες οἵ τε πλησίον, καὶ οἱ μακρὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας ὁσίως ἐπαναπαυσόμεθα, μόνην κρηπῖδα δογμάτων ἱερωτέρων τὴν αὐτοῦ τε καὶ δι' αὐτοῦ μακαρίαν ἔχοντες ἅλαμψιν, δι' ἧς πρὸς τὸ ἄσκιον φῶς καὶ Πατρικὸν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ χειραγωγούμεθά τε καὶ ἀναγόμεθα· πρὸς αὐτὸν ὡς ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, μετὰ τὸν φύσει καὶ πρῶτον, ἀποσκοποῦντες, καὶ τὰς τρίβους εὐσεβῶς κατευθύνοντες, εἰς ζωὴν ἐπειγόμενοι τὴν οὐ φθορᾷ λυομένην, ἀλλ' ἀφθαρσίᾳ συνισταμένην, ἧς ὥσπερ ἐνταῦθα ταῖς θεολήπτοις αὐτοῦ προσευχαῖς, καὶ ταῖς θεοσόφοις διδασκαλίαις ἐλπίδι μετέχομεν, οὕτω κἀκεῖ τῇ θεουργῷ μεσιτείᾳ καὶ προσαγωγῇ πείρᾳ κοινωνῆσαι καταξιωθείημεν, κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ μονὴν καὶ τελείωσιν. C D

At, o sacratissimum summeque mihi venerandum caput, hæc ei nota facito, qui pontificis arce, inculpatæ nostræ ac orthodoxæ fidei præsidet, cujus sub pennis, omnes qui prope, et qui longe, sancte conquiescemus; unam sacratissimorum dogmatum basim illius nacti, ac per eum, beatam illustrationem; cujus fulgoribus ad lucem nullis umbris obsitam Patrisque in Spiritu fulgores manuducimur ac promovemur; ad ipsum respicientes ut nostræ salutis Auctorem, secundum eum qui id natura ac princeps est; pieque semitas 134 dirigentes, ad vitam festinando nullo interitu dissolubilem, sed incorruptione firmam ac stabilem: cujus, sicut hic, divinis ejus precibus sapientissimisque doctrinis spe participes sumus, sic illic futuroque ævo deifica intercessione ac admissione reipsa consortes effici mereamur; qua mansionem in ipso Verbo Deoque, Domino nostro Jesu Christo, ac consummationem consequemur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

Περὶ ποιότητος, ἰδιότητος, καὶ διαφορᾶς, Θεοδώρῳ πρεσβυτέρῳ τῷ ἐν Μαζαρίῳ (e).

Οὐκ οἶμαι πρὸς γνῶσιν ἑτέρου δεῖσθαί τινος τῶν ἁπάντων τοὺς ἱερωτάτους ὑμᾶς, ἐν αὐτὸ ἤδη δι'

EJUSDEM,

De qualitate, proprietate et differentia, seu distinctione, Theodoro presbytero in Mazario.

Haud putem ullo vos alio (viri sacratissimi) ex omnibus ad scientiam egere, qui jam simplicis vir-

[25] Is forte Arcadius Cypri archiepisc., qui egregiam in Monothelitas operam navavit.

NOTÆ.

optime respondentes, non quod Anastasius videtur legisse, nempe κένωσιν, dum reddit *exinanitionem*; nisi et illi istud obrepsit vel scribæ vel typorum mendo, pro *abolitionem*. Sic passim Latinis depravantur voces, tum maxime, cum ex vetustis membranis, vel fallente oculo, vel manu præcurrente exscribuntur, exque apographo vulgantur.

(e) *Πρεσβυτέρῳ τῷ ἐν Μαζαρίῳ.* Mazara urbs

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tutis munere hoc nacti sitis, ut ad unum ipsum sapientiæ præstitorem Spiritum sanctum mente clametis; ex quo etiam aliis infiniti muneris sapientiæ latice, velut e fonte, divina funditis: oris sermone large sensa profundentes, ut ad nos quoque humiles, omnisque eruditionis expertes, ad divinam capessendam scientiam ac disciplinam propensa benignitate extendatur: quamvis non me latet qua usi estis demissione, ex me sciscitando, eo scilicet animo ut provehatis, magisque adhuc per summam dejectionem, ad vestræ scientiæ sublimem arcem nos humi jacentes pressosque ignorantia, attollatis; quo nimirum per vestram illam modestiam depulsa mihi segnitie, ac per sciscitationem depurgata mentis insipientia, ad sapientiæ habitum, acremque et efficacem animi alacritatem ducatis; quibus, qui ea donantur, per gratiam salutem consequuntur; eorum scilicet opera qui, vobis similes, his qui digni sunt salutem præstare meruerunt.

A ἀρετῆς ἁπλῆς προσδοξᾶν κεκτημένους κατὰ νοῦν σοφίζον, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐξ οὗπερ καὶ ἄλλοις τὸ θεῖα πηγάζετε κατ' ἀπειρύδωρον τῆς σοφίας χύσιν, τῆς τῶν νοημάτων διὰ προφορᾶς λόγου ποιούμενοι πρόχυσιν, ὡς καὶ μέχρι τῶν κατ' ἐμὲ ταπεινῶν, καὶ λόγου παντὸς ἀμοιρούντων ταύτην φιλανθρώπως ἐκτείνειν εὖ μάλα πρὸς ἐπιστήμην θείαν καὶ μάθησιν, εἰ καὶ συγκαταβάσει χρωμένους οἷδα δι' ἐρωτήσεως, ἐφ' ᾧ τε προβιβάσαι, καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς τὸ οἰκεῖον δι' ἄκρας ὑφέσεως μετεωρίζειν ὕψος τῆς γνώσεως τοὺς κάτω που κειμένους ἡμᾶς, καὶ ἀγνοίᾳ πιεζομένους, ὡς ἂν τὴν νωθείαν τῇ ὑποβάσει, τῇ τε πνεύσει τὴν ἄνοιαν τῆς ἐμῆς ἐκκαθάραντες διανοίας, εἰς ἕξιν ἀγάγοιτε γνωστικὴν, καὶ προθυμίαν εὐτονόν τε καὶ πρακτικὴν, ἐξ ὧν τοῖς σωζομένοις ἡ σωτηρία
B κατὰ χάριν προσγίνεται, διὰ τῶν καθ' ὑμᾶς σώζειν τοὺς ἀξίους ἠξιωμένων.

Dicam igitur, de quibus ipsi erudiendo, amplius exquirendum jussistis, de qualitate scilicet, et proprietate, et differentia; ejusmodi esse nomina, quæ apud profanos scriptores multiplicis sint ac variæ significationis; longumque sit, quas in istis divisiones adhibent, explanare, orationemque protrahere, ut non tam epistolæ justam mediocritatem, quam plenæ luoubrationis modum videatur habere. Divinis autem Patribus, ipsa cohærens **135** brevisque horum explanatio est, ut non de subjecto accipiantur (de substantia scilicet et natura), sed de iis quæ
C in substantia (atque adeo in hypostasi seu persona) considerantur. Qualitatem igitur dicunt esse, essentialem quidem, ut in homine, quod rationalis est; aut equo, quod hinnibilis; hypostaticam vero seu personalem, ut hujus cujusdam hominis, quod sit aquilinus aut simus; vel hujus cujusdam equi, quod sturnini variique coloris, aut quod flavi. Sic vero etiam in reliquis omnibus creatis substantiis

Λέγω γοῦν περὶ ὧν ἐκπαιδεύοντες προσεξετάζειν παρεκελεύσασθε, ποιότητός φημι, καὶ ἰδιότητος καὶ διαφορᾶς· πολυσχεδῆ μὲν τούτων παρὰ τοῖς ἔξω τυγχάνειν τὴν σημασίαν, καὶ μακρὸν ἂν εἴη τὰς ἐν τούτοις ἐκείνων διαιρέσεις ἐξαπλοῦν, λόγον τε διατείνειν, ὡς οὐ μᾶλλον ἐπιστολικῆς ταῦτα συμμετρίας, ἢ γραφικῆς ἀσχολίας τυγχάνοντες. Τοῖς δὲ θείοις Πατράσιν, συνεχής τε καὶ σύντομος ἡ τούτων καθέστηκε δήλωσις, οὐκ ἐπί τινος ὑποκειμένου λαμβανομένη, τουτέστιν οὐσίας καὶ φύσεως, ἀλλὰ τῶν
C τῇ οὐσίᾳ, καὶ μέντοι γε τῶν τῇ ὑποστάσει θεωρουμένων. Ποιότητα γοῦν εἶναί φασιν, οὐσιώδη μὲν ὡς ἐπ' ἀνθρώπου τὸ λογικόν, ἢ ἵππου τὸ χρεμετιστικόν· ὑποστατικὴν δὲ τοῦ τινος ἀνθρώπου γρυπὸν, ἢ σιμόν· ἢ τοῦ τινος ἵππου τὸ ψαρὸν ἢ ξανθόν. Οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔχει γενητῶν ἁπάντων οὐσιῶν καὶ ὑποστάσεων, κοινῶς τε καὶ ἰδικῶς, ἤγουν καθολικῶς τε καὶ μερικῶς τοῖς οὖσιν ἐνθεωρουμένην, καθ' ἣν καὶ πρὸς ἄλληλα διαφορὰ τῶν τε εἰδῶν καὶ

NOTÆ.

Siciliæ littoralis in ora australi inter Thermas. Philipp. Ferrar. Libens Maximus scribit, his, qui Romanæ diœcesis erant; vel qui paulo remotiores ab urbe Constantinopolitana liberius et doceri fidem, et docere poterant, in ea urbe potissimum, D longa præsulum Monothelitarum serie exagitatam ac pene excisam, donec tandem per Seniorem Romam, novæ fidei lux nova affulsit: nec tamen animorum omnem rancorem, etiam ei Honorio litans, eximere potuit, quin se ille brevi post explicaverit, in eo sacerdotum cœtu, qui iterum in Palatii Trullo, Justiniano II imperatore, convenientes, per absentiam aliarum omnium sedium patriarchalium, canones edidere, nec paucos apostolicæ sedi injurios; quo ausu schismati radicem posuere; ut bene Matthæus Caryophilus archiepiscopus Iconiensis, vir Græcorum catholicissimus, in Confutatione Nili Thessalon. *De primatu papæ*. Placetque illa ejus observatio: *In summa, quidquid Orientales in conciliis egerunt clam papa, non sacris conciliis tribuenda sunt, sed artificiosis quorumdam machinamentis*. De Honorio vero, *Non ferebant quatuor Constantinopolitanos patriarchas anathematizari ut hæreticos Monothelitas, et non inscri Honorium Romanum*. Idque adeo sit, quod ait Adrianus papa in VIII synodo act. 7, dictum anathema Honorio post mortem ab Orientalibus, ὅτι ἐπὶ αἱρέσει κατηγορήθη· nec tamen sententiam ferre quemquam patriarcharum aut præsulum potuisse, εἰ μὴ ἡ τῆς αὐτῆς πρώτης καθέδρας αὐθεντία συνῆνεσεν ἐπὶ τούτῳ. Reddebat Radd., *Nisi ejusdem primariæ sedis accedente ad eam rem auctoritate*. Tulisse itaque hanc injuriam Romanam Ecclesiam hæc significant, ut vel ea exulceratos Orientalium animos patriarcharum maxime ex nomine proscriptione e synodo Lateranensi, quovis modo liniret; uniusque periculo capitis, tot annorum schisma sopiret, ac Christi gregis tantam sibi partem, sicque illustrem (Senior Roma, novam; mater, filiam) adjungeret. Hæc Honorii antiquis nota defensio; hæc probata; hæc incolumis per tot sæcula, ante novitiam Sirleti ac sequacium cusam, steterat, stetitque ac stabit; ut sibi unius veritatis candor ecclesiasticis probe fultus monumentis, non conjectura nutans, semper sufficit: uno hoc Ecclesia feliciter vincit, nec ullam τοῖς ἔξω sua traducendi copiam facit; quin eorum imminet jugulo, hac vere armatura velut acies ordinata, illis terribilis.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἀτόμων γνωρίζεται, διευκρίνουσα τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν.

A et personis, communiter et proprie, id est, universaliter et particulariter, qualitas proprietasque in rebus consideratur; secundum quam specierum individuorumque differentia ac distinctio noscitur, qua distincte rerum veritas intelligatur.

Ἐπὶ δὲ τῆς ἀγεννήτου καὶ μοναρχικῆς φύσεως, οὐκ ἂν μὲν ὅλως ἡ κυρίως λεχθείη ποιότης. Οὐ γὰρ ἐξ οὐσίας τινὸς καὶ συμβεβηκότων τὸ Θεῖον, ἐπεὶ καὶ κτιστὸν ἔσται πάντως, ὡς ἐκ τούτων σύνθετον καὶ συγκείμενον. Καταχρηστικῶς δέ, καὶ ὅσον ἂν τις ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς δύναιτ' ἀνὰ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς εἰκάζειν· ἔτι δὴ μήτ' ἄλλως ἢ οὕτως καὶ μόγις ἱκανούντων ἡμῶν τὴν ἐκείνων ἀμυδρῶς εἰσδέξασθαι γνῶσιν, καὶ λόγῳ κἂν ποσῶς γοῦν, εἰ καὶ μὴ τελείως, διατρανοῦν· φυσικὴ μὲν ποιότης ἐστὶ τὸ πανάγιον, τὸ πανσθενὲς, τὸ παντέλειον, τὸ ὑπερτελὲς, τὸ αὐτοτελὲς, τὸ αὐτοκρατορικὸν, τὸ παντέφορον, καὶ εἴτι τοιοῦτον ἄλλο λέγεται φυσικόν τε καὶ θεῖον, καὶ Θεῷ μόνον συμπρέπον ὡς ὑπερούσιον. Ὑποστατικὴ δὲ ποιότης, Πατρὸς μὲν τὸ ἀγέννητον, Υἱοῦ δὲ τὸ γεννητὸν, καὶ Πνεύματος ἁγίου τὸ ἐκπορευτὸν, ἤγουν ἀγεννησία, καὶ ἡ γέννησις καὶ ἡ ἐκπόρευσις, ἅπερ καὶ ἰδιότητας ὀνομάζουσι, διὰ τῷ μόνον αὐτῷ καὶ οὐκ ἄλλῳ [(*f*) τῷ περὶ Θεοῦ λέγεται] προσεῖναι ταῦτα φυσικῶς ἢ ὑποστατικῶς. Ἐξ ὧν αἵ τε οὐσιώδεις καὶ ὑποστατικαὶ συνίστανται διαφοραὶ, καταχρηστικῶς μὲν, ὡς ἔφην, ἐπὶ Θεοῦ, κατὰ φύσιν δὲ κυρίως ἐπὶ τῶν γενητῶν ἁπάντων. Ὅθεν ταυτὸν μὲν ἀλλήλοις ὑπάρχειν ταῦτά φασι, ποιότητά φημι καὶ ἰδιότητα καὶ διαφοράν, καὶ τῶν τε συμβεβηκότων, ἀλλ' οὐχ ὑποκειμένου τινὸς, ἤγουν οὐσίας λόγον ἐπέχειν. Διαφέρειν μὲν τῷ τὴν ποιότητα καθολικωτέραν εἶναι, καὶ· ἐπὶ πάντων ἁπλῶς, εἴπερ οὐδὲν παρὲξ Θεοῦ τῶν ὄντων ἄποιον, ὡς οὐκ ἄσχετον, οὐδὲ ἀνείδεον. Τὴν ἰδιότητα δὲ μερικὴν, ὡς πρὸς ἐκείνην (*g*), καὶ μὴ ἁπασῶν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ τοιῶσδε [ὁπωσοῦν καὶ ἁπλῶς, ἀλλὰ τοιῶσδε] λέγεσθαι, καὶ ἐπὶ τῆσδε τῆς οὐσίας, καὶ οὐκ ἄλλης· τὴν δὲ διαφορὰν ὡς συστατικὴν τῶν ὄντων καὶ ἀφοριστικήν. Ὅθεν καὶ οὕτω ταύτην κατονομάζουσι, συστατικὴν καλοῦντες διαφοράν, διευκρίνουσαν, ὡς ἔφην, τὰ ὄντα κατά τε οὐσίαν καὶ φύσιν, κατά τε πρόσωπον καὶ ὑπόστασιν, καὶ πᾶσαν πασῶν ἐλαύνουσαν τροπήν τε καὶ σύγχυσιν.

Ad ingenitam autem unius principatus naturam quod attinet, non omnino proprieque in ea qualitas dicatur. Non enim divinitas ex substantia ac accidentibus concrescit; nam alioqui etiam omnino creata fuerit, velut quæ ex illis composita ac conflata sit. Per abusionem tamen, ac quantum quis ex humanis rebus, de iis, quæ superiora sunt quam pro illarum ratione, conjicere possit (quippe cum una hac duntaxat, nullaque alia ratione, atque id obscure vixque illorum notitiam capere valeamus, B ac tantisper sermone, quanquam non perfecte, enucleare) naturalis qualitas est, omnis generis sanctitas, robur, perfectio: omni celsior perfectione perfectio, a seipso perfectio, omnium conservatrix vis ac potentia, omnium inspectrix: ac si quid aliud ejusmodi naturale atque divinum, unique Deo conveniens (quippe quod superessentiale) dicitur. Personalis autem qualitas, Patris quidem, ingenitum; Filii autem, genitum; Spiritus sancti, procedens; id est, *innascentia* (ut sic loquar), nativitas et processio, quas etiam proprietates vocant; quod nimirum illi soli, non alii hæc suppetant, vel naturali ratione, vel quæ ad hypostasim seu personam spectat: ex quibus, tum essentiales, tum personales differentiæ constituuntur: abusu quidem in Deo, C uti dicebam: natura vero proprie, in omnibus creatis. Quamobrem hæc quidem idem inter se esse dicunt, qualitatem, proprietatem et differentiam; sic tamen ut accidentium, non vero subjecti alicujus (id est, substantiæ) rationem habeant. Distin gui **136** vero aiunt, quod qualitas universalior sit, ac prorsus in omnibus: nulla quippe res (modo solum Deum excipias) omni qualitate vacat, velut non absoluta, aut quæ omni forma careat. Proprietas autem, si cum illa conferas, particularis, et quæ non quovis modo ac simpliciter, sed tali, certaque ratione dicatur, deque hac et non alia substantia. Differentia autem, ut quod vim constituendi et insiguiendi ac distinguendi res habeat. Quamobrem etiam ita hanc vocitant; constituentem ac insignientem differentiam appellantes, quæ res, uti dicebam, distinguat, quod ad substantiam naturamque attinet, et quod ad personam ac hypostasim, omnemque ab omnibus mutationem confusionemque eliminet.

Αὕτη οὖν καὶ οὕτως ἔχουσα, κατὰ τὴν τῶν Πατέρων διδασκαλίαν, ἡ περὶ ποιότητος καὶ ἰδιότητος καὶ διαφορᾶς, ὡς ἐν ἐπιτομῇ φάναι, διάληψίς τε καὶ διασάφησις. Ἀμήχανον δέ τι τούτων εἶναί ποτ' ἂν ἢ ἐπινοηθῆναι δύνασθαι χωρὶς τῆς ὑποκειμένης οὐσίας, ἧς καὶ ἔστι καὶ λέγεται τούτων ἕκαστον· D

Hæc igitur, inque eum modum se habens, juxta Patrum doctrinam (ut sub compendio loquar) quæ de qualitate, proprietate et differentia commentatio ac explanatio est. Ut autem horum quidpiam unquam sit aut possit intelligi absque substantia seu essentia, cujus horum quodque tum est, tum dici-

NOTÆ.

(*f*) *Τῷ, περὶ Θεοῦ λέγεται.* Videntur hæc verba ex margine in textum irrepsisse, nec aliud esse quam scholion ac indicationem Maximo non insuetam, qua significet de Deo solum illi sermonem esse; idcirco clausa visum est repræsentare.

(*g*) *Ὡς πρὸς ἐκείνην.* Luxatam litteram, et laborantem in voce ἁπασῶν (quam unam mutavi ὁπωσοῦν) mihi videor restituisse, ut clarus sensus sit, et differentiæ explicatio tradita. Varin. certe vocem ὁπωσοῦν, voce ἁπλῶς explicat; nec aliter Maximus: ut ὁπωσοῦν et ἁπλῶς qualitati assignet, τὸ τοιῶσδε differentiæ; quomodo sic se habent, ut commune et proprium; et quod absolute, et certo aliquo modo; de pluribus, deque uno dicitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

tur esse, haud fieri possit. Substantiæ enim, non sua ipsius, qualitas esse dicitur, et proprietas et differentia; ac, qui eat inficias, mentis inops est, naturali vecors emotus ratione; qua unus, ultraque omnes demens, excessit sophista Severus; quippe qui ea quæ nusquam prorsus sunt, ipse comminiscatur ac sibi confingat, et qualitatum substantiæ expertium in Christo differentiam dicat; quo nimirum ipsum non vere exsistentem statuat, ea ratione, quod naturas ex quibus et in quibus consistit, aboleat, unaque rursus qualitates abjiciat. Nunquam enim fiat, ut interemptis naturis; at neque ut in his jam, aut prorsus ex illis (nempe qualitatibus) Christus consistat; vel si eum compositum miser portento confingat, atque hinc ad ipsum perfecte negandum procedat. Non enim Deus aut Dei natura, quæ sit composita : alioqui etiam natura omnis composita, Deus sit natura. Quod si natura omnis composita Deus est natura, fit Patrem, ut qui omni vacet compositione, nec Deum esse, quantum ille existimat. Nam si quod compositum est, Deus natura est; quod non est compositum, nec Deus natura est. Quod si id etiam quod non est compositum, Deus natura est, plurium deorum assertor, homo sine Deo, Deique adversarius (impius scilicet) palam proditus est, ignorans **137** eum, qui cum vere Deus sit, caro factus est; sic tamen, ut et in ipsa persona composita, naturæ cum Patre simplicitatem, et, quod omni vacet compositione, ut Deus natura et ex Deo, servet, etsi homo ex hominibus per hominem supra homines, assumptione carnis anima intelligente præditæ, natus est. Ac neque hominem, qui homo factus est, Deum confitetur, ab omni humanitatis sensu alienus ac nec homo dicendus, ut qui in eo hominis naturam inficietur, uti et divinam. Non enim duplicis eum naturæ, seu naturis duplicem statuit, quemadmodum Patres sentiunt; sed compositam quamdam atque spuriam naturam invehit, perditam Apollinarii æmulatus impudentiam. Inque eum modum, magnum in rem nostram, homo scelestissimus, abrogans dispensationis mysterium, nominum appellatione captiosi oratoris more callide artificioseque abutitur, ne ejus facile furta deprehendantur; ac velut sensum fricat, ut blande obrepentem impietatem suscipiat. Deum enim atque hominem eum vocat, cum vere utriusque nominis proprietatem (veritatem scilicet) destruat; quippe qui naturas, quarum oppido appellationes sunt, minime confiteatur. Item differentiam nuncupat, qui nullam differentiam agnoscat; cum in ejus sententia, nullæ res natura subjectæ sint, penes quas differentia ac distinctio exsistat; ut et confusionem inducat per unam naturam compositam, naturasque inficiando, non exsistentiam sarciat; videaturque nominum assertione quod interimit, occultare; atque differentiæ vocibus confusionem explodere. Tanta scilicet male feriati hominis dementisque demens vere molitio ac subtilitas, ignorantiæ obtecta caligine, iisque qui se illius fraude capi sinant, offundens tenebras.

Ad quos, quasi pro illo contendentes, operæ pretium ut orationem convertamus, atque hoc addemus, siquidem, ut vos existimatis, Severus,

καρίας ὁδοῦ, καὶ ὑμεῖς εὐλογημένοι γενόμενοι, πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν ἀγῶνα καλὸν ἀγωνίσασθε, τῶν οἷς ἡ πρὸς τὸ πέρας ταύτης διάβασις γίνεται, κραταιῶς ἐντεχόμενοι· φιλανθρωπίας λέγω, φιλαδελφίας, φιλοξενίας, φιλοπτωχίας, συμπαθείας, ἐλεημοσύνης, ταπεινώσεως, πραότητος, πραϋπαθείας, ὑπομονῆς, ἀοργησίας, μακροθυμίας, καρτερίας, χρηστότητος, ἀνοχῆς, εὐνοίας, εἰρήνης πρὸς πάντας· ἐξ ὧν ἢ δι' ὧν ἡ τῆς ἀγάπης χάρις δημιουργημένη, πρὸς τὸν Θεὸν ἄγει θεουργηθέντα τὸν δημιουργήσαντα ἄνθρωπον. Ἡ ἀγάπη γάρ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, μᾶλλον δὲ ὁ δι' αὐτοῦ ταῦτα λαλήσας Χριστός, *μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, οὐ ζηλοῖ, οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακόν, οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ· πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει. Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε πίπτει*, ὡς Θεὸν ἔχουσα τὸν μόνον ἀδιάπτωτον καὶ ἀναλλοίωτον· καὶ τὸν κατ' αὐτὴν ζῶντα ἄνθρωπον τοιοῦτον ἀπεργαζομένη, ἵνα καὶ ὑμᾶς ἀποδεξάμενος εἴπῃ δι' Ἱερεμίου τοῦ προφήτου· Λέγω ὑμῖν, Αὕτη ἡ ὁδὸς [98] *τῶν προσταγμάτων μου, καὶ ὁ νόμος ὁ ὑπάρχων εἰς τὸν αἰῶνα. Πάντες οἱ κρατοῦντες αὐτὴν, εἰς ζωὴν καταντήσουσιν· οἱ δὲ καταλιπόντες αὐτὴν, ἀποθανοῦνται. Ἐπιλαβοῦ αὐτῆς, ὁ παῖς μου, καὶ ὁδευσον πρὸς τὴν λάμψιν κατέναντι τοῦ φωτὸς αὐτῆς. Μὴ δῷς ἑτέρῳ τὴν δόξαν σου, καὶ τὰ συμφέροντά σοι, ἔθνει ἀλλοτρίῳ. Μακάριος εἶ, ὅτι τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ σου, γνωστά σοί ἐστι, καὶ ἔμαθες ποῦ ἐστι φρόνησις, ποῦ ἐστιν ἰσχύς, ποῦ ἐστι σύνεσις, ποῦ ἐστι μακροβίωσις καὶ ζωή. Ποῦ ἐστι φῶς ὀφθαλμῶν καὶ εἰρήνη, καὶ ἐπέβης τῆς ὁδοῦ, καὶ ὤφθην σοι πόρρωθεν. Διὰ τοῦτο ἀγάπησιν αἰωνίαν ἀγαπήσω σε, καὶ ἐλεήσω σε εἰς οἰκτείρημα, καὶ οἰκοδομήσω σε, καὶ οἰκοδομηθήσῃ· καὶ ἐξελεύσῃ μετὰ συναγωγῆς εὐφραινομένων, ὅτι ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἔστης· καὶ κατενόησας, καὶ ἠρώτησας τρίβους Κυρίου αἰωνίους· καὶ εἶδες ποῦ ἐστιν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθὴ, καὶ ἐβάδισας ἐν αὐτῇ, καὶ εὗρες ἁγιασμὸν τῇ ψυχῇ σου.* Καὶ πάλιν διὰ Ἡσαΐου· *Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου· δέδειχά σοι τοῦ εὑρεῖν τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἐν ᾗ πορεύσῃ ἐν αὐτῇ, καὶ ἤκουσας τῶν ἐντολῶν μου. Διὰ τοῦτο ἐγένετο ὡς ποταμὸς ἡ εἰρήνη σου, καὶ ἡ δικαιοσύνη σου ὡς κῦμα θαλάσσης.* Κἀγὼ δὲ ὁ τοῖς ὑμετέροις ἐπαγαλλόμενος ἀγαθοῖς, μετὰ τοῦ Θεοῦ λέγειν τολμήσω, παρὰ τοῦ μεγάλου λαβὼν Ἱερεμίου· *Μακάριος εἶ, ὅτι ἐξεδύσω τὴν στολὴν τοῦ πένθους τῆς κακώσεώς σου· τὸν παλαιὸν φημι ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης· καὶ ἐνεδύσω τὴν εὐπρέπειαν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δόξης εἰς τὸν αἰῶνα, τὸν νέον φημὶ ἄνθρωπον, τὸν ἐν πνεύματι κατὰ Χριστὸν κτιζόμενον κατ' εἰκόνα*

A dicti, verissimi amatores effecti, contendite ut bonum certamen ad finem usque deducatis. Quibus finem charitatis nanciscimur, iis strenue diligentiam habete; nempe humanitati, fraterno amori, hospitalitati, pauperum curæ, miserationi, eleemosynæ, humilitati, mansuetudini, lenitati, patientiæ, inirascentiæ, longanimitati, tolerantiæ, benignitati, sustinentiæ, benevolentiæ, paci ad omnes; ex quibus ac quibus conflata charitatis gratia, eum qui conflavit hominem Deo afflatum, in deum provehit. *Charitas* enim, inquit divinus Apostolus, sive potius qui per eum hæc locutus est Christus, *patiens est, benigna est, non æmulatur, non est procax, non inflatur, non agit inhoneste, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem* **227** *veritati; omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit* [q]; quæ nempe Deum habeat in quem unum nullus casus, nulla mutatio ac vicissitudo cadit; quique pie ac religiose viventem hominem, qualis ipse est sibique proxime affinem, efficiat, ut et nos suscipiens Jeremiæ prophetæ verbis dicat: *Dico vobis: Hæc via mandatorum Dei, et lex, quæ est in æternum. Omnes qui tenent eam, ad vitam pervenient; qui autem dereliquerint eam, morientur. Apprehende eam, fili mi, et ambula ad splendorem contra lumen ejus. Ne tradas alteri gloriam tuam, et quæ conferunt tibi, genti alienæ. Beatus es, quia quæ Deo placita sunt, manifesta sunt tibi* [r]. *Et didicisti ubi sit prudentia, ubi sit fortitudo, ubi sit intellectus, ubi sit longiturnitas vitæ et vita; ubi sit lumen oculorum et pax; descendistique in viam, et apparui tibi de longe* [s]. Idcirco *dilectione perpetua diligam te, et miserebor tui in miseratione; et ædificabo te, et ædificaberis, et egredieris cum cœtu lætantium* [t]; *eo quod super vias steteris et cogitaveris, et interrogaveris semitas Domini, quæ a sæculo; viderisque ubi est via bona, et ambulaveris in ea invenerisque purificationem animæ tuæ* [u]. Rursus quoque per Isaiam: *Ego sum Dominus Deus tuus: docui te ut invenires viam justitiæ, in qua ambulabis in ea; et audisti mandata mea.* Propterea *facta est sicut flumen pax tua, et justitia tua sicut gurges maris* [v]. Sed et ego vestris exsultans bonis, cum Deo audens dicam, verba mutuatus magni Jeremiæ: Beatus es, *eo quod exueris stolam luctus afflictionis tuæ, veterem* scilicet *hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris; et induceris te decore gloriæ, quæ a Deo est, in sempiternum; nempe novo homine, qui in spiritu secundum Christum creatus est, secundum imaginem ejus, qui creavit; et circumdederis te diploide justitiæ, quæ a Deo; et imposueris mitram super caput tuum gloriæ Æternæ* [x]; solidis scilicet virtutum modis, certaque ac inoffensa sapientiæ ratione ornatus. Idcirco *Deus ostendet universæ, quæ sub*

[q] I Cor. XIII, 4-8. [r] Baruch IV. 1-4. [s] Baruch III, 14. [t] Jerem. XXXI, 3, 4. [u] Jerem. VI, 16. [v] Isa, XLVIII, 17, 18. [x] Baruch V, 1, 2; Ephes. IV, 22-25.

[98] in sacro textu est βίβλος, *liber*.

cælo est, splendorem tuum; et vocabit nomen tuum, Pax justitiæ, et gloria pietatis y.

τῇ κεφαλῇ τὴν μίτραν τῆς δόξης τῆς ἀληθείου· τῷ τε βασίμῳ τρόπῳ τῶν ἀρετῶν, καὶ τῷ τῆς σοφίας ἀπταίστῳ λόγῳ κοσμούμενος. Διὰ τοῦτο δείξει ὁ Θεὸς τῇ ὑπ' οὐρανὸν πάσῃ τὴν σὴν λαμπρότητα, καὶ καλέσει τὸ ὄνομά σου Εἰρήνη δικαιοσύνης, καὶ δόξα θεοσεβείας.

His amplius verbis suppetit nihil, quo occultam animi affectionem sensumque **228** aperiam. Non enim tantis vestris illis bonis et ornamentis dignum aliquid habeo, quod Deo vobisque offeram; hoc duntaxat excepto, ut pro virili mea admirabundus suscipiam, ac præclara opera probem et laudem; hocque vobis nomine gratuler, quod per bona opera Deum vobis concilietis, ac per vos virtutis laudem concelebrem; perque virtutem quæ vos Deo conjungat, Deum collaudem. Unum quippe parque videatur, tum vos, tum virtutem, Deumque, cujus munere virtutis splendore fulgeatis, laudare: virtutem scilicet, quæ per gratiam vos Deo deum consecret; iis notis ablatis, quæ insigniant hominem; vobisque Deum, per inclinationem ac qua se nobis demisit, hominem faciat; assumptis divinis proprietatibus, quoad homini concessum est.

Τούτων ἐγὼ τῶν λόγων οὐδὲν πλέον πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀφανοῦς κατὰ ψυχὴν διαθέσεως κέκτημαι· οὐ γὰρ ἔχω τι τῶν ὑμετέρων ἐπάξιον ἀγαθῶν, Θεῷ καὶ ὑμῖν προσενέγκαι, πλὴν τοῦ θαυμάζειν ὑμᾶς κατὰ δύναμιν, καὶ ἀποδέχεσθαι κατορθοῦντας, καὶ συνήδεσθαι, Θεὸν δι' ἔργων ἀγαθῶν ἱλεουμένοις· καὶ δι' ὑμῶν τὴν ἀρετὴν ἐπαινεῖν· καὶ διὰ τῆς ἀρετῆς [23] τὸν Θεὸν ἀνυμνεῖν, τὴν ὑμᾶς τῷ Θεῷ συνάπτουσαν. Ὡς ταὐτόν μοι δοκεῖν εἶναι καὶ ἴσον, ὑμᾶς τε καὶ ἀρετὴν ἐπαινέσαι, καὶ Θεὸν ἀνυμνῆσαι, τὸν χαρισάμενον ὑμῖν τῆς ἀρετῆς τὴν λαμπρότητα· τὴν ὑμᾶς μὲν Θεῷ κατὰ χάριν θεουργοῦσαν, τῇ ἀφαιρέσει τῶν ἀνθρωπίνων γνωρισμάτων· ὑμῖν δὲ τὸν Θεὸν κατὰ συγκατάβασιν ἀνθρωπίζουσαν, τῇ ἀναλήψει κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ τῶν θείων ἰδιωμάτων.

SCHOLIA.

1. Datur charitas loco legis et prophetarum: ex ea virtutum omnes rationes explicari, et ab ea uniformiter contineri.

2. Vide motum ex ratione, exque natura, ex quo a principio sponte homo motus est, nequissimi consilio.

3. Beatæ charitatis opera, ut Deum cunctosque mortales circa eum qui illa præditus sit, qua nemo verbis explicare possit, ratione conjungat.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ὅτι δίδοται ἡ ἀγάπη ἀντὶ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· καὶ ὅτι ἐκ ταύτης πάντες οἱ λόγοι τῶν ἐντολῶν ἐκδίδονται, καὶ ὑπὸ ταύτης μονοειδῶς περιέχονται.

β'. Ὅρα τὴν κατὰ λόγον καὶ φύσιν κίνησιν, ἐξ ἧς ἀπ' ἀρχῆς ἑκὼν ἐτράπη ὁ ἄνθρωπος συμβουλίᾳ τοῦ πονηροῦ.

γ'. Τὰ τῆς ἀγάπης ἔργα τῆς μακαρίας, εἰς ἓν συνάπτειν ἀμφὶ τὸν κεκτημένον, Θεὸν βροτούς τε πάντας ἀῤῥήτῳ λόγῳ.

III. — *Ejusdem ad eumdem.*

Acceptis vestræ in Domino dilectionis venerabilibus litteris, cum benedictione missa religiosissimis monachis venerabilis monasterii sancti ac gloriosi martyris Georgii, Deo gratias egi, pro vestra illa in id quod honestum est ac officii, alacritate; quod nimirum omni diligentia eorum quos paupertatis constringunt angustiæ, solventes vincula, a peccatorum vos vinculis exsolvistis; inque animum inducentes ut corpora alerentur, divina esca vestram ipsi animam enutristis; mihique decerpendæ veræ contemplationis fructum auctores exstitistis. Cognovi enim apud memetipsum collectus, quidnam causæ sit, cur Deus mortales omnes misericordiam alios aliis præstare sanciverit, aut esse quibus præstetur: quod nempe nedum natura, sed et voluntate animique sententia alios aliis uniri volens, inque eam rem totum vere humanum genus impellens, salutaria nobis mandata clementissima **229** benignitate exaraverit: cum cæcusille ac privatus hominum amor (φιλαυτία) prudentiaque, ipsos invicem legemque qua repellens, qua

Γ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Τὰ τίμια τῆς ὑμετέρας ἐν Κυρίῳ ποθεινότητος γράμματα δεξάμενος, μετὰ τῆς πεμφθείσης εὐλογίας τοῖς εὐλαβεστάτοις μοναχοῖς, τοῦ εὐαγοῦς μοναστηρίου τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος Γεωργίου, ηὐχαρίστησα τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑμῶν εἰς τὸ καλὸν προθυμίᾳ· ὅτι διὰ σπουδῆς τῶν πενίᾳ κατειλημμένων τοὺς δεσμοὺς λύσαντες, τῶν τῆς ἁμαρτίας ἑαυτοὺς δεσμῶν ἠλευθερώσατε· καὶ σώματα τρέφειν προθέμενοι, τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν θείᾳ διεθρέψατε χάριτι, κἀμοὶ δεδώκατε πρόφασιν θεωρίας ἀληθοῦς δρέψασθαι καρπόν. Ἔγνων γὰρ καθ' ἑαυτὸν γενόμενος, ὅτου χάριν ὁ Θεὸς πάντας ἐλεεῖν καὶ ἐλεεῖσθαι χρῆν ὑπ' ἀλλήλων τοὺς ἀνθρώπους ἁπλῶς ἐνομοθέτησεν· ὅτι πρὸς τῇ φύσει καὶ τῇ γνώμῃ ἀλλήλοις ὑμᾶς ἑνῶσαι βουλόμενος, καὶ πρὸς τοῦτο ἅπαν ὠθῶν ὡς ἀληθῶς τὸ ἀνθρώπινον, τὰς σωτηρίους φιλανθρώπως ἡμῖν ἐντολὰς διεχάραξεν· ἀλλ' ἡ τῶν ἀνθρώπων φιλαυτία καὶ σύνεσις [Fort. αἴσθησις], ἀλλήλους, καὶ τὸν νόμον, ἢ ἀπωσαμένη, ἢ σοφισαμένη, εἰς πολλὰς μοίρας τὴν μίαν φύσιν κατέτεμε· καὶ τὴν νῦν ἐπικρατοῦσαν αὐτῆς ἀναλγησίαν εἰσηγησαμένη,

y Baruch, v, 1-4.

[23] Virtus hic κατ' ἐξοχὴν charitas est: quæ sic hominem deum Deumque hominem præstat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτὴν καθ' ἑαυτῆς τὴν φύσιν διὰ τῆς γνώμης ἐξ- A dolo committens, naturam quæ una sit, in multas
ώπλισε. Διά τοι τοῦτο, πᾶς ὅστις σώφρονι λογισμῷ, partes secuerit; invectaque, quæ nunc viget illique
καὶ φρονήσεως εὐγενείᾳ ταύτην λῦσαι δεδύνηται τῆς dominatur, indolentia ac stupore, ipsam in se
φύσεως τὴν ἀνωμαλίαν, ἑαυτὸν μὲν πρὸ τῶν ἄλλων naturam per voluntatis arbitrium armaverit. Idcirco,
ἠλέησε, τὴν γνώμην κατὰ τὴν φύσιν δημιουργήσας· καὶ quisquis animi sobrietate ingenuaque prudentia id
θεῷ κατὰ τὴν γνώμην διὰ τὴν φύσιν προσχωρήσας· καὶ evicit ut hanc naturæ inæqualitatem solveret, is
δείξας ἐφ' ἑαυτὸν, τίς τοῦ κατ' εἰκόνα λόγου ὁ τρό- præ aliis sui ipse misertus est, qui ex naturæ ra-
πος· καὶ πῶς ἑαυτῷ ὁ Θεὸς πρεπόντως κατ' ἀρχὰς, tionibus voluntatem animumque composuerit;
ὁμοίαν τὴν ἡμετέραν φύσιν, καὶ τῆς ἰδίας ἀγαθότη- Deoque animi sententia et voluntate propter na-
τος ἀρίδηλον ἀπεικόνισμα δημιουργήσας κατέστη- turam accesserit, ac in se ipse, quis in homine
σεν· αὐτὴν ἑαυτῇ κατὰ πάντα τὴν αὐτήν· ἄμαχον, modus sit imaginis, ostenderit: quomodo denique
εἰρηνικὴν, ἀστασίαστον, πρός τε Θεὸν, καὶ ἑαυτὴν convenienti aptaque ratione a principio naturam
δι' ἀγάπης ἐσφιγμένην· καθ' ἣν Θεοῦ μὲν ἐφετῶς, humanam similem, suæque bonitatis clarum simu-
ἀλλήλων δὲ συμπαθῶς ἀντεχόμεθα. Ἠλέησε δὲ καὶ lacrum, ipsam sibi per omnia eamdem, Deus con-
τοὺς ἐλεεῖσθαι ὀφείλοντας· οὐ μόνον αὐτοῖς ἐπαρκέ- diderit; sedatam, pace compositam, tranquillam;
σας, ἀλλὰ καὶ διδάξας, πῶς κρυπτόμενος ὁ Θεὸς διὰ B cum Deo, ac secum ipsam charitatis vi astrictam;
τῶν ἀξίων ἐκφαίνεται· ὡς δύνασθαι κἀκείνους λοι- qua nimirum desiderio in Deum, aliique in alios
πὸν, τὴν περὶ αὐτοὺς αἰδουμένους τοῦ πέλας φιλαν- miserationis affectu incitamur. Sed et eorum mi-
θρωπίαν, ῥᾳδίως ταύτης ὡς Θεοῦ μεταποιεῖσθαι τῆς sertus est, quibus par erat impendi misericor-
χάριτος. Εἰ δέ τις τοῦτο ποιεῖν ἐκ τοῦ ἔχειν δυνάμε- diam; nedum necessarium illis præbendo vitæ
νος, τοὺς χρῄζοντας ἀνθρώπους περιορᾷ, ἑαυτοῦ μὲν commeatum, verum etiam docendo, qua ratione
ἐκείνους, ἑαυτὸν δὲ Θεοῦ εἰκότως ἀπορρήξας δειχθή- Deus, qui occultus est, per eos qui digni sunt,
σεται· ὡς τὴν φύσιν διὰ τὴν γνώμην ἀγνοήσας, manifestetur, ut ipsi jam, proximi erga ipsos huma-
μᾶλλον δὲ ἑαυτοῦ διὰ τὴν γνώμην, τὰ τῇ φύσει προσ- nitatem reveriti, eam sibi ut Dei munus atque gra-
όντα ἀγαθὰ διαφθείρας. Ταῦτα μὲν ὅσοι τοῦ φιλαν- tiam facile arrogare valeant. Sin autem eorum ali-
θρώπου, τὸ ἀπηνὲς προείλαντο γνωμικῶς, καὶ τῶν quis, quibus per facultatem rem præstare in promptu
ὀβολῶν τὸ συγγενὲς, καὶ ὁμόφυλον ἀτιμότερον κρί- sit, egenos contemnit, tum illos a se, tum ipsum
νοντες, καὶ τῷ περὶ τὸν χρυσὸν ἱμέρῳ, τὰς πρὸς se a Deo abrupisse, merito constabit: qui nempe
ἑαυτοὺς τοῦ Θεοῦ εἰσόδους ἀποτειχίσαντες, ἐλεεινὸν voluntatis arbitrio præpediens naturam nesciverit;
αὐτοὶ πάσχοντες ὑφ' ἑαυτῶν, τῶν κρειττόνων τὴν C seu potius, qui ea quæ natura bona inerant, volun-
ἕκπτωσιν· ἐκεῖνα δὲ ὅσοι τὰ τῆς φύσεως ῥήγματα tatis animique pravitate corruperit. Atque hæc
ἐνῶσαι σοφῶς σπουδάζουσι, τῷ φιλαλλήλῳ τρόπῳ, quidem ii omnes, qui voluntatis arbitrio, im-
καὶ τοῦ συνεργῆσαι Θεῷ χάριν διὰ τῆς ἀγάπης, τὴν mites ferosque mores humanitati prætulerunt;
τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς κατὰ τὴν qui nempe paucis obolis, generis necessitudine
γνώμην ταυτότητα, πάντων καταφρονοῦντες τῶν ἐπὶ conjunctos ac fratres minoris habeant; vesana-
γῆς, ὡς ἀληθεῖς τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν ἔργων συνήγοροι. que auri cupiditate, Deo ad se aditum præcludant;
Ὅπερ ποιοῦντες ὑμεῖς, νῦν τε καὶ πρότερον ἀπ- miserabile quid ipsi a se reportantes, ut nempe
εφάνθητε, ἠγαπημένοι· παντὶ καὶ λόγῳ καὶ τρόπῳ, bonorum, quæ in potioribus numeranda sunt, ja-
καὶ σκορπισμῷ δεξιῷ τῶν προσόντων πᾶσιν ἑαυτοὺς cturam faciant: illa vero, hi omnes qui committen-
προθύμως καὶ ψυχῇ καὶ σώματι ἐπιμερίζοντες, καὶ dis naturæ scissuris sapienter navant operam;
ταυτὸν οὖσαν δεικνύντες ἐφ' ἑαυτοὺς τῇ φύσει τὴν sic moribus comparati ut alii alios diligant, quique
γνώμην, καθ' ἓν μόνον πλεονεκτουμένην ὑπὸ τῆς ut Deo per charitatem adjutores sint, quanta eo-
φύσεως, ὅτι ἐκεῖθεν λαβοῦσα ἔχει τῶν γενομένων τὰ rum facultas, ut reliqui homines unum idemque
σπέρματα· μᾶλλον δὲ Θεοῦ (e), ἐξ οὗ καὶ τῇ φύσει fiant, terrena omnia, tanquam reipsa veri Dei vindi-
τῶν καλῶν αἱ δυνάμεις προκαταβέβληνται. D ces, contemnant. **230** Id vos præstare, charissimi,
nunc pariter pridemque palam proditum est, qui omni et ratione et modo, solertique facultatum
impartitione, cunctis vos alacri promptaque voluntate, animo pariter ac corpore dividatis; idemque
in vobis voluntatem animique sententiam cum natura esse ostenderitis; hoc solum sibi primas
vindicante natura, quod voluntas eorum quæ præclara geruntur, inde nacta sit semina: seu potius a
Deo, ex quo, primo statim ortu inditæ naturæ sunt boni honestique vires ac facultates.

Διὸ πολλοῖς χαρίτων χεύμασι μεγαλοφυῶς θεόθεν Idcirco multis gratiarum imbribus magnifice cœ-

NOTÆ.

(e) *Μᾶλλον δὲ Θεοῦ.* Non satis accurata hæc gratiæ videatur prædicatio, ut hoc solum in Deum reducantur virtutis opera, quod ipse vires ad ea natura indiderit; quæ ipsa inde supra voluntatem animique sententiam primas obtineat, quod non nisi ex naturæ illa bonitate, ea bona exsistat. Iis ipsis verbis haud illibens utatur Pelagius: sed Maximus naturam velit institutam cum gratuitis, ac qualis primo in Adamo creata fuit, ac nobis in Christo reparatur, cui præterea necessaria sint auxilia actualia, extra quæ nullæ sibi vires, vel naturales vel gratuitæ sufficerent, ad præstandam virtutem; aut in ea perseverandum, sive illius arripiendam arcem, quo Maximi omnia serio provocant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

litus irrigati, ubertim cum reliquis etiam reverentissimis religiosissimisque viris, quos dixi, humanitatis oleum affudistis, eoque jam ex penuria nutantem naturæ imbecillitatem fulcientes, invectam a paupertatis injuria ærumnam, pro eo ac licuit, ac quanta facultas, leniistis. Ne ergo egenos demerendi, piæque in illos erogationis, finem ullum faciatis; quod nempe sic opes effundendo, indefectibilem nullaque injuria minuendam plenitudinem repositam habeatis. Id vero animo hilari, ut fidem in Deum, spemque et charitatem, certo astruatis : *Auferte colligationem, manusque protensionem* [*delectum*] *et verbum murmurationis* [z]; uti quodam loco divinum perhibet oraculum; quod est, erogandum esse, non morosius disquirendum aut deliberandum. Consultationis enim morositati, omnino comes est pœnitudo; res plane molestior, quam si nec posita unquam gratia esset, aut facta doni collatio. Omnibus enim nobis exploratum, incompertum omnino esse, nec satis quemquam scire, quibus potissimum crimini vertendum, quod beneficium aut indigne, aut indignis præstetur; an scilicet iis, quorum est facultatis ut conferant, vel iis qui egent, ac quorum penuriæ debitum ut conferatur : sed ad futurum id tempus spectare, cum plane, quæ quantaque nostra sint, quove se modo habeant, pernoscetur; quod nempe sic Deo sapienter collibitum sit, ac pro bona voluntate decretum, ut quandiu vitam hanc mortalem agimus, judiciorum ejus abyssus tegeretur. Ea re perspecta sapiens Parœmiastes [a] nulla rationum pensitatione judiciique censura, etiam super aquam panem projici jussit, velut scilicet gurgite non detrahendum aut periturum; sed majori fructu atque proventu iis postmodum occursurum, qui in simplicitate cordis honesti causa impartiuntur : reddente illis ac præmiante, velut in ipsius facta **231** gratiam, qui sibi ipse quæcunque alii in alios præstamus, arrogat acceptaque habet, Deus ac Salvator noster Christus. Cujus enim tanta humanitas fuit, ut præ illa pati pro nobis ac morte affici non abnuerit, quid non eis sponte efficiatur, qui ejus in nos humanitatis ac clementiæ imitatores exstiterint?

A ἀρδευόμενοι, δαψιλῶς μετὰ πάντων καὶ τοῖς πρειρημένοις εὐλαβεστάτοις ἀνδράσι τῆς φιλανθρωπίας τὸν ἔλεον [τὸ ἔλαιον] ἐπεστάξατε · ὑπερείσαντες σαλευόμενον ἤδη ἐξ ἀπορίας τῆς φύσεως τὸ ἀσθενὲς, καὶ τὴν ἐκ πτωχείας ἐπιτριβεῖσαν αὐτοῖς κακευχίαν ἐνδεχομένως ὡς ἐνῆν ἰασάμενοι. Μὴ παύσησθε οὖν εὖ ποιοῦντες ἐνδεέσιν, ἵνα τῇ κενώσει τὸ πλήσμιον ἀμείωτον ἔχητε. Ἐν ἱλαρότητι δὲ ψυχῆς, τὴν εἰς Θεὸν πίστιν τε καὶ ἐλπίδα καὶ ἀγάπην πιστούμενοι · Ἀνέχεται σύνδεσμον καὶ χειροτονίαν (*f*) καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καθά που τὸ θεῖόν φησι λόγιον · ὅπερ ἐστὶ περὶ τοῦ δεῖν διδόναι, καὶ μὴ διασκέπτεσθαι. Ὦ τὸ μεταμελεῖσθαι πάντως παρέπεται · πρᾶγμα, τοῦ μηδόλως ποιεῖν ὑπάρχον βαρύτερον. Ἴσμεν γὰρ ἅπαντες, ὅτι τῆς τοῦ ποιεῖν ἢ πάσχειν ἀναξιότητος, οὕπω ἀκριβῶς οὐδεὶς οὐδαμῶς ἔγνω τίνας αἰτιᾶσθαι χρή · εἴτε τοὺς εὖ ποιεῖν δυναμένους, εἴτε τοὺς εὖ παθεῖν δεομένους · ἀλλὰ καιροῦ τοῦτο εἶναι τοῦ μέλλοντος · καθ' ὃ πολά τε καὶ ὅσα τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅπως ἔχοντα τύχοι, γνωσθήσεται. Οὕτω τοῦ Θεοῦ σοφῶς εὐδοκήσαντος ἐν τῷ παρόντι καλυφθῆναι τῶν αὐτοῦ κριμάτων τὴν ἄβυσσον. Καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ σοφὸς Παροιμιαστὴς, ἀσυλλογίστως τὸν ἄρτον καὶ καθ' ὕδατος ῥιπτεῖν παρεκελεύσατο · ὡς οὐ παρασυρησόμενον οὐδὲ ἀπολλύμενον ἀλλ' ἐς ὕστερον ὑπαντήσοντα μετὰ πλείονος τῆς ἐπικαρπίας, τοῖς ἕνεκα τοῦ καλοῦ ἐν ἁπλότητι καρδίας τὴν μετάδοσιν κεκτημένοις, παρὰ τοῦ εἰς ἑαυτὸν πάντα τὰ παρ' ἡμῶν ἀλλήλοις γινόμενα, ὡς δ' ἂν ὄντα τύχωσιν, ἀναδεχομένου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ. Εἰ γὰρ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς φιλάνθρωπος κατεδέξατο, τί οὐκ ἂν γένοιτο ἐκὼν τοῖς τὴν αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς μιμουμένοις φιλανθρωπίαν;

[z] Isa. LVIII, 6. [a] Eccle. XI, 1.

NOTÆ.

(*f*) *Καὶ χειροτονίαν.* Vulg. proxime Hebr. *et desieris extendere digitos;* sive quasi ad rapinam mittere : nam et de uncis unguibus interpretantur, quibus aves rapaces in prædam involant, Jer. XII, 9. Χειροτονίαν τῶν LXX hic accipit Maximus, pro delectu, quo sibi quisque alios demerendos præsumit, alios negligit, qua discretione sibi ipse naturam scindit, et ab eleemosynæ et charitatis scopo longius abscedit. Tria ergo hic vitia insinuata, colligatio et catena, ipsa justitiæ violatæ injuria; electio seu delectus, quasi scilicet personarum acceptio; ac demum murmuratio orisque detractio. Longe a vero Nobil. hic *ordinationem*, τὴν χειροτονίαν reddit, nihilque ad mentem Scripturæ. Dicitur ordinatio in mysteriis usu ecclesiastico, quæ est sacrorum ministrorum manuum impositione consecratio et inauguratio, qualem ex Paulo habemus, non nuda suffragiorum collatione Calviniano ritu electio, uti incaute nimis expressit, qui abs me editam Gr. et Lat. Petri martyris Alexandrini illustrem Vitam, haud ita pridem quasi compendio Gallice reddidit. Nam ubi auctor, *Reliquis omnibus legitimis servatis*, οὕτως ἐχειροτονήθη · ibi ille, *il fut ainsi élu*, nempe Achillas presbyter Petri successor : at catholice et ecclesiastice, ex mente scriptoris, *il fut ainsi sacré, ordonné* : nam nec vocem hanc respuit noster idiotismus : quidquid sit de Ecclesiæ Alexandrinæ ritu, et an vere presbyteri in ea ordinationem haberent episcopi, e quorum cœtu, unus reliquis prælatus, solus episcopus audiret, ad unitatem servandam, et ne qua esset in ea Ecclesia occasio schismatis : cujus rei examen alterius operæ et otii sit, ut et excussio originum Eutychii ejusque interpretum. Quo argumento strenua nuper desudavit opera Joannis Pearson presbyteri Angli, libro *Vindiciarum epistolarum S. Ignatii*, straminea mque, nullisque antiquitatis luminibus fultam Eutychii hujus recentis hominis ostendit lucubrationem. Ratum interim esse debeat, nihil officere veræ fidei ac disciplinæ, si quid illi Ecclesiæ Eutychii jam ætate obrepserat, et ubi fœdari erroribus et ab Ecclesia Romana ac catholicæ communionis arce discessionem facere olim cœperat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν (g), περὶ τῆς κατὰ Θεὸν λύπης.*

IV. — *Ejusdem ad eumdem de tristitia secundum Deum.*

Χαίρω καὶ εὐφραίνομαι, διὰ πάσης ἐπιστολῆς τὴν ἐπαινετὴν λύπην λυπούμενον εὑρίσκων τὸν εὐλογημένον μου δεσπότην· γινώσκων, ὡς *ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν ἀμεταμέλητον εἰς σωτηρίαν κατεργάζεται*, τοῖς τῷ θείῳ φόβῳ καθ' ὅλην αὐτῶν ἐνισχημένοις τὴν δύναμιν· μὴ συγχωροῦσα τὴν ψυχὴν τῶν θείων ἀπονεύσασαν δικαιωτηρίων, πρὸς τὰ φθειρόμενα παρὰ φύσιν διατεθῆναι· δι' ὧν τοῖς ἡμελημένως τὸν τῆς παρούσης ζωῆς δρόμον ποιουμένοις, ἡ πονηρὰ τῶν παθῶν εἰσοικιζομένη σύγχυσις, ταῖς τοῦ διαβόλου παγίσιν ἁλῶναι παρασκευάζει τὸν ἄθλιον νοῦν, καὶ πάσης κακίας αὐτὸν καθίστησιν εἰκότως διδάσκαλον· οἷα δὴ τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν, παρὰ φύσιν ταῖς τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἀτάκτοις ὁρμαῖς ὑποζεύξαντα. Ψυχὴ γὰρ ἡ δι' ἑνὸς ἅπαξ τοῖς ὑλικοῖς τὴν νοερὰν ἐνδήσασα δύναμιν, περὶ μόνην τὴν τῶν φαύλων ἐξεύρεσίν ἐστι πορισμωτάτη καὶ εὔδρομος. Διὰ τοῦτο νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἀπαύστως εὔχομαι, καίτοι πολλοῖς βαρούμενος ἁμαρτήμασι, συντηρηθῆναι τῷ εὐλογημένῳ μου δεσπότῃ ταύτην τὴν σωτήριον λύπην, τὴν ὄντως, τῶν μὲν παθῶν ἀπότομον δέσποιναν, τῶν ἀρετῶν δὲ μητέρα σεμνὴν καὶ ἐπίδοξον· ἵνα δι' αὐτῆς φρουρούμενος, τὸ πονηρὸν ἐκκρούσηται κέντρον τῆς ἁμαρτίας. Οὐδεὶς γὰρ, ὡς ἀληθῶς, ταύτην τῷ βάθει τῆς καρδίας ἐναποκλείσας, τοῖς τοῦ διαβόλου καθάπαξ ἁλίσκεται βέλεσιν. Οὐδεὶς ταύτην ἀοράτως κατὰ ψυχὴν περιέπων, φοβεῖται τὰς πολυτρόπους τῶν δαιμόνων ἐπιδρομάς. Οὐδεὶς ἑλόμενος τὴν ταύτης συμβίωσιν, ποτὲ τοῖς ὁρωμένοις προστίθεται. Οὐδεὶς ταύτην ἔχων τὸν βίον χαρακτηρίζουσαν, τοῖς τῶν φθειρομένων ῥύποις μολύνεται. Οὐδεὶς ταύτην συνδήσας ἀλύτως τοῖς λογισμοῖς, ἀτάκτως ἐφ' ἃ μὴ δεῖ φέρεσθαι συγχωρεῖ τὰς αἰσθήσεις. Οὐδεὶς ταύτῃ τὴν ψυχὴν πεποιωμένος, ἑαυτὸν ἄλλου μείζονα παντελῶς ἡγήσασθαι δύναται· τοὐναντίον δὲ μᾶλλον πάντος ἥττονα. καὶ εἶναι καὶ νομίζεσθαι πιστεύσειεν. Οὐδεὶς ταύτην κατὰ νοῦν περιζωσάμενος, τῆς τῶν θείων ἀπολισθαίνει κατανοήσεως. Οὐδεὶς ἑαυτῷ ταύτην δι' ὅλου συναρμόσας, ἀγνοήσει τὰ τῆς εὐσεβοῦς πολιτείας συνθήματα. Ταύτην τὸ ἅγιον Πνεῦμα δημιουργεῖ, ταῖς τῶν ἀξίων καρδίαις ἐπιφοιτοῦν. Ταύτην ἐπίσταμαι μόνην ἐγὼ τῆς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν χαρᾶς οὖσαν γεννητικήν. Σπέρμα γὰρ θεῖον ὑπάρχει σαφῶς ἡ κατὰ Θεὸν λύπη· καρπὸν ὥριμον τὴν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν εὐφροσύνην παρέχουσα.

Gaudeo lætorque, qui tota, quanta funditur, epistola, laudabili tristitia affectum dominum meum benedictum inveniam; quippe qui non nesciam: *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam stabilem in salutem operari* [b], his, quorum tota animi vis divino timore constringitur, dum scilicet non sinit a divinis declinantem judiciis, erga res perituras affici, secus ac naturæ rationes suadeant: per quas prava vitiorum affectuumque confusio illis invecta, qui neglectu vitæ præsentis stadium decurrunt, miseram mentem diaboli laqueis capiendam exponit, omnisque malitiæ eam merito magistram constituit; ut quæ nimirum naturalem operationem inordinatis iræ ac cupiditatis appetitionibus innaturaliter subjugaverit. Qui enim erroris seductione vim intelligendi terrenis semel addixerit animus, ad ea solum quæ mala sunt, ac vitio hærent, adinvenienda summe acris ac expeditus exsistit. Idcirco diu noctuque quotidie precari non desino, quantumvis gravi peccatorum sarcina oppressus, ut salutaris hæc tristitia benedicto domino meo jugis perseveret; ipsa nimirum vitiorum ac perturbationum hera durior, virtutum vero honesta ac gloriosa parens; ut qui ea munitus sit, nequissimum peccati aculeum excutiat. Plane enim nemo, qui alto eam animi sinu concluserit, diaboli prorsus jaculis obnoxius sit. Nemo qui invisibiliter eam animo colat, longe multiplices dæmonum insultus timuerit. Nemo qui ejus convictum elegerit, his, quæ in oculos incurrunt, animum unquam adjecerit. Nemo qui hanc vitæ suæ insigne notamque habuerit, earum rerum quæ intereunt sordibus sese inquinaverit. Nemo qui insolubili vinculo animi rationibus **232** eam colligaverit, ad ea quæ non decet, incomposite ferri sensus usquam siverit. Nemo, cujus animus ea imbutus sit, ut se alio ullo majorem existimet, omnino adduci potuerit; secus vero, quovis alio minorem se tum esse, tum existimari putaverit. Nemo qui hanc mente accinxerit, a sensu cogitante divina exciderit. Nemo qui hanc sibi prorsus desponderit, piæ ac religiosæ vitæ pacta tesseramque nesciverit. Hanc Spiritus sanctus, eorum qui digni sunt cordibus adveniens, inspirat ac creat. Hanc unam ego, ejus quod in regno cœlorum gaudii est, parentem novi. Palam enim divinum semen est, quæ secundum Deum est tristitia: fructum maturum, æternorum bonorum lætitiam præbens.

Ταύτην ἡ κατὰ διάνοιαν ἀκριβὴς τῶν βεβιωμένων

Hanc eorum quæ in vita egimus, diligens animo

[b] II Cor. VII, 10.

NOTÆ.

(g) *Πρὸς τὸν αὐτόν.* Dufrenii codex et Venet. desiderant quod ita Regius habet: ex quibus incertum videatur, fueritne hæc ad eumdem Joannem cubicularium, an ad alium sæcularis militiæ virum, data epistola. Sed sive illi, sive alii scripta sit, parum refert. Gravissime hic Maximo tractatum de tristitia secundum Deum, et quam commendat Apostolus, qua qui vitam instituunt, vere spirituales habendi; vere spiritu viventes, eoque facta carnis mortificantes; nihil vani ac dissoluti, sed modesti ac sobrii, in hoc mundo lugentes, ut in ævum rideant Christi regno vitaque beati.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

repetita cogitatio renovat. Hanc conscientiæ liber, eorum quæ a nobis delicta commissa sunt, operose lectus, enutrit. Hanc mortis memoria, subque ipso excessu acerbissimus animæ labor ac dolor, jugi exspectatione ea suspensos tenens fovet ac tuetur. Hanc, quæ in aere spirituum nequitiæ adversus animam formidabilis duraque futura perscrutatio est, jugiter mentem informans, omnino inexstinguibilem custodit. Quis enim, dilecte, eorum qui mei similes peccatorum sordibus inquinati sunt, sanctorum angelorum adventum non formidet; per quos, præsentis vitæ finem Dei calculo accepturus, iis ira infrendentibus, velit nolit e corpore extrudendus est? Quis conspurcatam secum inferens conscientiam, sævissimam malorum dæmonum prorsusque immanem impressionem non timeat, singulis per hunc acrem mox ab excessu, medio affectu ac libidine ad se miseram crudeliter distrahentibus animam, gestaque coarguendo confundentibus atque ei omnem futurorum bonorum spem adimentibus? Hanc salubriter tristitiam alit, post illam in aere cum spiritalibus nequitiæ, iisque arguentibus, habendam cognitionem, futuri animarum status in inferno diligens mente informatio; quomodo scilicet profundis mersi tenebris agant molestissimoque silentio; quorum cibus acerbissimi gemitus ac lacrymæ, ad hæcque dejectus mœror; iis exspectatione anxiis, sic tamen ut præter justam **233** damnationem Dei sententia decretam, exspectent nihil. Hanc tristitiam spes resurrectionis parit, tremendi summeque gloriosi Christi adventus majestas; horrore plenissimus judicii dies, *in quo cœlum terraque*, omnisque rerum oculis subjectarum ornatus, *procellæ instar transibunt* [c]; conflagrantibus nimirum solutumque euntibus elementis, præ immensa illa ignis vi, pollutam a nobis creaturam, pro ejus qui ipse purissimus est incessu, præpurgaturi: in quo positis thronis, Antiquus dierum præsidet [d], ac innumera sanctorum angelorum et archangelorum agmina servili more cum metu et tremore assistunt; omne hominum genus ad examen ac causæ cognitionem trahendum; librique aperiendi, quibus operum nostrorum, verborumque ac cogitationum, omni diligentia in commentarios redactæ rationes habentur: ex quibus, gesta a nobis omnia, sub aspectum omnis creaturæ nuda exponentur; sic nimirum aliis aliorum clare peccata omnia cogniturus, ac quisque sua, dum certo nullaque ambage suæ librum conscientiæ legit. Tunc qui a dextris judicis statuentur, arcanorum bonorum promissiones accipient: qui vero a sinistris nacti fuerint stationem, æternum ignem, vermemque insoporabilem, et stridorem dentium, jugesque in perpetuum lacrymas, ac nullum unquam terminum habituram confusionem probrumque recipient: cujus unius nomine majori dolore afficietur, quis-

ἀνάληψις ἀνανεοῖ. Ταύτην ἡ κατὰ συνείδησιν τῶν πλημμελημένων ἡμῖν βίβλος, φιλοπόνως ἀναγινωσκομένη τιθηνεῖται. Ταύτην ἡ τοῦ θανάτου μνήμη, καὶ ὁ ἐπ' αὐτῇ κατὰ τὴν ἔξοδον ἐγγινόμενος τῇ ψυχῇ δριμύτατος πόνος ἀεὶ προσδοκώμενος περιποιεῖται. Ταύτην ἡ κατὰ τὸν ἀέρα συγκροτουμένη πρὸς τὴν ψυχὴν, τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων φοβερὰ καὶ ἀπότομος ἔρευνα διὰ παντὸς κατὰ νοῦν μορφουμένη, διαφυλάττει παντελῶς ἀκατάσβεστον. Τίς γὰρ, ἠγαπημένε, τῶν κατ' ἐμὲ ῥύποις ἁμαρτημάτων κατεστιγμένος, οὐ φοβεῖται τὴν τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐπιστασίαν; ὑφ' ὧν κατὰ θείαν ψῆφον τῆς παρούσης ζωῆς τὸ πέρας δεχόμενος, βίᾳ τοῦ σώματος μετ' ὀργῆς ἐξωθεῖται καὶ μὴ βουλόμενος. Τίς κεκηλιδωμένην ἑαυτῷ συνεπαγόμενος τὴν συνείδησιν οὐ δέδοικε τὴν ὠμοτάτην τῶν πονηρῶν δαιμόνων καὶ βάρβαρον ἐμπτωσιν, ἑκάστου κατὰ τὸν ἀέρα τοῦτον μετὰ τὴν ἔξοδον, διὰ τοῦ μέσου πάθους ἀπηνῶς πρὸς ἑαυτὸν διασπῶντος τὴν ἀθλίαν ψυχὴν, καὶ τῷ ἐλέγχῳ τῶν αὐτῇ πεπραγμένων καταισχύνοντος, καὶ πάσης ἐμποιοῦντος αὐτῇ τῆς ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς ἐλπίδος ἀπόγνωσιν; Ταύτην σωτηρίως διατρέφει τὴν λύπην, ἡ μετὰ τὴν γινομένην κατὰ τὸν ἀέρα πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας διάγνωσιν, τῆς τῶν ἐν ᾅδῃ ψυχῶν καταστάσεως ἀκριβὴς ἀνατύπωσις· ὅπως ἐν σκότῳ βαθεῖ διάγωσι καὶ βαρυτάτῃ σιγῇ, τροφὴν ἔχουσαι τοὺς δριμυτάτους στεναγμοὺς καὶ τὰ δάκρυα, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις κατήφειαν· ἐκδεχόμεναι διὰ παντὸς, ἄλλο μὲν οὐδὲν, μόνην δὲ τὴν ἐπὶ τῇ θείᾳ ψήφῳ δικαίαν κατάκρισιν. Ταύτην συνίστησι τὴν λύπην ἡ τῆς ἀναστάσεως ἐλπὶς· ἡ τῆς φοβερᾶς καὶ πανενδόξου παρουσίας τοῦ Χριστοῦ μεγαλειότης· ἡ φρικωδεστάτη τῆς κρίσεως ἡμέρα, κατὰ διάνοιαν συνεχῶς μελετωμένη· *καθ' ἣν οὐρανός τε καὶ γῆ*, καὶ πᾶς ὁ τῶν ὁρωμένων διάκοσμος *ροιζηδὸν παρελεύσεται*· στοιχείων καυσουμένων καὶ λυομένων τῷ ἁπλέτῳ πυρὶ, προκαθαίροντι [24] διὰ τὴν ἐπίβασιν τοῦ καθαροῦ, τὴν ὑφ' ἡμῶν ῥυποθεῖσαν κτίσιν· ἐν ᾗ θρόνοι προτίθενται, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν προκαθέζεται, καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων ἄπειρα τάγματα, μετὰ φόβου καὶ τρόμου λειτουργικῶς παρεστήκασι· καὶ πᾶσα τῶν [ἀνθρώπων] ἡ φύσις εἰς ἐξέτασιν ἄγεται· καὶ βίβλοι ἀνοίγονται τῶν ἡμετέρων ἔργων τε καὶ λόγων καὶ λογισμῶν, ἔχουσαι μετὰ πάσης ἀκριβείας τὰ ἔγγραφα. Δι' ὧν ἡ πάντων γίνεται γύμνωσις τῶν πεπραγμένων ἡμῖν ἐπὶ πάσης τῆς κτίσεως· ὥστε τοσοῦτον ἀλλήλων πάντας γινώσκειν τὰς ἁμαρτίας, ὅσον ἕκαστος τὰς ἑαυτοῦ, τὴν βίβλον ἁπλανῶς ἀναγινώσκων τῆς ἑαυτοῦ συνειδήσεως· καθ' ἣν οἱ μὲν ἐκ δεξιῶν τοῦ Κριτοῦ σταθέντες, λήψονται τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν τὰς ἐπαγγελίας· οἱ δὲ τὴν ἀριστερὰν λαχόντες στάσιν, τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ τὸ ἐξώτερον σκότος, καὶ τὸν ἀκοίμητον σκώληκα, τόν τε βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, καὶ τὸ ἄπαυστον δάκρυον, καὶ τὴν ἀπέραντον αἰσχύνην, ἐφ' ᾗ μᾶλλον ὀδυνηθήσεται πᾶς

[c] II Petr. III, 10. [d] Dan. VII, 9.

[24] Fr. καθαίροντι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατακριθεὶς τὴν ἐπ' αἰῶσιν ἀτελεύτητον βάσανον ἢ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις τῆς κολάσεως εἴδεσι. Τούτων οὐδαμῶς ὄντως τῶν φοβερῶν καὶ πραγμάτων καὶ ὀνομάτων, ὁ τὴν κατὰ Θεὸν λύπην ἔχων ἐπιλανθάνεται· ἀλλ' ὡς ὁρῶν ἀεὶ τὸν Κριτὴν καὶ ὁρώμενος, διατεθήσεται· καὶ τὴν παροῦσαν εὐσεβῶς καὶ δικαίως διενέγκῃ ζωὴν, μηδὲν ποιῶν ἢ λέγων ἢ λογιζόμενος, τῶν ἀλλοτρίων τῆς θείας χάριτός τε καὶ κλήσεως.

A quis interminabilibus in perpetuum suppliciis damnatus erit, quam quod reliqua omnia tormentorum genera illi prorsus subeunda sint. Hæc vere tremenda, tum res tumque nomina, nulla nunquam oblivione sepeliet, qui ea, quæ est secundum Deum, tristitia præditus est; sed sic animo afficietur, velut qui semper Judicem oculis videat, ejusque præsens obtutibus assistat: pieque ac juste præsentem vitam tolerabit atque exiget, nihil ut agat aut loquatur animove cogitet, quod a divina gratia atque vocatione abhorreat.

Ταύτης τῆς ἐπαινουμένης λύπης γέννημα τυγχάνει, τὸ ἐν ἀνθρώποις ἐξαίρετον ἀγαθὸν, ἡ ταπεινοφροσύνη· δι' ἧς ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος, πάντων ἑαυτὸν ἐλαχιστότερον κατ' ἀλήθειαν ἡγήσεται· κἂν βασιλεὺς ᾖ τὴν ἀξίαν, ὅρον τῆς ἐπιγνωμοσύνης ἑαυτοῦ ποιούμενος τὴν κατὰ φύσιν ἀσθένειαν· ὑφ' ἣν πάντες κατὰ τὸ ἴσον τελοῦσιν, οἱ τῆς αὐτῆς φύσεως μετειληφότες· οὐδαμῶς τοῦ κατὰ φύσιν λόγου, διὰ τὴν ἀξίαν παραφέρων τὸν λογισμόν. Ταύτης προβολὴ καθέστηκεν ἡ πραότης, ἕξις ὑπάρχουσα τῶν παρὰ φύσιν, τοῦ τε θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας, κινημάτων ἀπωστική· δι' ἧς τὴν πρὸς ἀγγέλους ὁ ἄνθρωπος ὁμοιότητα δέχεται, παρ' οἷς οὐκ ἔστι θυμὸς λυσσῶν, καὶ τὸ συγγενὲς ἀπρεπῶς καθυλακτῶν· οὔτε μὴν ἐπιθυμία τοὺς νοεροὺς διαλύουσα τόνους, καὶ πρὸς τὴν ὕλην τὴν ἔφεσιν ὑποσύρουσα· λόγος δὲ μόνος, τὴν ὕλην ἔχων δυναστείαν, καὶ διαπύρως κατὰ νοῦν ἄγων πρὸς τὸν ὑπὲρ αἰτίαν καὶ φύσιν Λόγον. Ταύτης ὑπάρχει καρπὸς ἡ ἀγάπη, καθ' ἣν Θεῷ τε καὶ ἀλλήλοις ἑνούμενοι, τοσοῦτον ἀλλήλων ἐκόντες φροντίζομεν, ὡς ἐφικτὸν, ὅσον ὁ Θεὸς ὡς οἰκτίρμων πάντων ἀντέχεται. Ταύτης ἐστὶ τέλος ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, καὶ τῶν ἐκεῖ θείων ἀγαθῶν ἡ ἀπόλαυσις. Πρὸς τοῦτο γὰρ ἄγει τὸ πέρας ἡ κατὰ Θεὸν λύπη τοὺς στέργοντας αὐτὴν καὶ φυλάττοντας.

Hujus laudem habentis tristitiæ proles est, eximium illud ac singulare in hominibus bonum, sensus nimirum modestia ac humilitas; qua vir pius Deique religiosus cultor, vere se cunctis minorem existimabit, vel si regia dignitate præfulgeat; qui nempe suæ agnitionis terminum ac regulam, humanam imbecillitatem statuat, sub qua omnes perinde **234** censentur, qui eamdem nacti sunt naturam; nihil idcirco quod dignitate præstet, a naturæ ratione per errorem animum avocans. Hujus propugnaculum ac munitio, mansuetudo est: habitus ejusmodi, qui innaturales affectus (iræ scilicet ac cupiditatis motum) submoveat; ac quo homo cum angelis similitudinem ineat: in quibus non est ira furens atque rabida, hisque oblatrans quos ejusdem generis necessitudo consociat; nec vero cupiditas, mentis tenorem dissolvens, atque ad terrena sensim desiderium trahens; sed sola ratio cunctis dominans, ac fervore ad rationem omni auctore naturaque superiorem, mente provehens. Hujus fructus, charitas est, qua Deo pariter, aliique aliis copulati, sic inter nos, quoad licet, sponte cura impendimur, ac se Deus (quæ ejus misericordia est) universis impendit. Hujus finis, regnum cœlorum est, divinorumque in eo bonorum beata possessio. Ad eum enim finem, quæ secundum Deum tristitia est, cultores suos, ac qui eam custodiunt, adducit.

Ταύτης δὲ τῆς λύπης ὑπάρχει γνωρίσματα, τὸ ἐθίσαι τοὺς ὀφθαλμοὺς τὴν κτίσιν ὁρᾷν πρὸς δόξαν μόνην τοῦ Κτίσαντος· καὶ τὰ τῶν πλησίον ἄνευ φθόνου καὶ βασκανίας ἐπισκοπεῖν· τὰ ὦτα πρὸς ὑποδοχὴν τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων μόνην, καὶ τῆς τῶν δεομένων ἡμῶν ἱκεσίας ἑτοίμως ἠνεῳχθαι· πρὸς δὲ πᾶσαν λοιδορίαν, καὶ λόγων αἰσχρῶν εἰδέχθειαν, σπουδαίως βεβύσθαι· τὴν γλῶσσαν ταῖς τῶν ἄλλων εὐφημίαις καθαγιάζεσθαι, μηδαμῶς ταῖς κατ' ἄλλων ὕβρεσι καὶ λοιδορίαις μολυνομένην. Καὶ ἁπλῶς ἵνα συνελὼν εἴπω, πάντα τὰ μέλη τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, πρὸς τὸ δοκοῦν τῷ Πνεύματι μεταρυθμίσωμεν· καὶ ὅλος ἡμῖν ὁ κατ' εὐσέβειαν σκοπὸς κατορθωθῇ [κατωρθώθη].

Hujus porro tristitiæ characteres proprii notæque insignientes, sic moribus comparatum esse, ut creaturam ad Creatoris duntaxat gloriam aspicias; quæ sunt proximi, omni prorsus semoto livore consideres; aures, ad divina solum eloquia, eorumque supplicationes qui ope indigeant, propense patulas habeas; ad omne autem convicium seu obtrectationem, turpiumque verborum obscenitatem, diligenter occlusas; linguamque ejusmodi, cui aliorum celebratæ laudes sanctimoniam conferant, nulloque modo adversus alios prolata verba injuriosa ac maledicta polluant. Omninoque, ut summa dicam, omnia corporis animique membra componamus, pro eo ac visum Spiritui, ac quidquid ad pietatis attinet scopum, nobis impleatur.

Ταῦτα, εὐλογημένε, κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν ἑαυτοὺς ἐρευνῶντες, εἰ μὲν εὕρωμεν ἔχοντας, ἐπιμελῶς διατηρήσωμεν· εἰ δὲ μηδὲν τούτων κεκτημένους, κατὰ σπουδὴν κτήσασθαι φιλοπονήσωμεν, πᾶσι διὰ τὸν Θεὸν καὶ τὴν κοινὴν φύσιν ἀνθρώποις, ὡς ἄνθρωποι ταπεινούμενοι· πρὸς τὰ συμβαίνοντα παρὰ τὴν ἡμετέραν γνώμην, πρᾶοι καὶ ἥμεροι διαμένοντες·

Hæc, benedicte, omni nos ipsos diligentia scrutantes, siquidem nos habere invenerimus, omni cura servemus: sin autem horum omnium nos expertes esse constiterit, ea ut paremus diligenti opera laborem conferamus; sic nimirum ut propter Deum, ac communis naturæ contemplatione, tanquam ipsi homines, cunctis hominibus humiliemur,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad ea quæ præter sententiam invitisque eveniunt, mansueti atque placidi permaneamus; erga pauperes, liberales; erga peregrinos, **235** hospitales; his, qui defensione indigeant, quanta facultas, prompti adjutores; erga amicos, unanimes ac iis consentientes; erga notos ac familiares, ubique affabiles; humilioris sortis homiuibus, accessu faciles; infirmis, animo condolentes ac humanissimi; his, qui ira exasperant, longa patientia præditi; his, qui offendunt, indulgentia proni; his, quos mœror ac tristitia afficit, mite solatium. Atque, ut verbo dicam, omnia omnibus efficiamur, tum ob Dei timorem, tum ob exspectatas futurorum judiciorum minas. Absque his enim sic a me percensitis, omnis prorsus salutis spes mortalibus omnibus evanescit.

A εὐμετάδοτοί τι πρὸς τοὺς πτωχούς, καὶ πρὸς τοὺς ξένους φιλόξενοι· τοῖς δεομένοις προστασίας, κατὰ τὸ δυνατὸν, πρὸς ἀντίληψιν ἕτοιμοι· πρὸς τοὺς φίλους ὁμόψυχοι καὶ ὁμογνώμονες· πρὸς τοὺς γνωρίμους ἐν πᾶσι περιδέξιοι· τοῖς ταπεινοτέροις εὐπρόσιτοι· τοῖς ἀσθενέσι συμπαθεῖς καὶ φιλάνθρωποι· μακρόθυμοι τοῖς παροργίζουσι· τοῖς πταίουσι συγγνώμονες· τοῖς λυπουμένοις, παρηγορία γιγόμενοι. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα πᾶσι γενώμεθα, διά τε τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τὴν προσδοκωμένην τῶν μελλόντων κριμάτων ἀπειλήν. Χωρὶς γὰρ τούτων τῶν ἀπηριθμημένων, οὐκ ἔστιν οὐδενὶ τὸ παράπαν σωτηρίας ἐλπίς.

Hæc atque his plura, ut loquar, meus in te cogit amor. Non enim habeo, quem ei modum imponam, qui faciat ut te semper coram animo habeam, ac velut cum præsente, sermones misceam, cogatque ut per litteras absenti congrediar. Enimvero haud defunctorie eorum quæ dicuntur vim accipiamus. Præter alia namque, ejus generis sermones qui patrocinentur autve accusent in tremendo judicii die [e], ego pariter, qui loquor, ac auditores omnino habituri sumus, quoto quoque ad eos modo affecti fuerimus. Faxit Deus ut omnes, tum qui aliquid quod officii sit dicimus, tum qui audimus, divinorum omnium sermonum factores efficiamur, non auditores tantum atque præcones [f]; gratia Christi Dei ac Salvatoris nostri, qui nos in gloriam suam ac regnum vocavit [g].

B Ταῦτά με, καὶ πλείονα τούτων βιάζεται λέγειν ὁ πρὸς σὲ πόθος. Οὐ γὰρ ἔχω πῶς μετρῆσαι τοῦτον, διὰ παντὸς ἀνατυποῦσθαί σε παρασκευάζοντα, καὶ ὡς παρόντι κατὰ ψυχὴν διαλέγεσθαι, καὶ ἀπόντι βιαζόμενον συντυγχάνειν διὰ γραμμάτων. Ἀλλὰ μὴ παρέργως δεξώμεθα τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν· ἐπειδὴ μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τοὺς τοιούτους λόγους ἔξομεν πάντως ἢ συνηγόρους ἢ κατηγόρους· ἐγώ τε ὁ λέγων, καὶ οἱ ἀκούοντες, κατὰ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς διαγνώσεως, ὁποτέρως ἂν περὶ αὐτοὺς διατεθῶμεν. Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς, τούς τε λέγοντάς τι τῶν δεόντων, καὶ τοὺς ἀκούοντας, πάντων τῶν θείων ποιητὰς ἀποδειχθῆναι λόγων· καὶ μὴ μόνον ἀκροατὰς ἢ λέκτας· χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς εἰς C τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τε καὶ βασιλείαν.

V. — *Ejusdem ad Constantinum.*

Si tanquam mecum coram loqueretur, sic vero per litteras dominus meus benedictus lætatur, uti scripsit; liquet prorsus idcirco lætari, quod meos placide habeat ac probet sermones. In eo autem eorum posita probatio est, ut is qui probat gratamque habet doctrinam, ex ejus rationibus animo afficiatur. Sic autem affecti animi ac comparati certissima demonstratio est, ejus quæ doctrina continetur ipso opere virtutis exhibitio. Igitur exhortationis ad dicendum certissimam mihi arrhabonem præbeat dominus meus; promptum simul ac alacrem animum præstandi ea, quæ **236** sermone traduntur; fictque, juxta quod scriptum est, ut nunquam prohibeam labia mea [h], quin ad eum, quæ et ipsi, et vere mihi aliisque conducere possint, tractem ac disputem; quantum scilicet per facultatem licebit, ut Dei, *qui dat omnibus simpli-*

Ε'. + *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κωνσταντῖνον (h).*

Εἰ ὡς παρόντι μοι συντυγχάνων, διὰ τῶν γραμμάτων εὐφραίνεται κατ' ἀλήθειαν ὁ εὐλογημένος μου δεσπότης, ὡς γέγραφε, δῆλον ὡς τοὺς ἐμοὺς ἀποδεχόμενος λόγους πάντως εὐφραίνεται. Ἀποδοχὴ δὲ λόγων ἐστὶν, ἡ κατὰ τοὺς λόγους τοῦ ἀποδεχομένου τοὺς λόγους διάθεσις. Ταύτης δὲ τῆς διαθέσεως ἀπόδειξίς ἐστιν ἀκριβὴς, τὸ ἔργον τῆς ἐμφερομένης τοῖς λόγοις δυνάμεως. Οὐκοῦν τῆς περὶ τὸ λέγειν προτροπῆς ἀρραβῶνά μοι παράσχῃ πιστότατον ὁ ἐμὸς δεσπότης, τὴν αὐτοῦ περὶ τὸ ποιεῖν τὰ λεγόμενα προθυμίαν· καὶ οὐδέποτε κωλύσω, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὰ χείλη μου, τοῦ λέγειν πρὸς αὐτὸν τὰ λυσιτελεῖν αὐτῷ τε κἀμοὶ καὶ ἄλλοις δυνάμενα· D καθόσον εἰμὶ δυνατὸς ὑποδέξασθαι τὴν περὶ τὸ νοεῖν τε συνετῶς καὶ εὐσεβῶς λέγειν τὰ νοηθέντα χάριν τοῦ δωρουμένου [25] Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος.

[e] Rom. II, 15, 16. [f] ibid. 13. [g] I Thess. II, 12. [h] Psal. XXXIX, 10.

[25] Græc. vulg. διδόντος.

NOTÆ.

(*h*) *Πρὸς Κωνσταντῖνον.* Frustra sit divinare quis hic Constantinus, cum ejus noscendi nullas Maximus peculiares notas aperiat; quam quod ejus libens documenta haberet illisque proficeret; scribente ad eum Maximo, cum forte in Africa versaretur, et Constantinus in aula ageret, sive alias illi absens esset. Constantinus Heraclii nepos, sub quo habita VI synodus, aliis titulis compellandus videbatur; nec patre sic ei infenso licuisset familiarius uti Maximo.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dier et non exprobrat [1], gratiam suscipiam, ut tum solerter intelligam, tum quæ fuerint intellecta, pie eloquar ac tradam.

Γενώμεθα τοίνυν, ἠγαπημένε, πρόθυμοι τῶν κατ' ἐντολὴν ἔργων ποιηταί· καὶ φύγωμεν τὴν πλάνην τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ μηδενὶ τῶν ἐν αὐτῷ νομιζομένων τερπνῶν τὴν ψυχὴν καταδήσωμεν. Παρέρχεται γὰρ ὁ κόσμος, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ μαραίνεται, φθορᾶς ὄντα κατὰ φύσιν παραναλώματα. Ταύτην δὲ τὴν περὶ τὰ θεῖα τῶν σωτηρίας ἐφιεμένων τεκμηριοῖ προθυμίαν, οὐ μόνον τὸ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν μῖσος, καὶ ἡ ἀπράγμων διαγωγή· ἥ τε τῶν μοχθηρῶν ἀνδρῶν ἀλλοτρίωσις, καὶ πρὸς τὰ φθειρόμενα πάντα τῆς ψυχῆς ἀποδιάθεσις· ἥ τε τῆς σαρκὸς διὰ τὴν ἀρετὴν καταφρόνησις, καὶ ἡ πρὸς πάντα τὰ διὰ τῶν αἰσθήσεων ἀπατηλῶς τὴν ψυχὴν ὑποσαίνοντα, στερρὰ καὶ ἀνένδοτος ἐγκράτεια· δι' ἧς πάσας τε τὰς ἀκολάστους ὀρέξεις μαραίνομεν· καὶ τὰς ἀτάκτους κινήσεις τοῦ θυμοῦ κατευνάζομεν, μὴ συγχωροῦντες ἐξανδραποδισθέντα συνεκφέρεσθαι ταύταις τὸν λογισμὸν, καὶ καθάπερ ἡνίοχον ὑπὸ δυσηνίων ἵππων συναρπασθέντα κατὰ βαράθρων φέρεσθαι· μηδενὸς ὄντος τοῦ τάσσοντος καὶ ἐπισχεῖν δυναμένου τὴν ἄλογον τῶν ὑπεζευγμένων ὁρμήν. Ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς πάντας τοὺς ἀκουσίους πειρασμοὺς, ὑπομονὴ καὶ καρτερία· καθ' ἣν καὶ πάσχοντες σωματικῶς, ἀπαθεῖς κατὰ ψυχὴν διαμένομεν, καὶ ἀήττητοι· μηδενὶ τῶν τινασσόντων καταβαλλόμενοι. Δι' ὧν ἀμφοτέρων, ἐγκρατείας τε λέγω τῶν ἐφ' ἡμῖν παθημάτων, καὶ ὑπομονῆς τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, δοκιμασθέντες, καθάπερ τινὸς σπορᾶς θειοτάτης τῶν ἐντολῶν, εὐπρεπεῖς καὶ ὡρίμους προβαλλόμεθα καρποὺς τὰς ἀρετάς. Οἷον, φρόνησιν γνωστικὴν, κατά τε τῆς ἀγνοίας, καὶ τῆς δεισιδαιμονίας· ἀνδρείαν, κατά τε τῆς δειλίας, καὶ τῆς προπετοῦς θρασύτητος· σωφροσύνην, κατὰ τῆς ἀκολασίας καὶ τῆς ἠλιθιότητος· δικαιοσύνην κατὰ τῆς ἀδικίας· λέγω δὲ κατὰ τῆς πλεονεξίας καὶ μειονεξίας· ταπεινοφροσύνην, κατὰ τῆς ὑπερηφανίας ὁπλίζοντες· συγκατάβασιν, κατὰ τῆς ἐπάρσεως προφέροντες· μετριότητα κατὰ τῆς οἰήσεως· μακροθυμίαν κατὰ τῆς ὀλιγοψυχίας· ἡμερότητός τε αὖ πρὸς πάντας, καὶ πραότητος, καὶ τῆς πρὸς τοὺς δεομένους ἱλαρᾶς μεταδόσεως ἀντεχόμενοι· φιλοξενίας τε καὶ φιλαδελφίας, καὶ φιλανθρωπίας φιλοπόνως φροντίζοντες· εἰρήνην τε καὶ ἀγάπην μεταδιώκοντες· ἐν ᾗ, καθάπερ τινὶ πυθμένι τῶν καλῶν, συνάγεταί τε καὶ φυλάττεται πάντα τὰ τοῖς ἀνθρώποις δεδωρημένα θεόθεν ἀγαθά.

A Efficiamur igitur, dilecte, prompti atque alacres eorum quæ nobis præcepta sunt, operum factores, hujusque sæculi errorem fugiamus; nec ulli eorum, quæ in eo delectare videntur, animum addicamus. Præterit enim mundus, & marcescunt quæ in eo sunt omnia; sic nimirum comparata, ut natura corruptione intereant. Hujus vero colendi divina alacritatis certum argumentum, in iis qui salutis desiderio tenentur, non solum in eo est, ut peccatum oderimus, sed ut etiam vitam otio componamus ac curis subducamus; a viris pravis alieno simus animo; ab iis omnibus, quæ corruptioni obnoxia sunt, animum retrahamus; carnem virtutis consectandæ causa contemnamus, firmaque ac inflexa continentia, iis omnibus quæ per sensus B fraude obblandiunt animo, obsistamus; qua nimirum impudicas omnes cupiditates exstinguimus, motusque iræ inordinatos sedamus, non sinentes ut una cum illis animus mancipatus feratur, ac aurigæ in modum indomitis equis raptatus, præceps in barathrum abeat; cum nemo sit qui regat ac componat, quique extra rationis metas incitatum jugalium impetum cohibere valeat. Sed et adversus violentas omnes ac quæ invitis eveniunt, tentationes, patientiam tolerantiamque teneamus, qua, tum etiam cum malis corpore afficimur ac ærumnis, illæsi animo et imperturbati, invictique perseveramus; sic plane, ut nullo turbinum impetu dejiciamur. Quo utroque (eorum scilicet affectuum continentia quæ in nobis nostræque sunt facultatis, C eorumque malorum patientia, quæ non sunt in nobis nec nostri arbitrii) probati, velut divinissimæ cujusdam mandatorum sementis venustos ac maturos fructus, virtutes producimus; puta spiritalem eruditamque ac sapientem prudentiam, adversus tum ignorantiam, tum superstitionem; fortitudinem, adversus tum ignaviam, tum audaciæ temeritatem; castitatem, adversus tum luxuriam, tum **237** vecordiam et stoliditatem; justitiam, adversus injustitiam, qua scilicet excessu aut defectu juris æquitas violatur; sensus animi modestiam (id est, humilitatem) adversus superbiam instruentes; commodam in aliorum usum demissionem, adversus elationem proferentes; animi moderationem, ad- D versus jactantiam; longanimitatem, adversus animi pusillitatem; mansuetudinem ad omnes et lenitatem, hilaremque erga egenos liberalitatem colentes; hospitalitatis, fraterni amoris, humanitatis sedulo satagentes; pacemque ac charitatem sectantes, in qua, ceu bonorum quodam gremio, quæ a Deo concessa sunt hominibus bona omnia colliguntur atque servantur.

Ταῦτα, δέσποτά μου εὐλογημένε, πᾶς ἐρῶν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, καὶ φεύγειν σπεύδων τῶν ἠπειλημένων τοῖς ἁμαρτάνουσιν αἰωνίων κολάσεων τὴν πεῖραν, κατὰ δύναμιν πάντως ποιεῖν τε καὶ φυλάττειν ἐπιτηδεύει· τῆς τῶν τοιούτων ἔχων φυλακῆς ἀφορμὴν, τοῦ τε θανάτου, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν

Hæc, domine mi benedicte, quisquis regni colorum amore tenetur, studetque cavere, ne æternorum suppliciorum, quæ Deus peccatoribus comminatus est, reipsa periculum faciat, pro virili sua omnino et præstare curat, et vitare: in eam rem, mortis pariter, ejusque incertæ horæ ac momenti

[1] Jac. i, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nulla oblivione delendam memoriam auxilio habens; ejus item, quæ post excessum futura est, animæ desolationis, nihil aliud secum inferentis, præter unam duntaxat male ei gestorum reatu commaculatam conscientiam i : futuri quoque cum ipsa in hoc aere nequissimorum spirituum tremendi examinis altam cogitationem; necnon acerbæ nunc in inferno illucisque animorum inclusionis ac carceris considerationem : ejus denique confusionis ac probri coram justo Judice ac cœlestibus potestatibus, cum occulta pandentur, exspectationem; omnibus utique Deo ultore ingruentibus pro reatu suppliciis, peccatoribus longe graviorem. Hæc, atque his plura, tum jam pro virili scripsi, tum scribendi, quoad licuerit, nullum finem faciam, qui nimirum amorem, quo dilectum dominum meum prosequar, istiusmodi sermonum ac admonitionum exactorem habeam.

Διὰ τοῦτο πενθῶν καὶ σκυθρωπάζων πορεύομαι, πενθῶν τε καὶ ζητῶν σε τὸν καλὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον, τὸν εἰς τόπον με χλόης τὸ πλανώμενον πρόβατον κατασκηνοῦν ἐπιστάμενον· τὴν ἀπωθουμένην λέγω τῶν καύσωνα τῶν παθῶν διὰ πράξεως ἕξιν τῆς ἀρετῆς· καὶ ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐκτρέφειν δυνάμενον· τὴν ἄρδουσάν φημι τὸν νοῦν διὰ θεωρίας χάριν τῆς γνώσεως, τὸν ἐπιστρέφοντά μου τὴν ψυχὴν ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν θείοις καὶ λόγοις καὶ παραδείγμασι, καὶ ἐπὶ τρίβους ὁδηγοῦντα δικαιοσύνης· τοὺς κατ' εὐσέβειαν σωτηριώδεις ὑποδεικνύοντα τρόπους· καὶ ῥάβδῳ καὶ βακτηρίᾳ σοφῶς παρακαλοῦντα, τουτέστι, τῇ μνήμῃ τῶν αἰωνίων κολάσεων, καθάπερ ῥάβδῳ τινὶ τὸν εἰσαγόμενον κακίας ἀπάγοντα, καὶ τῇ προτροπῇ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, βακτηρίας δίκην εἰς ἀρετὴν τὸν προκόπτοντα δι' ἐλπίδος στηρίζοντα· ὅπερ καὶ ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ, ὡς οἶμαι, συμβολικῶς ὑπηνίττετο, τοῖς τραύμασι τοῦ τοῖς λῃσταῖς περιπεσόντος ἐπιχέων οἶνον καὶ ἔλαιον. Φόβῳ γὰρ τῆς γεέννης τοῦ αἰωνίου πυρὸς, ὁ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πόθος ἐπικιρνώμενος, ἀλώβητον τὴν ψυχὴν συντηρεῖ, πρὸς τὴν ἀγάπην ἐπισφίγγων τοῦ Κτίσαντος· πάσης ἐμπαθοῦς διανοίας διὰ τῆς στύψεως ἀποσμηχθεῖσαν.

C

Idcirco lugens mœstusque ac vultu **249** tristis ingredior, te pastorem bonum atque doctorem, requirens; qui ipse me ovem errantem in loco pascuæ collocare [r] noveris (nempe virtutis ejusmodi habitu, qui per actionem ejusque cultu, vitiorum depellat æstum) et super aquam refectionis educare me possis (scientiæ scilicet gratiam, contemplationis vi animum irrigantem), qui divinis tum doctrinis, tum exemplis animam meam a vitio ad virtutem convertas; ac super semitas justitiæ deducas (salutares scilicet, quibus vita pie instituatur, modos moresque submonstrans), virgaque et baculo sapienter consoleris (nempe, æternorum suppliciorum memoria, ceu virga quadam, eum qui inducitur ac virtutis cultu tironem, a vitio ac malitia arcens; futurorumque bonorum provocatione tanquam baculo, eum qui virtute proficiat, D spei adminiculo fulciens): quod ipsum, puto, Dominus et Salvator symbolo innuebat, cum ejus qui in latrones inciderat, vulneribus, vinum oleumque infunderet [s]. Regni enim cœlorum amor, cum gehennæ ignis æterni metu temperatus, animum a noxa servat immunem, quem scilicet Conditoris dilectione astringat; quæ ipsa austeriore cultu libidinosam omnem cogitationem absterserit.

Ἀλλὰ πλήρωσον λοιπὸν, τίμιε Πάτερ, καὶ αὐτὸς Πνεύματος θείου τῆς διδασκαλίας τὸν δόνακα (*l*),

Verum imple jam, venerabilis Pater, tu quoque divina Spiritus gratia fistulam, pastorisque in mo-

[r] Psal. XXII, 2. [s] Luc. X, 34.

NOTÆ.

(*l*) *Τῆς διδασκαλίας τὸν δόνακα.* Eadem metaphora, nec multum abludentibus verbis in Joanne Cyziceno archiepiscopo, munus pastorale, pascendo doctrina grege, declarat: ut major mihi hinc con-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rem ac benigno susurro voca, errantem absque pastore in ignorantiæ montibus, vitiique ac malitiæ collibus; subque tuam adige dexteram : multis denique malis morsibus luporum Arabiæ [t] (hoc est, Occidentis : Arabia enim, ut aiunt, *Occidentem* sonat, si vocem interpreteris) discerptum, miserantis affectu obliga. Intelligo autem (nec puto sensu fallente) secundum anagogiæ sensusque spiritalis rationes, Arabiæ nomine, carnem hanc, in iis qui mei similes sunt, divinas spiritus leges vi opprimentem; quæ plane multos vere impudentes sævosque ac immanes lupos alat; obque peccatum, Occidens reipsa facta sit, atque id nomen vere obtineat : super quem ascendit [u], tanquam bonus et misericors, Pastor ille bonus, qui pascit Israel, Deus ac Dei Verbum [v]; qui sedet super Cherubim [x]; nempe attendens, vidensque in quod periculum conjecti eramus; seque ideo manifestans, ac potentiam suam excitans, veniensque in carne ad salutem his, qui perierant, **250** præstandam; malasque interemptum bestias, quæ in ea adoleverant; pacis denique eam regionem, oviumque ratione utentium, quæ actionis cultu ad Deum provehantur, pascuam facturus : cujus ego necdum hactenus per spiritalem contemplationem (velut Israel montem Seir [y]) innoxie legem superavi, ejusve imperturbate desideria (velut fratres suos filios Esau habitantes in Arabia, Mose duce, qui ex Jacob ducebant originem), per actionem oppido doctam ac sapientem transivi; sed adhuc Arabiam sicut filii Esau habito (nempe Occidentem, carnem scilicet, qui nimirum decursa hac vita, ob carnis libidines, aliam non satis exspectem), quam nec incolere, verus omnis Israelita ac Deum videns, sustinet; qui scilicet peregrinari a carne [z] per virtutes contendat, ac præsens esse ad Dominum per scientiam peroptet; quæ terra vere promissa arcanorum bonorum mystice exsistat ac nuncupetur; terra scilicet fluens lac et mel [a]. Est enim Dominus eorum nutritius, qui Christiana simplicitate infantes sunt; eorumque lætitia ac gaudium, qui vita pie instituta in viros provehunt; ut qui virtutibus tanquam lacte, per actionem timentes alat; ac velut melle, per contemplationem spiritalem mysticis notionibus sensisque diligentes dulcedine perfundat ac deliniat.

Ne igitur me a bestiis captum atque lacerum, pro miserationis affectu veritatis doctrinis, vene-

καὶ κάλει ποιμενικῶς· τε καὶ φιλανθρώπως τὸν ἐπὶ τὰ ὄρη τῆς ἀγνοίας, καὶ τοὺς βουνοὺς τῆς κακίας, ἀποιμάντως πλανώμενον· καὶ ὑπὸ τὴν σὴν ποίησον δεξιάν, καὶ κατάδησον συμπαθῶς τὸν πολλοῖς διασπαραχθέντα δήγμασι πονηροῖς τῶν λύκων τῆς Ἀραβίας (*m*)· τουτέστι τῶν Δυσμῶν· *Δυσμὰς* γὰρ, ὡς φασι, δηλοῖ κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἑρμηνευόμενον τῆς Ἀραβίας τὸ ὄνομα. Νοῶ δὲ, καὶ τυχὸν οὐκ ἐσφαλμένως, κατὰ τοὺς τῆς ἀναγωγῆς λόγους, διὰ τῆς Ἀραβίας, τὴν σάρκα ταύτην, τὴν τῶν θείων ἐν τοῖς κατ' ἐμὲ τυραννικὴν νόμων τοῦ πνεύματος· τὴν πολλοὺς, ὡς ἀληθῶς, ἀναιδεῖς τε καὶ ἀνημέρους λύκους ἐκτρέφουσαν· τὴν ὄντως δύσιν καὶ γενομένην διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἀληθῶς λεγομένην· ἧς ἐπιβέβηκεν, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ Θεὸς, καὶ Θεοῦ Λόγος· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, προσσχηκὼς δηλονότι, καὶ τὸν κίνδυνον ἡμῶν θεασάμενος· καὶ διὰ τοῦτο ἐμφανίσας ἑαυτὸν, καὶ τὴν οἰκείαν ἐξεγείρας δυναστείαν, καὶ ἐλθὼν ἐν σαρκὶ σῶσαι τοὺς ἀπολομένους, καὶ τοὺς ἐντρεφομένους αὐτῇ πονηροὺς ἀποκτεῖναι θῆρας· καὶ ποιῆσαι αὐτὴν χώραν εἰρήνης, καὶ λογικῶν προβάτων νομὴν, διὰ πράξεως πρὸς Θεὸν ἀναγομένων· ἧς ἐγὼ τέως οὔπω τὸν νόμον παρῆλθον ἀβλαβῶς διὰ θεωρίας πνευματικῆς, καθάπερ ὁ Ἰσραὴλ τὸ ὄρος Σιείρ [28]· οὐδὲ τὰς αὐτῆς ἀπαθῶς διῆλθον ἐπιθυμίας, διὰ πράξεως γνωστικῆς, ὥσπερ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν τοὺς υἱοὺς Ἡσαῦ [29], τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἄραβα διὰ Μωσέως, οἱ ἐξ Ἰακὼβ τὸ γένος κατάγοντες· ἀλλ' ἔτι κατοικῶ τὴν Ἄραβα κατὰ τοὺς υἱοὺς Ἡσαῦ, τὰς δυσμάς (*n*)· λέγω δὲ τὴν σάρκα· μετὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν, διὰ τὰς σαρκὸς ἡδονὰς, ἑτέραν μὴ ἐκδεχόμενος. Ἵν' οὐδὲ παροικήσαι πᾶς ἀληθινὸς Ἰσραὴλ καὶ ὁρῶν Θεὸν καταδέχεται, τῆς σαρκὸς ἐκδημῆσαι διὰ τῶν ἀρετῶν ἐπειγόμενος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον διὰ τῆς γνώσεως ἐφιέμενος· τὸν ὄντως γῆν ἐπαγγελίας ἀῤῥήτων ἀγαθῶν μυστικῶς καὶ ὄντα καὶ ὠνομασμένον, τὴν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Θρεπτικὸς γὰρ τῶν κατ' αὐτὸν νηπιαζόντων, καὶ εὐφραντικὸς ὑπάρχει τῶν κατ' αὐτὸν ἀνδριζομένων ὁ Κύριος, ὡς ἀρεταῖς ἐκτρέφων διὰ πράξεως, καθάπερ γάλακτι, τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ γνώσεσι καταγλυκαίνων μυστικαῖς, καθάπερ μέλιτι διὰ θεωρίας πνευματικῆς, τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.

Τοιγαροῦν, μὴ διαλίπῃς ποιμαίνων με συμπαθῶς ἀληθείας λόγοις τὸν θηριάλωτον, τίμιε Πάτερ, καὶ

[t] Habac. I, 8. [u] Psal. LXVII, 5. [v] Joan. X, 11. [x] Psal. LXXIX, 2. [y] Deut, I, 2. [z] II Cor. V, 6. [a] Exod. III, 17; Num. XIV, 8; Deut. VI, 3 et alibi.

VARIÆ LECTIONES.

[28] Fr. Σειήρ· [29] Fr. Οἱ Ἄραβες ἐκ τοῦ Ἡσαῦ τὸ γένος κατάγουσι· *Arabes ex Esau genus ducunt.*

NOTÆ.

jectura, pseudepigraphum esse τὸ, πρὸς τὸν αὐτόν, nec nisi ad episcopum scriptam esse epistolam, in quorum officiis, unus Maximus una monachis omnibus sacrique instituti viris, quantævis illorum dotes aut munia vel industria, norma esse possit.

(*m*) *Τῶν λύκων τῆς Ἀραβίας*· Sic οἱ LXX *lupos Arabiæ* reddiderunt, quod Vulg. *lupos vespertinos*; homonymia scilicet vocis, tantisper mutatis punctis, communique radice quæ *miscere*, *confundere*, *obscurare* significat, et si quid ejusmodi est : nec in re trita longiore opus mora est.

(*n*) *Τὰς δυσμάς*. Vulg. *In solitudine campestri* : nec alii fere aliter. Soli οἱ LXX aliam hujus vocis significationem secuti sunt, ut sic *Occidentem*, sive *ad Occidentem* redderent; eadem ipsa radice, de qua n. præced. Videndum schol. ibi a Nobilio relatum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῶν ἐν σαρκὶ παθῶν μετὰ τῶν ἀνακινούντων αὐτὰ πνευμάτων τῆς πονηρίας, μὴ παύσῃ λυτρούμενος, τῶν κακῶς κατεσθιόντων καὶ ὀκπανώντων μου τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον· καὶ κάλεσον πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ὑπὸ τὰς σὰς κατασκήνωσον πτέρυγας, εἴπερ ἀληθῶς ἔπεστι πᾶς φόβος Βαρβάρων αἰσθητῶν, δι' οὓς τοσαῦτα διαστήματα θαλάσσης, ὡς φιλόζωος, ἦλθον· περὶ οὗ μάλιστα παρακαλῶ τοὺς ἁγιωτάτους ὑμᾶς, μετὰ τὴν εὐκταίαν σημείωσιν τῆς κατὰ Θεὸν παμφαοῦς ὑμῶν ῥώσεως, ἀκριβέστερον δηλῶσαι· καὶ πᾶσαν τὴν κρατοῦσαν[40] ἐπὶ τοῦ παρόντος αὐτόθι κατάστασιν, ὡς ἔστι, παραδεῖξαί μοι διὰ γραμμάτων. Ἀσθενὴς γὰρ ὢν τὸν λογισμὸν καὶ πάνυ σαθρὸς, καὶ μόλις κἂν ἐν εἰρήνῃ νήφειν μικρομερῶς δυνάμενος, καὶ περὶ πολλὰ σκεδαννύμενον ἐκ δειλίας συνάγειν τὸν νοῦν, θέλω σὺν ἀσφαλείᾳ ποιήσασθαι τὸν πλοῦν· ὡς ἀτελῆ τὴν διάνοιαν, καὶ τοῖς λόγοις τῆς σοφῶς τὸ πᾶν διεξαγούσης προνοίας ἐμβατεύειν οὐχ οἷός τε ὢν· μή πως ἐν τοῖς συμβαίνουσιν ἐξ ἀγνοίας ὀκλάσας τὸν λογισμὸν, καὶ τοῖς τῆς ὑπομονῆς ἐξ ἀσθενείας ἐνδοὺς ἀγῶσι, τοὺς ἐξ αὐτῶν ζημιωθῶ στεφάνους, ὡς λειποτάκτης ἐν τῇ πείρᾳ τῶν δεόντων[41] γενόμενος. Διὰ τοῦ γράμματος ὡς παρὼν ἀσπάζομαι τοὺς ἁγιωτάτους ὑμᾶς, καὶ πάντας τοὺς σὺν ὑμῖν· αἰτῶν διὰ τῶν ἁγίων καὶ εὐπροσδέκτων ὑμῶν εὐχῶν, Χριστῷ τῷ Θεῷ καὶ Σωτῆρι τῶν ὅλων παρατεθῆναι.

A rande Pater, pascere desinas, nec a vitiis, quæ in carne sunt, eaque succendentibus spiritibus nequitiæ, me liberare cessaveris; quæ videlicet interiorem meum hominem male absumant ac devorent: accersasque ad te, ac sub alas tuas reponas, si modo vere timor omnis hostium externorum abscessit, quorum formidine, tanquam vitæ amans, tanta maris spatia trajeci: cujus maxime rei vos sanctissimos rogatos velim, postcaquam votis omnibus expetitam, lucidissimam vestram secundum Deum firmam valetudinem significaveritis, ut certius moneatis, omnemque illic inpræsentiarum rerum statum, qualis tandem sit, ac obtineat, vestris ad me litteris exponatis. Cum enim animi sensibus parum valeam, valdeque debilis exsistam, ac B nec in pace sobrii animi statum aliqua saltem parte ac modica tenere sufficiam, præque pavore circa multa dissipatam ac evagantem mentem habeam, tuto transfretare velim; velut scilicet animi sensibus imperfectus, ac qui **251** Providentiæ, rerum hanc universitatem sapienter moderantis, rationes penetrare non valeam: ne forte ex ignorantia rerum casibus animo fatiscens, exque imbecillitate patientiæ certaminibus cedens, quæ ex illis sunt, coronas amittam; tanquam scilicet ordinis desertor ac refuga, cum fungenda virtute tentanda malis constantia fuerit. Velut præsens per epistolam vos **sanctissimos saluto et amplector**, ac qui vobiscum sunt omnes, sanctis vestris acceptisque precibus, **Christo Deo omniumque Salvatori me commendari efflagitans.**

θ. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Θαλλάσιον πρεσβύτερον καὶ ἡγούμενον.*

Τρία, καθώς φασιν, ὑπάρχουσι, τὰ τὸν ἄνθρωπον ἄγοντα· μᾶλλον δὲ πρὸς ἃ βουλήσει τε καὶ γνώμῃ κατὰ προαίρεσιν κινεῖται ὁ ἄνθρωπος· Θεὸς, καὶ φύσις, καὶ κόσμος. Καὶ τούτων ἕκαστον ἕλκον, τῶν ἄλλων δύο ἐξίστησι, πρὸς ἑαυτὸ ἀλλοιοῦν τὸν ἀγόμενον· κἀκεῖνο ποιοῦν αὐτὸν θέσει, ὅπερ αὐτὸ ὑπάρχον φύσει γνωρίζεται, πλὴν μέντοι τῆς φύσεως. Ἐκείνη γὰρ, τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ διαφυλάττει τὸν ἄνθρωπον, θεὸν ποιεῖν θέσει πέφυκε, θέωσιν ὡς ἀγαθὸς ὑπὲρ φύσιν τῷ ἀγομένῳ δωρούμενος· καὶ τῶν δύο καθαρῶς ἀποτέμνει, κόσμου λέγω καὶ φύσεως. Εἰ δὲ φύσις ἐστὶν ἡ ἄγουσα τὸν ἄνθρωπον, καθ' ἑαυτὸν ὄντα, φύσει τὸν ἄνθρωπον διαδείκνυσι· μέσον Θεοῦ καὶ κόσμου τυγχάνουσα· ὡς οὐδετέρου τούτων κατὰ γνώμην μετέχοντα. Εἰ δὲ κόσμος ἐστὶν ὁ φέρων, κτῆνος ἐργάζεται, ἤτοι σάρκα μόνην τὸν ἀγόμενον ἄνθρωπον· ἐμπάθειαν αὐτῷ δι' ἀπάτης δημιουργῶν· καθ' ἣν Θεοῦ τε καὶ φύσεως μακρὰν αὐτὸν ἀποθέμενος, τὰ παρὰ φύσιν πάντα ποιεῖν αὐτὸν ἐκδιδάσκει.

IX. — *Ejusdem ad Thalassium presbyterum ac Egumenum.*

Tria sunt, ut aiunt, quæ hominem agunt ac trahunt, seu potius in quæ homo voluntate animique sententia libere movetur; Deus scilicet, natura et mundus. Cumque horum quodlibet trahat, a duobus reliquis abstrahit in seipsum immutans, eum, qui trahatur, idemque factitie ac accidente eum efficiens, quod ipsum natura esse noscitur; excepta tamen natura, quippe quæ, id quod est, incolumem reipsa servet hominem. Verbi gratia, siquidem Deus est qui agit trahitque hominem, deum adoptione facere novit; ei qui agitur atque trahitur, deitatis munus vim omnem naturæ excedens, tanquam bonus largiens: a duobusque reliquis (mundo scilicet ac natura) liquido abscindit. Sin autem natura est quæ agit trahitque, ipsum quod natura est, naturam referentem ostendit; ipsa Dei mundique media exsistens, velut scilicet neutrius horum voluntate nutuque suo participem. Sin denique mundus ferat atque rapiat, pecus efficit (solam scilicet carnem, eum qui trahitur, præstans hominem) libidinem ei atque vitii pravitatem fraude ingerens; qua a Deo atque natura procul ablegans, quæ innaturalia sunt facere docet.

Αἱ οὖν ἀκρότητες, Θεὸν δέ φημι καὶ κόσμον, ἀλλήλων καὶ τῆς μεσότητος, λέγω δὲ τὴν φύσιν, ἀπάγειν τὸν ἄνθρωπον εἰώθασιν. Ἡ δὲ μεσότης, τούτων

Extrema igitur (Deus scilicet ac mundus) a se invicem atque medio (nempe natura) hominem avocare habent. Medium autem, quod horum con-

[40] Fr. ἐπικρατοῦσαν. [41] For. δεινῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fine sit, si hominem ipsum duntaxat spectantem **252** nactum fuerit, æquis eum partibus ab extremis dirimit; quod nec ad Deum emergere sinat ac assurgere; et ut ad mundum sinat prolabi, ipsum pudeat. Mox itaque ac homo voluntate affectuque animi ad horum quodlibet motus fuerit, cum illo statim operationem mutavit, ejusque appellationem ascivit; hoc nempe adeptus, ut carnalis audiat, vel animalis aut spiritalis. Est autem carnalis opus ac nota, ut solum male noverit facere. Animalis autem, ut nec unquam male facere velit, nec malis affici aut injurias ferre. Spiritalis denique, ut bene semper facere velit, ac pro virtute, si casus ferat, mala ferre ac ærumnas alacri animo eligat. Siquidem igitur, benedicte, hoc votis agis, uti plane agis, ut Spiritu Dei agaris a te ipse mundum amputa ac naturam; seu te potius illis abscinde, nec injurias ferre recusabis. Ludibria probraque ac contumelias pati ne renuas; et, ut verbo dicam, qui malis afficiaris, eos qui afficiant, demereri, cunctaque illis dimittere Dei ac virtutis gratia, nunquam desinas, juxta eum qui ait: *Si quis vult tecum judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium* [b]. Et iterum juxta beatum Apostolum dicentem: *Maledicimur, et benedicimus; persecutionem patimur, et sustinemus; blasphemamur, et obsecramus* [c].

Denique si ut mihi morem geras in animum induxeris, serve Dei benedicte, ingentem gratiam his repende, a quibus ærumnas perpessus es; ac si vel omnium rerum jacturam ab eis pati necesse sit, cave renuas: sed potius benedicito, dum maledictis appeteris; sustine, dum persecutionem pateris; obsecra, dum maledictis incesseris; ne te carnalem esse contingat, velut qui solum injuriam facere noveris ac velis; vel animalem, ut qui injuriarum impatiens sis; sed magis spiritalem, qui solum ex animo bene facere et noveris et assueveris; malisque affici virtutis causa, ab iis qui velint injuriam irrogare, promptus sis: aspiciens in auctorem nostræ salutis Jesum [d], qui pro omnibus bonis, quanta nemo unquam cognitione assequi potuit, dira omnia a peccatoribus et pro peccatoribus alacriter pertulit. Id enim sibi propositum habuit, qui a mundo ac natura hominem liberaturus, mandata dedit. Quocirca reprobus est, qui non obtemperat, frustraque mundani parentes, filios ac nepotes prætexunt; præfectique, **253** monasticem exercentium sodalitia ac conventus, ut eis convenienter mandata otiosa cessura sint. Plane enim dum tanquam verum id semel dederimus, nulli prorsus hominum scripsisse Dominum salutis legem monstrabitur. Animalem autem, ut existimo, naturalem hominem Scriptura appellavit [e]; quod nempe circa animata duntaxat, ut earum rerum periti tradunt, eaque omnino quæ oriuntur ac in-

A οὖσα μεθόριος, εἰ αὐτὴν μόνην σκοποῦντα λάβοι τὸν ἄνθρωπον, ἐπίσης τῶν ἄκρων διίστησιν· οὔτε πρὸς τὸν Θεὸν αὐτὸν ἀναδραμεῖν συγχωροῦσα, καὶ πρὸς τὸν κόσμον ἀφιέναι καταπεσεῖν αἰδουμένη. Ἅμα τοίνυν πρός τινα τούτων κινηθῇ κατὰ γνώμην ἐνδιαθέτως ὁ ἄνθρωπος, ἅμα πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον καὶ τὴν ἐνέργειαν ἠμείψε, καὶ τὴν προσηγορίαν μετέβαλε, σαρκικὸς, ἢ ψυχικὸς, ἢ πνευματικὸς προσαγορευόμενος. Ἔργον δὲ καὶ γνώρισμα τοῦ μὲν σαρκικοῦ, τὸ κακῶς μόνον εἰδέναι ποιεῖν. Τοῦ δὲ ψυχικοῦ, τὸ μήτε ποιεῖν βούλεσθαί ποτε, μήτε πάσχειν κακῶς. Τοῦ δὲ πνευματικοῦ, τὸ ποιεῖν μόνον καλῶς βούλεσθαι, καὶ ὑπὲρ ἀρετῆς εἰ συμβαίνει πάσχειν καλῶς, προθύμως καταδέχεσθαι. Εἰ τοίνυν Πνεύματι Θεοῦ ἄγεσθαι ποθεῖς, εὐλογημένε, ὥσπερ οὖν καὶ ποθεῖς, B κόσμον καὶ φύσιν σαυτοῦ περίελε· μᾶλλον δὲ τούτων σαυτὸν περίτεμε, καὶ ἀδικεῖσθαι μὴ παραιτήσῃ· ἐμπαιγμούς τε καὶ ὕβρεις φέρειν μὴ ἀπαναίνου· καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, πάσχων κακῶς, τοῦ ποιεῖν καλῶς τοῖς δρῶσι κακῶς, καὶ πάντα προσαφιέναι τὰ δρώμενα, Θεοῦ χάριν καὶ ἀρετῆς, μὴ παύσῃ ποτὲ, κατὰ τὸν εἰπόντα· *Ἐάν τις θέλῃ σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον.* Καὶ πάλιν κατὰ τὸν μακάριον Ἀπόστολον, *λέγοντα· Λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι, ἀνεχόμεθα· βλασφημούμενοι, παρακαλοῦμεν.*

Λοιπὸν εἰ πεισθῆναί μοι βούλοιο, δοῦλε τοῦ Θεοῦ εὐλογημένε, μεγάλην κατάθου χάριν τοῖς θλίψασι· C καὶ προσζημιωθῆναι αὐτοῖς εἰ δέον ἐστὶ πάντα, μὴ ἀνανεύσῃς· καὶ μᾶλλον εὐλόγησον λοιδορούμενος· καὶ ἀνάσχου διωκόμενος, καὶ παρακάλεσον βλασφημούμενος, ἵνα μὴ ᾖς σαρκικὸς, ὡς ἀδικεῖν μόνον καὶ εἰδὼς καὶ βουλόμενος· ἢ ψυχικὸς, ὡς ἀδικεῖσθαι μὴ ἀνεχόμενος· ἀλλὰ μᾶλλον πνευματικὸς, τὸ εὖ ποιεῖν μόνον ἑκουσίως καὶ εἰδὼς καὶ ἀσκούμενος· καὶ πάσχειν κακῶς παρὰ τῶν βουλομένων προθύμως ὑπὲρ ἀρετῆς ἐπιστάμενος· ἀφορῶν πρὸς τὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἀρχηγὸν Ἰησοῦν· ὃς ἀντὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν, ὅσα οὐδέπω τις γνώσει περιλαβεῖν δεδύνηται, πάντα τὰ δεινὰ, ὅσα οὐδεὶς ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν μακροθύμως ὑπέμεινε. Σκοπὸς γὰρ τῷ δοτῆρι τῶν ἐντολῶν, κόσμου καὶ φύσεως ἐλευθερῶσαι τὸν ἄνθρωπον. Καὶ διὰ D τοῦτο κατάκριτος, ὁ μὴ πειθόμενος· καὶ μάτην οἱ κατὰ κόσμον πατέρες τὰ ἔκγονα προφασίζονται, καὶ τὰς συνοδίας τῶν τὸν μονήρη βίον ἀσκουμένων οἱ προϊστάμενοι, πρὸς τὸ δεῖν εὐλόγως αὐτοῖς ἀργὰς εἶναι τὰς ἐντολάς. Ὅπερ ὡς ἀληθὲς εἰ δεξοίμεθα, οὐδενὶ τὸ παράπαν ὁ Κύριος γεγραφὼς νόμον σωτηρίας δειχθήσεται. Ψυχικὸν δὲ, καθὼς οἶμαι, τὸν φυσικὸν ὁ τῆς Γραφῆς λόγος ἐκάλεσεν ἄνθρωπον· ἐπειδὴ περὶ μόνα, καθὼς φασιν οἱ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ, τὰ ψυχούμενα, καὶ ἁπλῶς τὰ ὑπὸ γένεσιν καὶ φθοράν, ἡ τῆς φύσεως θεωρεῖσθαι πέφυκεν ἰδιότης. Ταῦτα δὲ γέγραφα ὑμῖν, δέσποτα, ἐπειδὴ πολὺ δὲ

[b] Matth. v, 40. [c] I Cor. iv, 12, 13. [d] Hebr. xii, 2. [e] I Cor. ii, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦ ὑμετέρου παραναγνωστικοῦ (o) δυσχεραίνοντας A ὑμᾶς εὗρον πρὸς τὰ συμβάντα. Ἀλλ' εὔχου δυνατῶς, ὡς δυνατὸς πρὸς τὸν δυνατὸν ἀφιέναι ἁμαρτίας, ὑπὲρ Μαξίμου τοῦ σοῦ καὶ δούλου καὶ μαθητοῦ, τίμιε Πάτερ.

tercunt, naturæ proprietas suapte indole consideretur. Hæc vobis, domine, abs me scripta sunt, quod per verum lectorem vestrum invenerim, ægre vos admodum ferre ea, quæ acciderunt. Verum potenter ora, velut potens, ad eum qui potens est peccata dimittere, pro Maximo, tuo et servo et discipulo, venerabilis Pater.

—

Ι' — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην κουβικουλάριον.*

[49] Ἐπειδὴ τὴν αἰτίαν δι' ἣν ὑπ' ἀνθρώπων ἀνθρώπους βασιλεύεσθαι ψηφισάμενος ὁ Θεὸς ἐδικαίωσε, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς πάντων ὑπαρχούσης τῆς φύσεως, καὶ πάντας τῷ κατ' αὐτὴν ἁπλῷ λόγῳ τοὺς μετέχοντας αὐτῆς ὁμοτίμως ἀποφαινούσης, γραφῆναι ὑμῖν ἐκελεύσατε, ἐρῶ κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν, B μηδὲν ἀποκρυπτόμενος, ὧν παρὰ σοφῶν καὶ μακαρίων ἀνδρῶν παρέλαβον· τὰ πολλὰ περικόπτων ὅσα ῥηθῆναι περὶ τούτου διὰ τὸ σύντομον ἐνδέχεται. Λόγος ἀληθής, ὡς φασι, μυστικῶς ὑπαγορεύει, τὸν δεσπόζειν κατὰ χάριν τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν Θεοῦ, παντὸς τοῦ ὁρωμένου κόσμου λαχόντα ἄνθρωπον, διὰ τοῦ κατὰ παράχρησιν τρόπου, τῶν ἐμφύτων δυνάμεων τῆς ἐν αὐτῷ νοερᾶς οὐσίας, πρὸς τὰ παρὰ φύσιν τρέψαντα τὰς κινήσεις, ἑαυτῷ τε καὶ τῷ παντὶ τούτῳ κόσμῳ, τὴν κρατοῦσαν νῦν αὐτῶν ἀλλοίωσιν καὶ φθορὰν, κατὰ κρίσιν εἰσενέγκασθαι τοῦ Θεοῦ δικαίαν· ἵνα μὴ πρὸς τὰ παρὰ φύσιν ἀθάνατος ἐκ' ἄπειρον ἡ τῆς ψυχῆς δύναμις αὐτῷ κινουμένῳ φυλάττοιτο· ὅπερ ἐστὶν οὐ μόνον κακίας τὸ ἔσχατον, C καὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἀληθοῦς ὀντότητος ἀρίδηλος ἔκπτωσις, ἀλλὰ καὶ σαφὴς τῆς θείας ἀγαθότητος ἄρνησις.

Διὰ τοῦτο ὁ πολύμοχθος οὗτος, καὶ πολυστέναχτος τῶν ἀνθρώπων βίος, διὰ τῆς πολλῆς ἀλογίας καὶ ἀταξίας τῆς αὐτὸν τιθηνούσης ὕλης, ἄλλο τε ἄλλως φέρων τε καὶ φερόμενος· καὶ ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἐν τῷ φέρεσθαι φέρων πάντας ἀνθρώπους, τῶν ἐν αὐτῷ δεινῶν μετόχους πάντας καθίστησι· καὶ οὐδένα παντελῶς ἀφίησι τῆς αὐτοῦ ταραχῆς ἐλεύθερον. Καὶ τοῦτο κατὰ τὸν πρέποντα τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας διετυπώθη λόγον, ἵνα τὸν παρόντα βίον παραλόγως κατὰ διάθεσιν ὑφ' ἡμῶν ἀγαπώμενον, κἂν ὀψέ ποτε τῷ πάσχειν ὑπ' αὐτοῦ κακῶς κατὰ περίστασιν, ὅσον βλάπτειν οἶδεν ἡ πρὸς αὐτὸν φιλία μεταμαθόντες, γνῶμεν ὅτι πολὺ τῆς πρὸς αὐτὸν ἑνώσεως ὁ χωρισμὸς ἐστιν ἡμῖν χρησιμώτερος· καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος, κατὰ λόγον ἐνδίκως κυρώσωμεν· καὶ φυγόντες τὴν τῶν ὁρωμένων φύρσιν καὶ ταραχὴν, πρὸς τὴν τῶν νοουμένων εὐσταθῆ ταυτότητα σωφρόνως τὸν πόθον μεταθώμεθα.

X. — *Ejusdem ad Joannem cubicularium.*

Quoniam causam, cur justa Deus sententia, homines alios aliorum imperio subesse decreverit, cum una sit eademque omnium natura, ac quæ omnes simplici ratione ejus consortes, honore pares ostendit, vobis ut scriberem præcepistis; dicam pro virili, nihil occultans aut tacens eorum quæ a sapientibus beatisque viris accepi: pleraque tamen brevitatis causa amputans, quæ hoc argumento dici possent. Verus sermo, ut aiunt, mystice dictat, docetque, hominem, qui per Dei conditoris gratiam, mundi omnis oculis subjecti imperium nactus erat, innatarum intelligentis in eo substantiæ virium motus, ad innaturalia per abusum vertendo, sibi pariter mundoque huic universo, eam quæ nunc viget qualitate sensum afficiente immutationis vim ac corruptionem, justo Dei judicio importasse; idcirco nimirum, ne animæ vis in ea quæ innaturalia sunt illi incitata, in perpetuum immortalis duraret: quod nedum extrema nequitia est, veraque ac manifesta, ab eo quod homo est, prolapsio geniique ejus exstinctio, verum etiam aperta divinæ bonitatis negatio.

Idcirco molestissima hæc, gemituque ac luctu plenissima hominum vita, per rationis multam absentiam ac inordinationem alentis eam materiæ, aliter **254** alias temere ferens, ac quæ feratur; et (ut verius dicam) quæ eo quod fertur, omnes homines ferat; malorum suorum cunctos reddit participes; nec quemquam omnino a sua illa turbatione dimittit liberum. Idque plane pro eo ac decet divinam sapientiam merito constitutum; ut qui citra rationem affectu animi vitam præsentem diligimus, tandem aliquando quibus ab ea malis D afficimur, condiscentes quanta damna ejus soleat afferre amicitia, longe nobis utilius sciremus ab ea separari, quam cum illa uniri: justaque ratione odium in eam firmaremus, ac rerum in aspectum cadentium confusione spreta ac turbatione, ad eorum quæ mente intelliguntur stabilem identitatem sobrie amorem transferremus.

[49] De hoc arg. vide Greg. Orat. de amore pauperum.

NOTÆ.

(o) *Διὰ τοῦ ὑμετέρου παραναγνωστικοῦ.* Habet etiam Venet. nec facile ausim mutare. Succurrebat quidem ut Παραμοναρίου legerem, velut ipse monasterii administer querelam ad Maximum detulisset, acceptumque monasterio damnum significasset, quod ille pro hegumeni seu abbatis sollicitudine paulo ægrius ferret: quo eum nomine Maximus admonet. Quod tamen Ἀναγνωστικοῦ nomen in veteri lexico legatur, quasi qui ad legendi munus aptus sit' illique deputatus; nihil vetat talem habuisse puerum lectorem Thalassium monasterio præfectum, virum doctum, quo et nuntio usus sit ad Maximum. Propositio παρὰ quasi diminuens est, ut significetur quasi per tempus illi addictam in hoc operam, non quasi totus in rem incumberet.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Enimvero quod et flagellis attriti, malisque innumerabilibus affecti, ejus amicitiæ vinculum solvere non sustinemus, sua Deus providentia, velut sapiens ac bonus, imperii legem regnique hominibus sanxit; ideirco nimirum ut quam præsciebat ob delicias ac remissionem in vita futuram ingentem malitiæ rabiem procul inhiberet : ne scilicet velut in mari pisces, homines alii alios absumerent, nemine præsidente, nec potentioris iniquam vim impetumque adversus eum, qui minor exsistat, prohibente. Propterea merito, puto, necessariaque ratione regni jus ac imperii invectum humano generi est, sapientiam a Deo nactum et potentiam; concessumque est, ut quæ pari honore natura condita esset, in eos divideretur qui imperio præessent, et qui subditi essent : quo nimirum altera quidem legitime obsequentes naturæ scitis componeret; altera vero, qui ob animi pervicaciam his cedere nollent, juste castigaret; atque inde justitiam, amore et timore conflatam, universis præstaret : qua nimirum cujusque voluntatis ac arbitrii inæqualitate sublata, naturæ in omnibus æqualitas tranquilla ac pacata splendide elucere habet. Quod sane nunquam contigisset, nisi timor dementis vulgi ad res absonas impetum castigaret, vique, ad eorum qui modesti sunt atque sobrii tranquillitatem, minarum terrore compelleret. Quod enim ratio sponte modestos amplecti atque sobrios suadere solet, hoc insipientes ut vel inviti colant, metui ex genio est cogere.

Hinceque adeo invectum humanæ vitæ regni jus ac imperii indulgente providentia **255** didici, probeque ut veram rationem, ac quæ rei causam doceat. Sin vero etiam alia quædam ratio in causa est juxta divinam Scripturam, hanc puto ii solum qui mundo sunt animo exploratam habere queant. Cæterum ne hæc quidem a divinæ Scripturæ scopo prorsus abhorret. Nam et illa recusantibus hominibus Dei subesse imperio, indulsisse Deum narrat, ut vel ipsi sponte regem sibi præficerent [f]; ne scilicet quæ nullo principante inordinatio foret, multorum principatum pareret; ac inde universo generi humano exitiosam seditionem, nemini concredita illius cura divino suffragio, efficeret : ac quidem ratione eos qui ratione eruditiuntur ad placiditatem componeret; potentiæ vero metu, nequitiæ auctores, ac qui innatum naturæ bonum innaturalibus animi sententia moribus in seipsis corrumpant, castigaret.

Quisquis igitur regum, hanc regni legem servare studuit, secundus a Deo in terra vere enituit; ut qui divini consilii fidelissimus minister exstiterit, et ut Dei imperio subesset, ipse hominibus imperans jure nactus sit. Quisquis vero ea repulsa lege, sibi omnino regnandum, et non Deo existimavit, hic merito his contraria fecerit; nempe eos qui boni sint tyranni potestate a se excutiens,

[f] I Reg. VIII, 7.

Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ μαστιζόμενοι, καὶ μυρία πάσχοντες δεινὰ, τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας τὸν οσμὸν λύειν οὐκ ἀνεχόμεθα, κατὰ πρόνοιαν ὡς σοφὸς καὶ ἀγαθὸς, τὸν τῆς βασιλείας τοῖς ἀνθρώποις ὁ Θεὸς διετύπωσε νόμον · τὴν προγνωσθεῖσαν διὰ τὴν ἄνεσιν ἔσεσθαι κατὰ τὸν βίον πολλὴν τῆς κακίας λύσσαν ἀναστέλλων πόρρωθεν · ἵνα μὴ γένωνται κατὰ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, ἀλλήλων οἱ ἄνθρωποι παραναλώματα · μηδενὸς ἐπιστατοῦντος, καὶ τὴν ἄδικον τοῦ δυνατωτέρου κατὰ τοῦ ὑποδεεστέρου ὁρμὴν κωλύοντος. Διὰ τοῦτο, κατὰ τὸ εἰκὸς, ὡς οἶμαι, βασιλεία τῶν ἀνθρώπων τῷ γένει ἀναγκαίως ἐπεισήχθη· σοφίαν παρὰ Θεοῦ λαβοῦσα, καὶ δυναστείαν · καὶ ἡ ὁμότιμος φύσις εἰς τὸ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι μερισθῆναι συνεχωρήθη. Ὅπως τῇ μὲν, τάσσῃ τοὺς νομίμως τοῖς θεσμοῖς τῆς φύσεως πειθομένους · τῇ δὲ, κολάζῃ δικαίως τοὺς εἴκειν τούτοις δι' αὐθάδειαν γνώμης μὴ βουλομένους · καὶ τὴν δικαιοσύνην ἐντεῦθεν πᾶσι χαρίζηται, πόθῳ καὶ φόβῳ βραβευομένην · δι' ἧς τὸ ἀνώμαλον τῆς τοῦ καθ' ἕκαστον γνώμης ἀπογενόμενον, τὸ ἐν πᾶσι τῆς φύσεως ἴσον γαληνόν τε καὶ ἥμερον λαμπρῶς διαδείκνυται. Ὅπερ οὐκ ἂν ἐγεγόνει ποτὲ, μὴ τοῦ φόβου κολάζοντος τὴν ἄφρονα τῶν πολλῶν πρὸς ἀτοπίαν ὁρμὴν, καὶ βίᾳ πρὸς τῶν σωφρόνων δι' ἀπειλῆς ἄγοντος γαληνότητα. Ὃ γὰρ πέφυκε λόγος τοὺς σώφρονας πείθειν ἑκουσίως ἀσπάζεσθαι, τοῦτο στέργειν ὁ φόβος τοὺς ἄφρονας εἰωθὲν ἀκουσίως βιάζεσθαι.

Διὰ ταύτην ἐγὼ τὴν αἰτίαν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων παρεισελθεῖν τὴν βασιλείαν συγχωρηθῆναι μεμάθηκα, καὶ ἀποδέχομαι τὸν λόγον ὡς ἀληθῆ, καὶ τῆς αἰτίας διδάσκαλον. Εἰ δέ τις καὶ ἕτερος ταύτης λόγος καθέστηκεν αἴτιος κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, τοῦτον εἶναι μόνοις ἡγοῦμαι ληπτὸν τοῖς καθαροῖς τὴν διάνοιαν. Πλὴν δ' ὅμως, οὐδ' οὗτος τοῦ σκοποῦ τῆς θείας ὁλοσχερῶς ἀπᾴδει Γραφῆς. Κἀκείνη γὰρ παραιτησαμένοις ἀνθρώποις τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, συγχωροῦντα τὸν Θεὸν ἀφηγεῖται, κἂν ὑφ' ἑαυτῶν βασιλεύεσθαι · ἵνα μὴ τὸ ἄτακτον τῆς ἀναρχίας πολυαρχίαν ἐργάσηται καὶ στάσιν φθοροποιὸν ἐντεῦθεν τῷ παντὶ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐνεργάσηται, μηδενὸς τὴν αὐτῶν ἐπιμέλειαν κατὰ θείαν ψῆφον πεπιστευομένου · καὶ λόγῳ μὲν τάσσοντος τοὺς διὰ λόγου παιδαγωγουμένους πρὸς ἡμερότητα · δυναστείας δὲ φόβῳ κολάζοντος, τοὺς τὴν πονηρίαν τεχταίνοντας · καὶ τὸ ἔμφυτον τῆς γνώσεως ἀγαθὸν γνωμικῶς τοῖς παρὰ φύσιν τρόποις ἐφ' ἑαυτῶν διαφθείροντας.

Ὅστις οὖν βασιλέων, τοῦτον οὕτω φυλάξαι τὸν νόμον τῆς βασιλείας ἐσπούδασε, Θεοῦ δεύτερος ἐπὶ γῆς ἀληθῶς ἀναπέφανται, ὡς θείας βουλῆς πιστότατος ὑπουργὸς, καὶ τὸ βασιλεύεσθαι ὑπὸ Θεοῦ, βασιλεύειν ἀνθρώπων δικαίως λαχών. Ὅστις δὲ τοῦτον παρωσάμενος τὸν θεσμὸν, ἑαυτῷ βασιλεύειν πάντως διέγνω, καὶ οὐ Θεῷ, τἀναντία τούτοις εἰκότως ἐργάσηται · τυραννικῶς μὲν ἑαυτοῦ τοὺς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

ἀγαθοὺς ἐκτινάσσων, καὶ πάσης πόρρω τιθέμενος βουλῆς καὶ δυναστείας· νεωτερικῶς δὲ τοὺς πονηροὺς ἐπισπώμενος, καὶ πάσης αὐτοὺς κυρίους τῆς αὐτοῦ καθιστῶν ἐξουσίας· ὅπερ ἐστὶ τῶν κρατούντων τε καὶ κρατουμένων ἔσχατον ἀπωλείας βάραθρον. Ἡμῖν δὲ δοίη Θεὸς ἑκουσίως ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι, διὰ τῆς ἐκπληρώσεως τῶν ζωοποιῶν αὐτοῦ ἐντολῶν· καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν ἐπὶ γῆς βασιλεύοντας, ἀξίως τιμᾶν, ὡς φύλακας τῶν αὐτοῦ θείων διαταγμάτων.

A ab omnique procul consilio ac magistratu semovens; eos vero qui mali sint ac nequam, audaci temeritate asciscens, omnisque eos potentiæ suæ arbitros constituens: quod utique eorum qui imperant ac qui imperio reguntur extremum perditionis barathrum est. Præstet nobis Deus ut sponte ejus imperio regamur, ea ratione quod vivifica ejus mandata impleamus; eosque qui ex ejus rationibus super terram regnant, velut custodes divinarum ipsius constitutionum, digno honore colamus.

ΙΑ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἡγουμένην* [13], *περὶ ἀσκητρίας ἐξελθούσης τῆς μονῆς, καὶ μετανοησάσης.*

Οἱ τῆς ἀληθείας κήρυκες, καὶ τῆς θείας χάριτος γενόμενοι λειτουργοί, ὅσοι ἐξ ἀρχῆς μέχρις ἡμῶν κατὰ τοὺς ἑαυτῶν καιροὺς ἕκαστος τὸ σωτήριον ἡμῖν τοῦ Θεοῦ διεσάφησαν θέλημα, φασὶ, μηδὲν οὕτω θεῷ εἶναι φίλον τε καὶ ἐράσμιον, ὡς ἡ ἐκ μετανοίας ἀληθοῦς ἐπ' αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων ἐπιστροφή. Ὅπερ μάλιστα τῶν ἄλλων θειότερον ὑπάρχον δεῖξαι βουλόμενος ὁ θεαρχικὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Λόγος· μᾶλλον δὲ καὶ πρῶτον καὶ μόνον τῆς ἀπείρου ἀγαθότητος γνώρισμα, κατά τινα ἄῤῥητον συγκαταβάσεως τρόπον, διὰ σαρκὸς ἡμῖν ὁμιλῆσαι ἠξίωσεν, ἐκεῖνα καὶ δράσας καὶ παθὼν καὶ εἰπών, δι' ὧν ἔδει ἡμᾶς, ἐχθροὺς ὄντας καὶ πολεμίους καταλλαγῆναι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ τῆς μακαρίας ζωῆς ξενωθέντας, πρὸς αὐτὴν πάλιν ἐπαναχθῆναι. Οὐ μόνον γὰρ τοῖς θαύμασι τὰς νόσους ἡμῶν ἴασατο, καὶ διὰ παθημάτων τὰς ἀσθενείας ἀναλαβὼν, καὶ διὰ θανάτου ἀποδοὺς ὡς ὑπεύθυνος ὁ ἀναμάρτητος τὸ ἡμέτερον ὄφλημα τῶν πολλῶν καὶ φοβερῶν ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν ἐγκλημάτων· ἀλλὰ καὶ πολυτρόπως διδάσκων, ἵσους ἑαυτῷ γενέσθαι κατὰ τὴν φιλάνθρωπον ἕξιν, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους τελείαν ἀγάπην, βουλομένους βεβούληται. Διό τοι τοῦτο, *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους*, ἔφη, *ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν*. Καὶ, *Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες*. Καὶ, Ζητῆσαι, καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, ἐληλυθέναι. Καὶ, Πρὸς τὰ πρόβατα, τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ ἀπεστάλθαι. Καὶ τὴν βασιλικὴν ἀνασώσασθαι εἰκόνα, ὑπὸ τὴν δυσωδεστάτην τῶν παθῶν κόπρον γεγενημένην παραγεγονέναι, διὰ τῆς δραχμῆς παραβολικῶς παρῃνίξατο. Καὶ, *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι*. Διὰ τοῦτο τὸν λῃσταῖς περιπεσόντα, καὶ γυμνωθέντα πάσης περιβολῆς, καὶ ταῖς πληγαῖς ἡμιθανῆ γεγενημένον, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ καταδέσμοις ἀνέῤῥωσε· καὶ ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος ἀναβιβάσας, τῷ πανδοχεῖ παρατίθεται· καὶ τὰ πρὸς ἐπιμέλειαν ἀρκοῦντα δοὺς, ἐπηγγείλατο καὶ τὰ προσδαπανώμενα δώσειν ἐπανερχόμενος. Διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ ἀσώτου υἱοῦ τὸν πανάγαθον πατέρα ἐπικλιθῆναί (*p*) φησι, καὶ ἀσπασάμενον

XI. — *Ejusdem ad præpositam, de moniali quæ monasterio exierat, ac quam facti pœnituerat.*

Veritatis præcones, ac qui divinæ gratiæ ministri B exstitere; quotquot a principio ad nos usque suis quisque **256** temporibus salutarem nobis Dei voluntatem explicuere, nihil Deo sic charum sicque amori habitum aiunt, quam quod homines ex vera pœnitentia ad ipsum convertantur. Idque reliquorum maxime divinius ut ostenderet, divinum Dei ac Patris Verbum (quinimo, primum illud solumque infinitæ bonitatis insigne), nulla verborum vi explicabili demissionis modo, inque rem nostram inclinationis, nobiscum per carnem versari dignatum est; illa tum operatum, tum passum ac locutum, quibus decebat nos, cum inimici ac hostes essemus, Deo et Patri reconciliari; ac qui extranei a beata vita facti eramus, ad eam rursus revocari. C Non solum enim miraculorum vi morbos nostros sanavit; nostrarumque passionum infirmitatibus susceptis, ac mortis supplicio, velut ipse obnoxius esset, qui ab omni immunis culpa erat, nostro reddito debito, a multis nos atque tremendis delictis liberavit, verum etiam multiplici doctrina, ut pares ei efficiamur propensioris humanitatis habitu, perfectaque aliorum in alios charitate, consilium dedit. Idcirco clamabat: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam* [g]. Et: *Non opus est valentibus medico, sed male habentibus* [h]. Item, venisse ad quærendam ovem quæ perierat [i]. Præterea, missum se esse ad oves quæ perierant domus Israel [j]. Item, per drachmæ parabolam [k], venisse se ad recuperandam imaginem, quæ vi- D tiorum fetidissimo stercore obruta erat; paulo obscurius significavit. Et: *Amen dico vobis, gaudium est in cœlo* (et in terra) *super uno peccatore pœnitentiam agente* [l]. Ad hæc, cum qui in latrones inciderat, omnique indumento nudatus, atque ex plagis semivivus relictus fuerat, vino et oleo alligaturisque refocillavit; inque jumentum suum impositum, in stabulo curandum deponit; erogatisque quæ ad curam illius sufficerent, etiam si quid supererogatum esset, daturum se redeundo promisit [m]. Idcirco etiam revertenti filio prodigo incli-

[g] **Matth.** IX, 13. [h] ibid. 12. [i] Luc. XV, 4. [j] Matth X, 6. [k] Luc. XV, 8 seqq. [l] ibid. 7. [m] Luc. X, 30 seqq.

[13] **Videtur hæc, quam Photius Ἰανίαν appellat.**

NOTÆ.

(*p*) *Ἐπικλιθῆναι.* Sic Venet. Regio erat ἐπικληθῆναι, quod magis vitiosum. Sacer textus ἐσπλαγ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

natum patrem optimum ait, amplexumque per pœnitentiam ad se redeuntem, paternæ rursus gloriæ decore perornasse, nec eorum quæ prius commiserat, ei quidquam exprobrasse [n]. Eam ob rem, oviculam quæ ex divino centenario recesserat, in montibus ac collibus errantem inventam, non impellens ac minans, nec labore conficiens ad caulam **257** reduxit; sed humeris ipse suis impositam, reliquarum gregi incolumem miseranter reddidit [o]. Idcirco clamavit : *Venite ad me, omnes qui laboratis, et corde onerati estis, et ego reficiam vos* [p]. Et : *Tollite jugum meum super vos* [q]; nempe jugum vocans mandata, sive vitam evangelicis rationibus institutam : onus vero, quod pœnitentia grave habere videtur pauloque molestius : *Jugum enim meum*, inquit, *suave est, et onus meum leve* [r]. Rursusque divinam justitiam ac bonitatem docens, jubet, dicens : *Estote sancti* [s], *estote perfecti* [t], *estote misericordes, sicut Pater vester cœlestis* [u]. Et : *Dimittite, et dimittetur vobis*. Et : *Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, similiter et vos facite eis* [v]. Omninoque, ne sigillatim referens prolixiorem ducam epistolam, id causæ est, cur justificet meretrices quæ pœnitentiam agant, conversosque publicanos recipiat [x], ac Evangelii præcones constituat. Idcirco latrones confitentes, ac morte salutem redimentes, metu conciliat, unaque secum in paradisum inducit [y], ratas faciens futurorum bonorum promissiones. Propterea persecutores ex æmulatione furentes, ad sanam mentem reducit coercetque, ac sui loco gentium apostolos præficit atque ordinat [z]; ut nos humanitatem doceremur et mansuetudinem; ac nec facile ipsi peccantes desperaremus, nec in eos qui peccant nullo miserationis affectu, durique ad condolendum maneremus; qui Deum nobis exemplar factum haberemus.

Quod igitur hæc se ita reipsa habere docti sumus, Deique voluntatis esse, ut omnes homines salvi fiant, et ad veritatis agnitionem veniant [a]; unumque mirabilis ejus per carnem ad nos adventus principium ac argumentum, nostram ipsi salutem didicimus; præfidens vestram sanctitatem rogo, ipsas Dei ac Salvatoris nostri Christi vivificas passiones, quibus et redempti sumus e potestate tenebrarum, supplicationis loco obtendens. Credo enim te, quæ vera sis Filii Dei discipula, vitæ omni disciplina cultuque, viventem ac efficacem in temetipsa magistrum, ut quæ a puero tota illi adhæseris, portare; ut me etiam humili ac peccatore, nihilque tua dignum virtute habente,

A τὸν πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς μετανοίας ἀναδραμόντα, τῷ κάλλει τῆς πατρικῆς πάλιν καταχοσμῆσαι δόξης, οὐδοτιοῦν περὶ τῶν προτέρων μεμψάμενον. Διὰ τοῦτο τὸ τῆς θείας ἑκατοντάδος ἀποφοιτῆσαν πρόβατον, ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς πλανώμενον εὑρὼν, οὐκ ἐλαύνων, οὐδὲ μόχθῳ κατατρίβων πρὸς τὴν μάνδραν ἐπανήγαγε τῶν προβάτων· ἀλλὰ τῶν ὤμων ἐπιθεὶς τῶν ἰδίων, πρὸς τὰ σύννομα συμπαθῶς διεσώσατο. Διὰ τοῦτο, *Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι τῇ καρδίᾳ, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*, ἀνέκραγε. Καὶ, *Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς*· ζυγὸν λέγων, τὰς ἐντολάς· ἤγουν τὸν εὐαγγελικῶς εὐθυνόμενον βίον· φορτίον δὲ, τὸ δοκοῦν εἶναι τῆς μετανοίας ἐπίπονον· *Ὁ γὰρ ζυγός μου*, φησὶ, *χρηστὸς καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν*. Καὶ πάλιν θείαν B δικαιοσύνην καὶ ἀγαθότητα διδάσκων, παρακελεύεται λέγων· *Γίνεσθε ἅγιοι· γίνεσθε τέλειοι· γίνεσθε ἐλεήμονες· γίνεσθε οἰκτίρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος*. Καὶ, *Ἀφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν*. Καὶ, *Οὐα θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, ὁμοίως καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς*. Καὶ τὰ τοιαῦτα. Καὶ ἁπλῶς, ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγων μηκύνω τὴν ἐπιστολὴν, διὰ τοῦτο πόρνας δικαιοῖ μετανοούσας, τελώνας τε προσδέχεται ἐπιστρέφοντας, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου καθίστησι κήρυκας. Διὰ τοῦτο λῃστὰς ὁμολογοῦντας, καὶ τῷ θανάτῳ ὠνουμένους τὴν σωτηρίαν, διὰ τὸν φόβον συνεπάγεται [bb], καὶ εἰς τὸν παράδεισον ἑαυτῷ συνεισάγει, τῶν μελλόντων ἀγαθῶν πιστούμενος τὰς ἐπαγγελίας. Διὰ τοῦτο διώκτας μαινομένους, σωφρονίζει, διὰ τὸν ζῆλον, καὶ ἐθνῶν ἀποστόλους ἀνθ' ἑαυτοῦ χειροτονήσας, προβάλλεται· ἵνα ἡμεῖς μάθωμεν φιλανθρωπίαν καὶ ἡμερότητα· καὶ μήτε ῥᾳδίως ἑαυτῶν ἀπογινώσκωμεν ἁμαρτάνοντες, καὶ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας μὴ μένωμεν ἀσυμπαθεῖς καὶ ἀνάλγητοι· Θεὸν ἔχοντες τῶν γινομένων παράδειγμα.

Ἐπειδὴ οὖν ταῦθ' οὕτως ἐπ' αὐτῆς ἔχειν τῆς ἀληθείας, καὶ θέλημα Θεοῦ ὑπάρχειν τὸ πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἐλθεῖν ἀληθείας, ἐδιδάχθημεν· καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ θαυμαστῆς διὰ σαρκὸς ἐπιδημίας ἀρχὴν καὶ ὑπόθεσιν μόνην τὴν ἡμῶν σωτηρίαν εἶναι μεμνήμεθα· θαῤῥῶν αὐτῷ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, αὐτά σοι τὰ ζωοποιὰ παθήματα τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, εἰς ἐντρώθημεν τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, ἀνθ' ἱκετηρίας D προβαλλόμενος. Πιστεύω γὰρ σε γνησίαν οὖσαν μαθῆτιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, διὰ πάσης τῆς τοῦ βίου ἀγωγῆς, ζῶντα καὶ ἔμπρακτον ἐν ἑαυτῇ φέρειν τὸν διδάσκαλον, ἅτε δὴ ἐκ παιδὸς δι' ὅλου αὐτῷ προσχωρήσασαν· ἵνα καὶ δι' ἐμοῦ μεσίτου τοῦ ταπεινοῦ

[n] Luc. xv, 20 seqq. [o] ibid. 4-7. [p] Matth. xi, 28. [q] ibid. 29. [r] ibid. 30. [s] Levit. xi, 44. [t] Matth. v, 48. [u] Luc. vi, 36; Matth. v, 7. [v] Matth. vii, 12. [x] Matth. xxi, 31; ix, 9. [y] Luc. xxiii, 43. [z] Act. ix, 1 seqq. [a] 1 Tim. ii, 4.

[bb] Alter Reg. cod. συνεπάγει.

NOTÆ.

χνίσθη habet, *misertus est, misericordia motus est*; nec aliter ulli interpretum. Scripserit ergo Maximus σπλαγχνισθῆναι, quam vocem altera affini Antiquarius postea mutaverit. παραχληθῆναι, haud multum abluderet, quo pacatum filio patris animum eoque conciliatum, ac velut exoratum, primo ejus pœnitentis accessu significaret.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

καὶ ἁμαρτωλοῦ, καὶ μηδὲν ἔχοντος τῆς σῆς ἀρετῆς ἀ-
ξιάξιον, τιμήσῃς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ φιλάνθρω-
πον κένωσιν, καὶ προσδέξῃ μετανοοῦσαν, καὶ τοῖς
δάκρυσιν ἐκτακεῖσαν τήνδε τὴν ἀδελφήν. Πολλὴ γάρ
ἐστι καὶ ἄφατος ἡ συντριβὴ τῆς καρδίας αὐτῆς, καὶ
τοῦ πνεύματος ἡ ταπείνωσις, ἐπί τε τῇ ἁμαρτίᾳ ᾗ
πέπραχε, καὶ τῷ ἀφ' ὑμῶν χωρισμῷ, ὃν πέπονθεν.
Μὴ οὖν ἐξουδενώσῃς δούλη Θεοῦ εὐλογημένη, καρ-
δίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην, ἣν ὁ Θεὸς
οὐκ ἐξουδένωσεν· ἀλλ' οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, εὔ-
σπλαγχνός τε καὶ συμπαθὴς γενομένη, μίμησαι τὸν
δι' ἡμᾶς ἑκουσίως ὑπὲρ φιλανθρωπίας ἀποθανεῖν
καταδεξάμενον· καὶ προσδέξασθαι αὐτὴν καὶ ἀσπά-
σασθαι ἀξίωσον, καὶ κυρώσασι πρὸς αὐτὴν ἀγάπην
ἀνάσχου. Καὶ στήριξον αὐτὴν λόγοις καὶ ἔργοις φιλ-
ανθρωπίας καὶ ἡμερότητος, καὶ ἅρπασον τῶν χει-
ρῶν τοῦ τυράννου, καὶ τὰ γενόμενα αὐτῇ συντρίμ-
ματα κατάδησον συμπαθῶς· ἵνα μὴ πολὺ καταβ-
ρηθεῖσα τῇ λύπῃ, τῷ τῆς ἀπογνώσεως ἐμπαρῇ σκό-
λοπι· καὶ ἀπαιτηθῶμεν αἷμα ψυχῆς ἐξ ἡμῶν παρα-
θέσεως· ἢ τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν, προδοθεί-
σης τῷ ἐχθρῷ τῆς ζωῆς ἡμῶν, πρὸς τὸ ἔχειν ὑφ-
ήνιον εἰ ὅπερ ἂν καὶ βούλεται· ἣν ἔδει ζῆν διὰ τῆς
ἡμῶν μακροθυμίας καὶ ἠπιότητος· καὶ ἐγκληθῶ-
μεν δικαίως, ὡς τῶν θείων ἀμελήσαντες καὶ θελη-
μάτων καὶ παθημάτων. Ὁμοίως γάρ, κἂν εἰ σκληρὸς
ὁ λόγος, ἀλλ' οὖν ἀληθὴς, τὸ ἀγαθὸν τοῦ Θεοῦ ἀτι-
μάζουσι θέλημα, καὶ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ φιλάν-
θρωπον κένωσιν ἐξουδενοῦσιν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς,
οἵ τε μετανοεῖν οὐκ ἐθέλοντες, καὶ τοὺς μετανοοῦν-
τας μὴ προσδεχόμενοι· ὅτι ἀλλήλων ὀφείλοντες οἰ-
κειοῦσθαι τὰς συμφορὰς, διὰ τὴν ὁμοτιμίαν τῆς
φύσεως· οὐδ' αὐτὴν τὴν περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ ἀγα-
θότητα αἰδεσθέντες· εἰ μή τι ἄλλο περὶ τὸ ὁμόφυ-
λον μιμησάμενοι, διεδείχθημεν.

Ὡς οὖν γινώσκουσα, δούλη τοῦ Θεοῦ εὐλογημένη,
ὅτι ταῖς τῶν ψυχῶν ἡμῶν διαθέσεσιν ἡ θεία δεόντως
ἐφαρμόζεται δικαιοσύνη, τοιαύτη ἡμῖν γινομένη,
οἵους ἀλλήλοις ἑαυτοὺς πεποιήμεθα· καὶ τοιοῦτον
ἡμῖν αὐτοῖς τὸν Θεὸν καθιστῶσα, οἵους φθάσαντες
τοῖς ὁμοιοπαθέσιν ἑαυτοὺς διεθήκαμεν, μὴ ἀναβάλῃ
προσδέξασθαι ὑπτίαις χερσὶ τὴν σὴν ἱκέτην καὶ
δούλην· ἀλλ' ἀμελλητὶ θεομιμήτως διὰ πάσης σπου-
δῆς ἐπίθες τοῖς ὤμοις τὸ πρόβατον, καὶ πρὸς τὴν
ἀσφαλῆ μάνδραν συγκόμισον, καὶ τοῖς λύκοις ἀν-
άωτον πρὸς τὸ ἑξῆς διαφύλαξον· ἵνα καὶ αὐτὴ τοιού-
του τύχοις τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος
Χριστοῦ καὶ κριτοῦ τῶν ὅλων, κατὰ τὴν αὐτοῦ
φοβερὰν καὶ ὑπερένδοξον ἐπιφάνειαν, ἀποδώσοντός
σοι ὧν ἔσπειρας τοὺς αἰωνίους καρπούς. Οὗ καὶ
ἡμεῖς τύχοιμεν ἵλεω τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ φιλανθρω-
πίᾳ· εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τῆς Δεσποίνης ἡμῶν,
τῆς πανενδόξου Θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων
αὐτοῦ. Ἀμήν.

intercessore, ejus pro nobis humanissimam exinanitionem honores, **258** hanequc adeo sororem pœnitentem, atque lacrymarum vi extabescentem admittas. Ingens enim ineffabilisque ejus cordis contritio est ac spiritus humilitas, tum ejus quod commisit delicti nomine, tum ejus pœnæ, cui se obnoxiam fecit, a vestra sejuncta sodalitate. Ne ergo, ancilla Dei benedicta, cor contritum et humiliatum despexeris [b], quod Deus non despexit, sed miserans ac pietate impensa indolescensque, ejus te æmulam præbe, qui pro nobis sponte mortem suscepit, præ summa in nos humanitate et clementia ac miseratione; eamque, quæso, recipias ac amplexeris, nec cum ea charitatem firmare renuas [c]. Ipsam benignis placidisque verbis factisque confirmans, e tyranni manibus erue, ejusque miseranter contritiones alliga [d]; ne scilicet gravioni tristitia depressa, desperationis se sude transfigat [e]; exigaturque a nobis sanguis animæ, quam despeximus; vel, ut verius loquar, quam vitæ nostræ hosti prodidimus, qui eam, quocunque velit, illi mancipatam agat: cum par esset, longa nostra patientia ac lenitate ipsam vivere; meritoque simus rei peragendi, ut qui divinas spreverimus cum voluntates, tum passiones. Pariter enim (etsi durus sermo est, quanquam ipse apprime verus) bonam Dei voluntatem, benignissimamque nostri causa illius exinanitionem, ad ipsos quod attinet spretim habent ac dedecorant, qui ipsi pœnitere nolunt, et qui ipsi ut pœnitentes recipiant, haudquaquam in animum inducunt. Quod nimirum, cum alii aliorum, ob ipsam naturæ æqualitatem, ærumnas malaque deberemus nostra deputare; ne ipsa quidem Dei erga nos bonitatis reverentia duci comprobemur, nisi quid aliud erga genus necessitudine nobis conjunctos æmulati fuerimus.

Ut igitur quam non lateat, ancilla Dei benedicta, animorum nostrorum affectibus divinam convenienter aptari justitiam, talem scilicet se nobis exhibentem, quales alii aliis nos exhibuerimus; talemque nobis ipsis Deum præsfare, quales ipsi priores erga simili nobis sorte mortales ac obnoxios animi affectu fuerimus, ne cunctetis supinis manibus supplicem tuam ancillamque suscipere: sed nulla mora, Dei æmula alacritate, ovem humeris impositam ad tutam caulæ stationem reportans, ab omni postmodum luporum immunem injuria serva; ut et **259** ipsa Deum ac Salvatorem Christum omniumque judicem benignum nanciscaris in tremenda ac supraquam gloriosa ejus apparitione, reddentem æternos fructus eorum, quæ seminaveris: nosque adeo illio propitio utamur, ejus gratia et benignitate, precibusque et intercessione Dominæ nostræ gloriosissimæ Dei Genitricis, omniumque sanctorum ejus. Amen.

[b] Psal. L, 19. [c] II Cor. II, 8. [d] Psal. CXLVI, 3. [e] II Cor. II, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Marg. οὕτω Θεός σοι, καθὰ τὸ τῷ πλησίον. *Sit tibi Deus, qualis tu ipse proximo fueris.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

XII. — *Ejusdem, ad Joannem cubicularium, de rectis Ecclesiæ Dei decretis ; et adversus Severum hæreticum.*

Operæ pretium ratus (Deo charissimi ejusque præsidio tuti) quidquid ad me rerum vestrarum venerit, nihil subtrahere, quominus vobis annuntiem (id enim vera nostræ charitatis lex et legislator, veraque ipsa charitas, Christus jubet alios aliis per nos ipsos conciliari, nostraque ipsa aliorum ducere docens), hanc ad te epistolam exaravi; ut nempe denuntiarem atque monerem, venisse huc mense Novembri hujus quam agimus quintæ decimæ indictionis, Theodorum quemdam nomine Cancellarium, virum revera ingenuum, nec illiberalibus moribus, ut quidem ex aspectu gestuque conjicere licuit, litteras afferentem a communi nostra domina Deo charissima ejusque tuta præsidio, Patricia, uti aiebat, exaratas, ad benedictum Dei servum, hujusce provinciæ clarissimum præfectum ; eo nomine, ut quæ hic habitant sanctimoniales, tum scilicet monasterii matris spiritalis Joannæ ab Alexandria, tum ejus monasterii, quod Sacerdotis vocant, quæ Severi sectæ sunt, dimitterentur. Severi, inquam, qui tanta adversus veritatem usus est mendacii insania ac abundantia, ut et hactenus negotium facessere sanctæ Dei Ecclesiæ, illique incommodare sufficiat. Nulli vero alii ab ullo prorsus alio virorum senatorii ordinis atque principum, qui illic Deo charissimæ ejusque præsidio tutæ Patriciæ ministerio addicti sunt, ne ad nudam quidem syllabam detulit. Quamobrem etiam atque etiam miratus sum cum aliis multis, mecum ipse hæsitans, quænam 260 ratio cur Deo charissimus ejusque præsidio tutus dominus meus nihil mihi per eum significare dignatus sit; ingensque murmur, ut par est, soletque in ejusmodi contingere, ut nostis, domine, inter fideles ex ejusmodi litteris percrebuit, parumque abfuit quin clarissimæ dominæ nostræ Patriciæ veneratio omnis ac cultus in catholica Dei Ecclesia obsolesceret; cunctosque Afrorum hanc regionem colentes, occupatis opinionibus probe de illa ejusque pietate sentientes ea res concussisset, nisi quem dixi clarissimus præfectus, convenientissimo illius prudentiæ commento, falsas esse litteras ac spurias ubique divulgasset, adversusque Cancellarium indignabundum prætulisset. Detectisque per istiusmodi occasionem litterarum Alexandrinis Syrisque hæreticis, uti par erat usus est, aliis eorum in carcerem conjectis, aliis etiam plagis emendatis; dicendo, non ea

IB'. — *Τοῦ αὐτοῦ, πρὸς Ἰωάννην κουβικουλάριον (q), Περὶ τῶν ὀρθῶν τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ δογμάτων καὶ κατὰ Σευήρου τοῦ αἱρετικοῦ.*

B ἢ δύο Υἱούς. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο πανταχοῦ καὶ νοεῖν καὶ φρονεῖν καὶ διδάσκειν καλῶς ἔγνω ὁ μακάριος Κύριλλος, οὐκ ἂν τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν μὴ ἀνῃρῆσθαι διὰ τὴν ἕνωσιν ἔφασκεν · οὐκ ἂν ἄλλο καὶ ἄλλο, καὶ ἕτερον καὶ ἕτερον, καὶ τοῦτο κἀκεῖνο, καὶ ἄμφω τὸν ἕνα Χριστὸν, καὶ ἀσυγχύτους μεμενηκέναι τὰς φύσεις ἐδίδασκεν. Οὐκ ἂν μὴ μεταπεφοιτηκέναι εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν τὸν Λόγον, ἢ τὴν σάρκα εἰς τὴν αὐτοῦ τοῦ Λόγου φύσιν μὴ μεταβεβληθῆναι ἐδόξαζεν. Οὐκ ἂν τὰς εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ Κυρίου φωνὰς τοὺς θεηγόρους ἄνδρας ἐγίνωσκε, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας, ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου · τὰς δὲ διαιροῦντας, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων. Οὐκ ἂν τὸ ὅλον, τουτέστι τὸν Χριστὸν, μίαν εἶναι
C φύσιν λέγειν παῤῥητεῖτο, εἴπερ εὐσεβὲς τοῦτο ἡπίστατο. Οὐκ ἂν ὡρίζετο μηδὲν ἄλλο τὴν ἀνθρωπίαν εἶναι φύσιν, πλὴν σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης · διὰ τούτου τελείαν εἶναι διαβεβαιούμενος ἐν Χριστῷ καὶ τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος. Οὐκ ἂν διὰ τοῦ ἐπάγειν τὸ *Σεσαρκωμένην*, τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας τὴν δήλωσιν εἰσκομίζεσθαι ἔφασκεν. Οὐκ ἂν ὀρθῆς δόξης εἶναι σημαντικὸν, τὸ λέγειν δύο φύσεις ἡνωμένας ἀδιαιρέτως, ὅτ' ἂν μὴ κατὰ τὸν Νεστορίῳ δοκοῦντα τρόπον κακούργως προφέρηται ἡ φωνὴ, διωρίζετο. Οὐκ ἂν τοιαῦτα, ἀλλὰ μυρία λέγων, ὡς τοῖς φιλοπόνοις δῆλον ἐκ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, ἐφαίνετο.

D Πόθεν οὖν, κἀκ τίνων τῶν διδασκάλων, τὰς ἐπὶ Χριστοῦ, ἐξ ὧν καὶ ἔστι, σωζομένας; μετὰ τὴν ἕνωσιν καὶ κατ' αὐτοὺς, ὥς φασι, δύο φύσεις, μὴ δεῖν εὐσεβῶς ὁμολογεῖσθαι παρὰ τῶν πιστῶν παραστήσουσιν; Οὐδεὶς γὰρ οὐδαμῶς τῶν ἐγκρίτων διδασκάλων τοῦτο θεσπίσας εὑρίσκεται· τοὐναντίον μὲν οὖν πάντες καὶ εἶπον, καὶ λέγειν τοὺς πιστοὺς διὰ τῶν ἰδίων ἐδίδαξαν φωνῶν · εἰ μὴ ἄρα συνήθως ἐκ παῤῥίας πλασάμενοι τὰ δοκοῦντα, ὡς ἑνὸς τῶν Πατέρων ἁπάντων ἕνεκεν τῶν ἀκεραιοτέρων, τὸ πλάσμα προβάλλοιντο. Ἀλλ' οὗτοι, ὡς ἔοικεν, αἰσχύνην ἡγούμενον τὸ πείθεσθαι, καὶ τὴν εἰς πλανήσαντας αὐτοὺς ἐξ ἀρχῆς ἀνθρώπους προσπάθειαν τῆς θείας ἀγάπης

[60] Epist. 2 ad Succes., p. 145.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

προκρίνοντες, καὶ τοῦ εὐσεβεῖν τὸ φιλόνεικον προτιμῶντες, καὶ τοῦ τιμᾶσθαι ὡς ἱερεῖς παρὰ τῶν ἀνθρώπων, οἷς τὴν ἀπάτην διὰ τοῦ καθ' ἡμῶν ψεύδεσθαι τὰ μὴ ὄντα προσάγουσι· καὶ τῶν κακῶν κακοῦ ἀντιλαβεῖν, τῆς ἀπάτης λέγω μισθὸν τὰ φθειρόμενα, τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῇ ὁμονοίᾳ τῆς πίστεως ἀποδοχὴν τε καὶ τιμὴν κατωτέραν ποιούμενοι, τοῦ πολεμεῖν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἀφιστᾷν αὐτῆς ἐπιχειρεῖν, οὐ παύονται ὅσους ἂν δύνανται. Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος, τέκνα ὄντας γνήσια τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ἐν ᾗ φωτισθέντες διὰ τῆς τοῦ θείου λουτροῦ ἀναγεννήσεως, υἱοθετηθῆναι Θεῷ ἐν Πνεύματι ἠξιώθητε, στέλλεσθαι ἀπὸ τῶν τοιούτων, μνημονεύοντας τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Παύλου γράφοντος Ῥωμαίοις τὸν τρόπον τοῦτον· *Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοί, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ· καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων.* Καὶ πάλιν περὶ τούτων αὐτῶν, ταραχὰς τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ κινεῖν εἰθισμένων Κορινθίοις ἐπιστέλλοντος τάδε· *Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς Ἀποστόλους Χριστοῦ. Καὶ οὐ θαῦμα· αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. Οὐ μέγα οὖν εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης· ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.* Τούτων δὲ αὐτῶν τὸ τῆς γνώμης δολερὸν, καὶ τοῦ τρόπου τὸ ὑπόκλοπον ἐν Εὐαγγελίοις γὰρ ὁ Κύριος αἰνιττόμενος προανεφώνησε, τοὺς πιστοὺς οἷον ἀσφαλιζόμενος, λέγων· *Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων· ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.* Περὶ τούτων δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ἅγιος Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἐν τῇ πρώτῃ αὐτοῦ καθολικῇ, νηφαλιωτέρους τοὺς εὐσεβεῖς ἐργαζόμενος, φησὶν, *Ἀγαπητοὶ μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύητε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα, εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰσιν· ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον. Ἐν τούτῳ γινώσκετε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι. Καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ οὐχ ὁμολογεῖ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ Ἀντιχρίστου, ὃ ἀκηκόατε ὅτι ἔρχεται· καὶ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ἐστίν.*

Τούτων ἀεὶ μνημονεύοντας τῶν λόγων, αἰτούμενος, ὑμᾶς, εὐλογημένοι, τῆς εὐσεβείας, ἧς οὐδὲν ἀνθρώποις πρὸς τὸ φιλιωθῆναι Θεῷ οἰκειότερον, διὰ πάσης προσοχῆς καὶ ἐπιμελείας ἔχεσθαι βούλομαι πάντας πάσῃ δυνάμει ἀποστρεφομένους, τοὺς μὴ δεχομένους τὰ εὐσεβῆ τῆς Ἐκκλησίας καὶ σωτήρια δόγματα· καὶ μάλιστα μαθόντας τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου διδασκαλίας εἶναι, Τὸ μὴ ἐν σαρκὶ ὁμολογεῖν τὸν Κύριον

errore abacti sunt, procliviorem affectum dilectioni divinæ anteponant, plurisque contentionem quam pietatem ducant; præque eo, ut tamquam sacerdotes populorum votis honorentur, quibus adversum nos falsa comminiscentur errorem intrudunt, malumque pro malo, erroris mercede (peritura scilicet ac terrena) recipiant, laudem a Deo atque honorem pro concordia fidei minoris æstiment; nullum oppugnandæ veritatis faciunt finem, ac quantos possunt omnibus viribus ab ea incessanter avertunt. Quocirca minimus ego obsecro vos, qui sanctæ apostolicæ Ecclesiæ veri liberi sitis, in qua per divinum regenerationis lavacrum illuminati, adoptionem in Spiritu a Deo consequi meruistis, ut a talibus vos abstrahatis, animo recolentes sanctum Paulum apostolum, dum in hæc verba ad Romanos scribit: *Rogo vos, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et offendicula, præter doctrinam, quam vos accepistis, faciunt; et* **284** *declinate ab illis. Hujuscemodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: et per blandiloquentiam et assentationem, seducunt corda innocentium* [r]. Dumque rursus de his ipsis qui turbas Ecclesiæ Dei ciere solent, ita ad Corinthios scribit: *Nam istiusmodi pseudoapostoli, operarii dolosi sunt, transfigurantes se in apostolos Christi. Atque haud mirum, ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis. Non igitur magnum est, si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ, quorum finis erit secundum opera eorum* [s]. Sed et horum ipsorum dolosum animum moresque fraudulentos ipse Dominus in Evangeliis subnotans, atque ab eis fidelibus cavens sic pronuntiavit: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos* [t]. Sed et sanctus Joannes evangelista in prima sua Epistola catholica, ad majorem fideles vigilantiam provocans ac sobrietatem, ait: *Charissimi, nolite omni spiritui credere; sed probate spiritus, si ex Deo sint; quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Per hoc cognoscite spiritum Dei. Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est. Et omnis spiritus, qui non confitetur Dominum Jesum Christum in carne venisse, Dei non est: et hic est ille Antichristi, de quo audistis, quia venit; et nunc jam in mundo est* [u].

Horum vos semper memores verborum rogans, benedicti, ut omni attentione ac diligentia pietatem, ac quod rectæ fidei sit, colatis, qua nihil arctiori amicitiæ vinculo homines Deo conciliet, etiam atque etiam volo; ita ut omni omnes virtute aversemini, qui pia ac salubria Ecclesiæ dogmata non recipiunt: in primis autem, cum Antichristi doctrinæ esse didiceritis, non confiteri Dominum no-

[r] Rom. xvi, 17, 18. [s] II Cor. xi, 13-15. [t] Matth. vii, 15, 16. [u] I Joan. iv, 1-3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sirum ac Deum Jesum Christum in carne [v], quemadmodum magnus evangelista Joannes diserte clamat: quod plane, qui modo Dei Ecclesiam infestis signis petunt, aperte profitentur, naturam carnis negantes, quod eam in Christo incolumem esse ac vere existere confiteri non sustinent: quodque miserabilius est, sive, ut verius loquar, prefractoris dementiæ, adversus 285 Deo opinionis præcones se et antesignanos non horrent præficere. Illi enimvero, qui sic sponte fide nutare atque errare in animum induxerunt, dignum dementiæ suæ fructum decerpunt; quod eorum impietas cunctis facile deprehensa arguatur.

A ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς ὁ μέγας εὐαγγελιστὴς διαῤῥήδην βοᾷ Ἰωάννης· ὅπερ οἱ νῦν τῇ τοῦ Θεοῦ καλεμπόνοις Ἐκκλησίᾳ προφανῶς κατεγγέλλουσι, τὴν φύσιν τῆς σαρκὸς ἀναιρούμενοι, τῷ μὴ ὁμολογεῖν ἐν Χριστῷ σώζεσθαί τε καὶ εἶναι αὐτὴν ἀνέχεσθαι· καὶ οὕτε φρίττουσι, τὸ ἀλεεινότερον, ἢ θρασύτερον, εἰπεῖν εἰκαιότερον, τῇ Θεῷ ἀντικειμένης δόξης κήρυκες ἑαυτοὺς προβαλλόμενοι. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὕτω διακεῖσθαι ἐπισφαλὲς κατὰ τὴν εἰκότην τρεπόμενοι, ἄξιον τῆς αὐτῶν ἀρτίπους ἀνοίας καρπὸν· τὸ παρὰ πᾶσιν εὐφώρατον κεκτῆσθαι τῆς ἀσεβείας ἔλεγχον.

Brevis expositio acceptionis vocum fidei, quas in Christo ex Ecclesiæ catholicæ sensu, rite confitemur.

Ἔκθεσις σύντομος τῆς ἐκδοχῆς τῶν ὀρθῶς ἐπὶ Χριστοῦ κατὰ τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν ὁμολογουμένων τῆς πίστεως φωνῶν.

B

Nos autem, Deo auspice ac duce, qui divina unaquaque ecclesiasticæ doctrinæ herba pascamur, pietatis decus habentes inviolabile, quas omnes pie in Christo pias Patres voces promulgarunt, coram Deo et hominibus libere confitemur; sic nimirum ut pie singulas intellectu, ac que decet ratione, expendamus ac accipiamus; prout scilicet olim a majoribus ac initio ab iis qui gratiæ ministri exstiterunt, salutarem fidei doctrinam, iisque instituteribus, hausimus. Confitemur igitur Dominum nostrum Jesum Christum ex duabus naturis (quippe ex deitate et humanitate) compositum: inque duabus naturis, ut qui in deitate et humanitate eum esse noscamus. Quemadmodum enim eum ex duabus naturis esse dicimus, esse eum ex deitate et humanitate scatimus; sic et cum dicimus esse in duabus naturis, esse illum in deitate et humanitate merito significamus; quippe a neutra naturarum, ex quibus consistit, ac velut conflatus est, post unionem sejunctum; sed qui in eis, ex quibus etiam semper est, et existat, et noscatur. Duas autem naturas in persona indivise unitas cum rursus confitemur, ut qui eumdem vere Deum et hominem (ita nanc ut nomina vere rebus respondeant) credamus. Sicut enim Dei Filium et Deum natura ac veritate, et esse eum credimus, et nuncupari, ob eamdem ejus cum Deo ac Patre substantiam; sic et Filium hominis, factumque hominem, et esse et vocari natura ac veritate eumdem dicimus, ob naturalem carne, cum ea cujus partu effusus est, cognationem. Nisi enim eum duas naturas, velut Deum simul et hominem; confitebimur, ex nudis cum nominibus, non ex rebus compositum, dicere arguemur; nec esse revera, quod per nomina esse significatur. Ita sane, ut quod ad illos spectat, nihil vetet, 286 quominus cui blasphemare propositum sit, nihil esse quod Christiani adoramus, quodve colimus, statuat atque doceat: quod omnis impietatis exsuperantiam modumque longe excedit.

Ἡμεῖς δὲ σὺν Θεῷ φέπτι, οἱ τὴν θείαν καὶ παιδαρὰν τῆς ἐκκλησιαστικῆς διδασκαλίας πόαν νεμόμενοι, ἀκαθαίρετον ἔχοντες τῆς εὐσεβείας τὸ κλέος, πάσας εὐσεβῶς τὰς εὐσεβεῖς ἐπὶ Χριστοῦ τῶν Πατέρων φωνὰς, ὁμολογεῖν ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων παῤῥησιαζόμεθα, μετ' εὐσεβοῦς ἑκάστην ἔννοιας καὶ λογισμοῦ τοῦ πρέποντος ἐκλαμβάνοντες· καθὼς ἄνωθεν καὶ ἐκ' ἀρχῆς διὰ τῶν γενομένων λειτουργῶν τῆς χάριτος, τὸν σωτήριον τῆς πίστεως κατηχήθημεν λόγον. Ὁμολογοῦμεν τοίνυν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ δύο μὲν φύσεων, ὡς ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος συγκείμενον· ἐν δύο δὲ φύσεσιν, ὡς ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι ὄντα γινώσκοντες. Ὥσπερ γὰρ ἐκ δύο φύσεων λέγοντες, τὸ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος αὐτὸν εἶναι δοξάζομεν· οὕτω καὶ ἐν δύο φύσεσι λέγοντες, τὸ ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι εἰκότως αὐτὸν ὑπάρχειν σημαίνομεν· ὡς μηδαμοῦ κεχωρισμένον μετὰ τὴν ἕνωσιν τῶν ἐξ ὧν συνέστηκε φύσεων, ἀλλ' ἐν αὐταῖς, ἐξ ὧν καὶ ἔστιν ἀεὶ, καὶ ὄντα καὶ γνωριζόμενον. Δύο δὲ φύσεις καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένας ἀδιαιρέτως πάλιν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν, ὡς Θεὸν ἀληθῶς τὸν αὐτὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον, οἴονεὶ ἐπαληθεύοντα τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα πιστεύοντες. Ὡς γὰρ Υἱὸν Θεοῦ καὶ Θεὸν φύσει αὐτὸν καὶ ἀληθείᾳ, καὶ ὄντα καὶ λεγόμενον πιστεύομεν, διὰ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τῆς οὐσίας ταυτότητα· οὕτω καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ ἄνθρωπον γενόμενον εἶναί τε καὶ λέγεσθαι αὐτὸν φύσει καὶ ἀληθείᾳ φαμὲν, διὰ τὴν πρὸς τὴν τεκοῦσαν αὐτὸν φυσικὴν κατὰ σάρκα συγγένειαν. Εἰ γὰρ μὴ δύο φύσεις αὐτὸν, ὡς Θεόν τε ἅμα καὶ ἄνθρωπον ὁμολογήσομεν, ἐκ φαλῶν ὀνομάτων καὶ οὐχὶ πραγμάτων συνεστάναι αὐτὸν λέγοντες ἐλεγχθησόμεθα· καὶ οὐκ ὄντα κατ' ἀλήθειαν, ὅπερ εἶναι διὰ τῶν ὀνομάτων σημαίνεται. Ὡς καὶ μηδὲν εἶναι λοιπὸν δύνασθαι, κατ' αὐτοὺς ἐκείνους εἰπεῖν ὑποτίθεσθαι τὸν βλασφημεῖν προαιρούμενον, τὸ ἡμῖν προσκυνούμενόν τε καὶ λατρευόμενον, ὅπερ πάσης ἀσεβείας ὑπερβολὴν ὑπερβέβηκε.

Διόπερ μὴ ὑπαγθῆναι βλασφημίας ἐγκλήμασι

Nos itaque cavendo ne nos blasphemiæ crimine

[v] I Joan. IV, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φώττόμενοι, οὐ παυόμεθα ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν ἐκ δύο φύσεων, ὡς ἐκ θεότητος, καθὼς εἴρηται, καὶ ἀνθρωπότητος· καὶ ἐν δύο φύσεσιν, ὡς ἐν θεότητι. καὶ ἀνθρωπότητι· καὶ δύο φύσεις, ὡς Θεόν τε ὁμοῦ τὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ ἄνθρωπον πιστεύοντες· ὅτι μὴ ἐκ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῦτα· οὐδὲ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ἐκ μερῶν ὅλον, καὶ ὅλον ἐν μέρεσι· καὶ διὰ τῶν μερῶν ὅλον ὄντα γινώσκοντες. Εἰ γὰρ αὐτὸς τοῖς οὖσι τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τὴν πρὸς διαμονὴν ἐχαρίσατο δύναμιν, πρὸς τὸ μὴ φύρεσθαι ἀλλήλοις τὰ εἴδη καὶ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα, ἀλλὰ μένειν ἕκαστα καθ' ὃν παρ' αὐτοῦ γεγένηνται λόγον· ὥστε δύνασθαι ἐκ τῆς κατὰ τὴν φυσικὴν ἑκάστων ἰδιότητα παγιότητος, τὸν πάνσοφον καὶ ἐπιστήμονα τοῦ παντὸς γενεσιουργὸν καὶ ταξιάρχην, τοὺς τῶν θείων ἐπιμελεῖς φιλοθεάμονας, ὡς ἐφικτὸν, ἐνοεῖν· πολλῷ μᾶλλον ἐν ἑαυτῷ τὴν ἑαυτοῦ ἀπειρόδυναμον πιστώσηται δύναμιν· ὅπερ ἦν διαμένων, καὶ γενόμενος ὅπερ οὐκ ἦν· καὶ ὅπερ γέγονεν οὐκ ἀρνούμενος μετὰ τοῦ μένειν ὅπερ ἦν, τῷ ὑπάρχειν ἐνελλιπῶς τε καὶ ἀτρέπτως ἀμφότερα.

innectamus, non cessamus ex duabus Christum naturis confiteri (quippe ex deitate, uti dictum est, et humanitate) inque duabus naturis (tanquam scilicet in deitate et humanitate) duasque naturas (ut qui Deum simul et hominem eum esse credamus) quod nimirum, non ex his solum, sed hæc etiam; neque hæc tantum, sed et in his, velut ex partibus totum, totumque in partibus, et per partes (partium scilicet ratione) totum eum cognoscamus. Siquidem enim ipse rebus ut essent, dedit, vimque ad perennitatem concessit, ne species aliæ aliis miscerentur, exque aliis in alias mutarentur; sed res singulæ, qua ratione ab eo conditæ sunt, sic manerent: ita nimirum, ut ex earum sigillatim naturalis proprietatis firma fixaque ratione, sapientissimum solertissimumque universi hujus auctorem illiusque ordinis institutorem, divinarum rerumque seduli indagatores, quoad concessum mortalibus est, animo possint cogitare; potiori longe ratione in seipso suam ipse infinitæ potentiæ vim astruet; id nimirum quod erat, perseverans, factusque quod non erat, nec quod factus est, negans, manendo quod erat: quod scilicet nullo desiderato immutabiliterque utrumque exsistat.

Καὶ μίαν δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν νοεράν τε καὶ λογικὴν λέγομεν εὐσεβῶς, διὰ τοῦ ἐπάγειν τὸ *Σεσαρκωμένην*, τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας τὴν δήλωσιν εἰσκομίζοντες. Περίφρασις γάρ ἐστιν ἐν ταυτῷ καθ' ἕνωσιν, δι' ὀνόματος καὶ ὅρου τὰς δύο φύσεις ἐμφαίνουσα· ὀνόματος μὲν, *Τῆς μιᾶς τοῦ λόγου φύσεως*, τῆς τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας μετὰ τοῦ ἰδίου τῆς ὑποστάσεως σημαινούσης· ὅρου δὲ τῆς ἀνθρωπίνης, ὡς αὐτός φησιν ὁ διδάσκαλος [1] *Τί γάρ ἐστιν ἀνθρωπότητος φύσις, πλὴν ὅτι σὰρξ ἐψυχωμένη νοερῶς*. Ὥστε ὁ λέγων μίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, μετὰ σαρκὸς ἐμψύχου εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον δηλοῖ, ἕτερόν τι πάντως κατὰ τὴν οὐσίαν παρὰ τὸν Θεὸν Λόγον οὖσαν τὴν σάρκα νοῶν, ὅ γε ἀληθὴς τῆς εὐσεβείας μαθητὴς καὶ ἀνόθευτος. Καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν δὲ λέγοντες ἕνωσιν, εἰς μίαν ὑπόστασιν τῶν φύσεων γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν νοοῦμέν τε καὶ ὁμολογοῦμεν· ὡς μηδεμιᾶς καθ' ἑαυτὴν τὸ σύνολον ἢ οὔσης, ἢ νοουμένης, ἀλλὰ μετὰ τῆς συγκειμένης καὶ συμπεφυκυίας· οὐδ' ἂν πάλιν κατὰ τὸν οὐσιώδη λόγον πρὸς τὴν ἄλλην φυρείσης, ἢ καθ' ὁτιοῦν τῆς φυσικῆς τελειότητος παθούσης ἐκ τῆς ἑνώσεως μείωσιν. Καὶ πάλιν τὴν φυσικὴν ἕνωσιν ἀντὶ τοῦ ἀληθῆ λέγειν ὁμολογοῦμεν, καθὼς ὁ ἅγιος αὐτὸς Κύριλλος ταύτας τὰς φωνὰς καὶ εἶπε καὶ ἐξηγήσατο· καὶ οὐ πρὸς ἀναίρεσιν τῶν ἐξ ὧν ἐστιν ὁ Χριστὸς δύο φύσεων μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἢ μιᾶς αὐτῶν, καθὼς Ἀπολιναρίου, Εὐτυχοῦς τε καὶ Σεύηρος, Σίμωνι μάγῳ, Οὐαλεντίνῳ τε καὶ Μάνεντι ἀκολουθήσαντες ἐκδεδώκασιν, ὡς ἔστι τοῖς βουλομένοις εὐχερὲς, ἐκ τῶν Σευήρου αὐτοῦ συγγραμμάτων πρὸς τοὺς ὀνομασθέντας ἀσεβεῖς ἄνδρας, κατὰ τὴν συμφωνίαν τῶν λόγων, τὴν τῶν δογμάτων κατιδεῖν

Sed et *Unam Dei Verbi naturam incarnatam* pie dicimus; carne scilicet anima intelligente prædita ac utente ratione: idcirco nimirum quod *Incarnatam* addimus, humanam clare substantiam insinuantes. Est enim circumlocutio, qua simul secundum unionem, per nomen ac terminum duæ naturæ significentur. Ita nimirum, ut nomen quidem, *Una Dei Verbi natura* communem substantiam cum propria persona significet; terminus vero, *incarnata*, humanam, uti ipse Cyrillus ait: « *Quid enim est humanitatis natura, nisi caro intelligentium more animata?* » Atque adeo, qui unam Dei Verbi naturam incarnatam dicit, Deum Verbum cum carne anima prædita esse significat; ita sane ut verus sincerusque pietatis alumnus, aliud omnino substantialiter a Deo Verbo, carnem esse intelligat. Sed et unionem in persona **287** dum dicimus, in unam personam factam naturarum unionem cum intelligimus, tum confitemur; ita nimirum, ut neutra omnino per se vel exsistat vel intelligatur, sed cum ea, cui per compositionem juncta velut cohærescit: at neque rursus substantiæ ratione cum altera commista sit, ullumve detrimentum naturalis perfectionis ex unione acceperit. Rursumque naturalem unionem, pro vera dicere confitemur, uti ipse sanctus Cyrillus has voces et dixit et exposuit: non sic, ut duæ naturæ, ex quibus est Christus, post unionem interierint, aut earum altera, uti Apollinarius atque Eutyches et Severus, Simonem Magum secuti, Valentinumque ac Manetem, sunt interpretati: uti proclive advertat, qui ejusdem Severi libros dispexerit, quibus pedibus manibusque in impiorum, quos dixi, virorum, sententiam eundo, iis penitus consentientem do-

[1] Cyrill. epist. 2 ad Succens. p. 145.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY/FR

ctrinam evuigavit. Similiter autem duplicem unius ejusdemque Christi nativitatem esse dicimus; alteram ex Deo Patre ante sæcula; alteram nostri causa extremis temporibus ex sanctissima Virgine: ejusdem pariter tum miracula sentimus, tum passiones. Sed et sanctissimam gloriosissimamque Virginem proprie ac veritate confitemur Dei Genitricem; quæ scilicet non puri cujusdam hominis, vel quantum ictus oculi est, momentoque ante unionem cum Verbo formati, exque profectu operum ac summa quadam virtute deitate aucti, parens exstiterit; sed ipsius vere Dei Verbi, unius e sancta Trinitate, arcano ex ea conceptu incarnati, ac perfecte facti hominis.

Has ita pie voces sancta Dei Ecclesia alumnos suos dicere docens ac cogitare, divina splendidaque scientiæ luce custodiendas contradidit; obsecrans per prophetas et apostolos ipsumque Christum, qui suis ipsam passionibus coagmentavit aptavitque, ut ejusmodi vitæ institutionem ac disciplinam assumamus, quæ magnæ fidei professioni apprime conveniat atque congruat; *Considerantes quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta* [x], eamque vigili cura sequamur. Nihil enim minus quam fides ipsa, necessariam docti sumus vitæ optimæ disciplinam, ad vitam æternam consequendam; ne forte super fundamentum fidei, quæ non convenit ædificantes, pravis scilicet studiis dediti, 288 velut qui vocationem gratiamque adoptionis spreverimus, pro gaudio ac gloria immortali, æterni nos ignis reos constituamus.

Qui ergo multas, benedicti sobriique beatæ Christi pulchritudinis amatores, virtutum vias, ab universorum Domino hominibus traditas, unum habentes scopum, inque unum cunctas euntes finem (salutem nimirum) videamus, ne, salutis nostræ cura neglecta, quod nobis ad pœnitentiam tempus datum est, prodamus; cujus amissi jacturam haud fieri potest ut unquam redimamus. *Sed antequam proficiscamur*, sicut quodam loco ait beatus Job, *unde non revertemur, ad terram tenebrosam et caliginosam; ad terram tenebrarum æternarum, ubi non est lux, neque videre vitam hominum* [y]; studeamus pro sua quisque facultate, ut Deum nobis propitium reddamus. Pro vario enim diversoque nostrorum animorum statu, plures quoque merito, tanquam bonus, instituit vias; quarum tramite, iis inculpate incedentes, ad æterna domicilia provehamur: quo nempe sibi quisque deligens quam commodam noverit atque utilem, vitæque cursum ea peragens, felici eventu obtineat, quas in cœlis splendidissimas sedes nos recepturos speramus.

Quanta ergo virtus ac facultas est, Christi ope gratiaque suffulti, quæ honesta sunt et officii, aggrediamur. Pauperis ærumnam miseranter levemus, nec ejus inopiam lenire negligamus. Nudo-

A ταυτότητα. Ὡσαύτως δὲ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τὰς δύο γεννήσεις φαμέν, τήν τε ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πρὸ αἰώνων, καὶ τὴν δι' ἡμᾶς ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγενημένην· τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη δοξάζομεν. Ὁμολογοῦμεν δὲ καὶ τὴν ἁγίαν πανένδοξον Παρθένον κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκον· ὡς οὐχί τινος ἀνθρώπου ψιλοῦ, κἂν ὡς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ εἶχα τῆς πρὸς τὸν Λόγον ἑνώσεως προδιαπλασθέντος, καὶ ἐκ προκοπῆς ἔργων καὶ ἐκ τῆς εἰς ἀρετὴν ἀκρότητος θεωθέντος γεγενημένην μητέρα· ἀλλ' ὡς αὐτοῦ ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, ἐξ αὐτῆς κατὰ σύλληψιν ἄῤῥητον σαρκωθέντος, καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντος.

B Ταύτας οὕτω τοὺς ἰδίους ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τὰς φωνὰς εὐσεβῶς καὶ λέγειν καὶ νοεῖν διδάξασα, τῷ θείῳ καὶ λαμπρῷ τῆς γνώσεως φωτὶ φυλάττεσθαι ἐνεχείρισε· παρακαλοῦσα διά τε Προφητῶν καὶ Ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ τοῖς ἰδίοις παθήμασιν αὐτὴν συμπηξαμένου τε καὶ ἁρμοσαμένου Χριστοῦ, πρόσφορόν τε καὶ πρέποντα τῷ μεγάλῳ τῆς πίστεως ἐπαγγέλματι βίον ἀναλαβεῖν· *Σκοποῦντας τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον*· καὶ εἰς αὐτὸ ἀγρυπνοῦντας. Οὐχ ἧττον γὰρ εὐσεβοῦς πίστεως ἀρίστης χρῄζειν ἐδιδάχθημεν πολιτείας πρὸς τὸ τυχεῖν τῆς αἰωνίου ζωῆς· μήπως τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως τὰ μὴ ἐπιβάλλοντα ἐποικοδομήσαντες, διὰ πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων, ὡς τὴν κλῆσιν, καὶ τὴν χάριν τῆς υἱοθεσίας ὑβρίσαντες, ἀντὶ χαρᾶς καὶ δόξης ἀτελευτήτου, αἰωνίου πυρὸς ὑποδίκους ἑαυτοὺς καταστήσωμεν.

C Πολλὰς οὖν ὁρῶντες ὁδοὺς ἀρετῶν, εὐλογημένοι, καὶ τῆς μακαρίας Χριστοῦ καλλονῆς σώφρονες ἐρασταί, παρὰ τοῦ Κυρίου τῶν ὅλων τοῖς ἀνθρώποις δεδωρημένας, ἵνα τε τὸν σκοπὸν ἔχοῦσας, καὶ πρὸς ἓν τὰς πάσας τέλος καταντώσας εἰς σωτηρίαν, μὴ ἀμελήσωμεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, μηδὲ προώμεθα τὸν καιρὸν τὸν ἐπὶ μετανοίᾳ ἡμῖν δεδομένον, οὗ πάλιν ἐπιτυχεῖν ἀμήχανον. *Ἀλλὰ πρὶν πορευθῆναι*, καθά πού φησιν ὁ μέγας Ἰὼβ, *ὅθεν οὐκ ἀναστρέψομεν, εἰς γῆν σκοτεινὴν καὶ γνοφερὰν, εἰς γῆν σκότους αἰωνίου, οὗ οὐκ ἔστι φέγγος, οὐδὲ ὁρᾶν ζωὴν βροτῶν*, σπουδάσωμεν τὸν Θεὸν ἱλεώD σασθαι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος δύναμιν. Πρὸς γὰρ τὸ ποικίλον καὶ διάφορον τῶν καταστάσεων τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὡς ἀγαθὸς, πολλὰς εἰκότως εἶναι καὶ τὰς ὁδοὺς πρὸς τὰς αἰωνίους μονὰς ἀγούσας τοὺς δι' αὐτῶν ὁδεύοντας ἀμέμπτως πεποίηκεν, ὅπως τὴν ἑαυτῷ πρόσφορον ἐπιλεξάμενος ἕκαστος, καὶ τὸν δρόμον τοῦ βίου δι' αὐτῆς ποιησάμενος, τὸν ἐν οὐρανοῖς κατ' ἐλπίδας προκείμενον πανένδοξον καταλήψοιτο χῶρον.

Τοίγαροῦν καθὼς ἔχομεν δυνάμεως συνεργείᾳ καὶ χάριτι Χριστοῦ, τῶν καθηκόντων ἀψώμεθα. Ἐπικουφίσωμεν συμπαθῶς τοῦ πένητος τὴν συμφοράν, καὶ μετριωτέραν αὐτῷ καταστῆσαι τὴν ἐνδειαν μὴ

[x] Rom. xii, 2. [y] Job x, 21, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀμελήσωμεν. Τῶν γυμνῶν περιστείλαι τὴν γύμνωσιν, τὸ δοθὲν ἡμῖν αἰδούμενοι τῆς ἀφθαρσίας ἔνδυμα μὴ ἀναβαλώμεθα. Τοῖς ἐν κακώσει φρουρᾶς τυχοῦσι καὶ ἀσθενείᾳ σώματος, καὶ βάρει ξενητείας πιεζομένοις συναλγήσωμεν, καὶ τὰ δυσχερῆ τῶν ἄλλων οἰκειοῦσθαι σπουδάσωμεν· ἵνα τὸν *Τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναλαβόντα, καὶ τὰς νόσους βαστάσαντα*, περὶ τὸ ὁμόφυλον μιμησάμενοι, καὶ τὴν αὐτοῦ δι' ἡμᾶς φιλάνθρωπον κένωσιν τοῖς ἔργοις τιμήσαντες, τῆς αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς ἄξιοι γενέσθαι δυνηθῶμεν ἐπόπται δόξης καὶ μέτοχοι· μὴ δόξης ἕνεκεν τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων ταῦτα ἐπιτηδεύοντες, ἧς μετὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ὑφέστηκε πρὸς ἀποδοχῆς λόγον, οὐδέν· ἀλλ' ὅλου Θεοῦ τῇ ἀληθείᾳ γενόμενοι, καὶ ὡς αὐτὸν πάντα πᾶσι καὶ ὄντα καὶ γινόμενον διὰ τῆς εἰς ἀλλήλους φιλανθρωπίας θεραπεύοντες, πάντα καὶ λέγωμεν καὶ πράττωμεν, δι' ὧν αὐτῷ εὐαρεστήσομεν. Οὕτω γὰρ ταῖς κατὰ μέρους εἰς ἀρετὴν προκοπαῖς, καὶ τὴν θείαν ποτὲ μετελθεῖν δεόντως φιλοσοφίαν, σὺν Θεῷ φᾶναι δυνησόμεθα· καὶ πρὸς τὸν ἄνω βίον μεθαρμοσθῆναι, κάντων καταφρονήσαντες τῶν ἐπὶ γῆς· κρεῖττον καὶ τιμιώτερον τὴν ἰσχάτην ἔχειν παρὰ Θεῷ μᾶλλον ἡγούμενοι τάξιν, ἢ παρὰ τῷ κάτω βασιλεῖ τὰ πρῶτα φέρειν τῶν ἐπὶ γῆς[69]· καθ' ἣν ἑαυτοῖς προσλαβεῖν ἀρχόμενοι, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἡρέμα τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια ἐμφρόνως ὁρᾷν τὴν κτίσιν ἐθίσαντες, κέρδος μέγιστον ἀπενεγκώμεθα, τὸ καλῶς ὁδηγηθῆναι διὰ τῆς τῶν ὁρατῶν ταραχῆς καὶ ἀστασίας, ἐπὶ τὰ ἑστῶτα καὶ μὴ κινούμενα· ἀλλὰ μὴ ἐναπομένειν αὐτοῖς, καὶ ἐνεσχεθῆναι ἀνέχεσθαι· ἐξ οὗ, τῶν μὲν τὸ ἄτακτον μισήσαντες· τῶν δὲ τὸ βάσιμον ποθήσαντες, ἀβύσσῳ ἄβυσσον ἐπικαλεσόμεθα· διὰ τῶν ἐν τοῖς ὁρατοῖς μεγαλούργων, τοὺς ἐν τοῖς νοητοῖς ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις κατανοοῦντες λόγους· καὶ οὕτως ἀτεχνῶς δι' ἀφθεγξίας τῷ ἀδύτῳ τῶν ἀδύτων παρακύψαντες, τὸ ἑαυτῶν εὐτελὲς ἐπιγνωσόμεθα, διδασκόμενοι μυστικῶς διὰ τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος, πῶς ὄντες γῆ καὶ σποδός, θείας μεταποιούμεθα δόξης, τῇ τοῦ εὐδοκήσαντος χάριτι· καὶ τὸ τῇ φύσει εὐτελὲς καὶ ἀπόπτυστον, πρὸς ποίαν μετασκευάζεται μακαριότητα· καὶ οὕτω τοῖς τοῦ ἀπείρου καταπλαγέντες θεάμασι, τὸ ἰσχυρὸν φυλακτήριον τῶν ἀρετῶν, λέγω δὴ τὴν ταπείνωσιν, Θεοῦ δῶρον μέγιστον καὶ πρῶτον, τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας καρπὸν ὄντα, δρεψόμεθα· δι' ἧς νεκροῦντες τῶν παλῶν τὰ αἴτια, φημὶ δὴ τὰς αἰσθήσεις, μετὰ τῆς πρὸς αὐτὰς τῶν αἰσθητῶν συγγενοῦς οἰκειότητος, κόσμου παντελῶς ἑαυτοὺς ἀποτέμνομεν· ὥστε ἀνεπιθολώτῳ ψυχῆς ὄμματι ἐπιβάλλειν δύνασθαι τοῖς νοητοῖς· ἐξ ὧν, ἢ μεθ' ἃ, τὴν ψυχὴν ἤδη ἀληθῶς τῇ ταπεινώσει ποιωθεῖσαν, καὶ λοιπὸν ἱκανὴν γενομένην θείας ἐμφάσεως δέξασθαι εἰκόνα, παραλαβοῦσα ἡ θεία ἀγάπη, φίλους ἡμᾶς ἀντὶ δούλων ἐργάζεται· τὸ τοῦ νόμου κεφάλαιον, τὸ, *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ*

rum operire nuditatem, datam nobis incorruptionis vestem reveriti, ne moremur. His qui durioris carceris ærumna macerantur, ægraque corporis valetudine ac peregrini molestia premuntur, animitus condolcamus, aliorumque angustias et mala, nostra ipsorum ducere, studeamus; ut scilicet, eum qui *Nostras infirmitates accepit, ac ægritudines portavit*[x], erga eos qui generis necessitudine nobis conjuncti sunt, imitantes, ejusque nostri humanitatis plenissimam exinanitionem rebus ipsis colentes, nos quoque digni efficiamur qui ejus inspicere gloriam, illiusque compotes esse possimus. Non ejus gloriæ causa, quæ ab hominibus est, hæc consectantes, cujus præsenti exacta vita, superest nihil, quo probati simus laudemque habeamus, sed toti Deo vere impendamur, ac velut ipsum, qui omnibus omnia et sit et fiat[a], **289** qua nos mutuo humanitate complectimur, et colamus et foveamus, cuncta et dicamus et faciamus, quibus ejus gratiam ineamus. Sic enim virtutum paulatim profectu, quandoque etiam divinam philosophiam convenienter, Deo auspice, colere poterimus; atque ad supernum vitæ genus, terrenis omnibus despectis, transire; qui potioris muneris majorisque rem dignitatis ducamus, infirmo apud Deum ordine haberi, quam apud terrenum regem seu imperatorem prima ipsa honorum munia ac insulas consequi: qua nimirum ipsi nobis loqui incipientes, otioque sensim animi sensus prudenti judicio res creatas videre assuefacientes, lucrum maximum reportabimus; ut nimirum per rerum oculis subjectarum turbationem ac inconstantiam, præclare ad ea quæ stabilia sunt ac immobilia, ducamur; non illis immorari, atque iis detineri seu implicari sustineamus, quo scilicet terrenarum rerum inordinationem odio habentes, cœlestiumque rerum firmitatem oppido desiderantes, abyssum abysso invocabimus[b]: qui nempe per rerum oculis subjectarum magnificentiam, spiritalium rationes, quoad concessum hominibus est, intelligamus; sicque tandem muto silentio adytorum adytum inspectantes, vilitatem nostram agnoscemus; divinis scilicet docti oraculis, quemadmodum, *cum terra et pulvis simus*[c], divinam gloriam ejus munere atque gratia consequamur, cui collibuit nos ea impartiri; resque natura vilis ac despecta, ad quantam beatitudinem provehatur: atque in hunc modum, Dei qui infinitus sit, attoniti deûxique spectaculis, virtutum illud tutamen forte ac columen, donum Dei maximum primumque veræ philosophiæ fructum, humilitatem decerpemus: qua nimirum perturbationum auctores (sensus scilicet cum cognata ad eos rerum in sensum cadentium necessitudine) mortificantes, a mundo nos penitus abscindemus; ut nihil turbato atque sereno mentis oculo, spiritalia dispicere possimus. Ex quibus, seu post quæ,

[x] Matth. VIII, 17; Isa. LIII, 4. [a] 1 Cor. IX, 22. [b] Psal. XLI, 8. [c] Gen. XVIII, 27.

[69] Id Maximus ipse complevit, spreta aula monachum professus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

animam vere jam humilitate imbutam, divinæque vis imaginis suscipiendæ deinceps factam idoneam, assumens divina charitas, pro servis amicos facit; legis illud caput : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua*[d], et quæ sequuntur, magnifice demans; ea **290** scilicet ratione, quod nullam in nobis intelligentis animi facultatem, ad aliud quidpiam omnino, quam ad Deum extendi, virili fortique nutu sinat.

Contendamus igitur, quandiu tempus habemus[e], divina nobis liberalitate oblatum, ut piæ ac Christianæ professionis scopum ad opus deducamus. Quia vero, *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem ac carnem, sed adversus principatus et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum sæculi hujus*[f]; invisibiles scilicet tyrannos ac hostes, qui non in aperto pugnam committant, sed in cordis abdito bella misceant : *Sumamus armaturam Dei*, quemadmodum nos admonet divinus Apostolus, *ut possimus resistere in die malo, et omnibus peractis stare; succinctique lumbos in veritate, et induti loricam justitiæ, in qua omnia tela nequissimi ignea exstinguentur*[g]. Instemus *per omnem orationem, et obsecrationem, ac gladium spiritus, qui est sermo Dei*[h], accipiamus; qui, ut summa dicam, quæ deteriora sunt a potioribus dividat (a virtutibus vitia) doceatque pios ac religiosos, quæ Christianos disciplina deceat; quod perfectæ opus discretionis est, « oculorum scilicet modestiam, linguæ continentiam, corporis castigationem, mentis puritatem, iræ exstinctionem, » ut ait quodam loco magnus Basilius; sublimem in Deum volatum, et, ut adversus tentationes, quo nobis pretiosa sarta tecta maneant, fortiter obnitamur : cum adiginiur, majoris aliquid operæ addamus; cum rebus spoliamur, judicio minime contendamus : dilectionem odio rependamus; persecutionibus sustinentiam exæquemus, maledictis obsecrationem, peccato mortificemur, cum Christo configamur cruci, totam in Deum libere dilectionem transferamus.

Hæc scripsi, domine mi benedicte, non qui vestræ in Christo fidei firmitatem, adultamque in eo mandatorum actu cultuque honestatem, ignorem, sed qui vos scire velim, quantum ac quale pro vobis certamen habeam, jugi cura meum exurens animum. Adeoque obsecro ac commoneo, ut majori vigilantia observetis, qui hæreseon antesignanos ac defensores agunt, ne quis eorum composito ad persuadendum mendacio vos seducens (quod absit!) **291** limpidum in vobis atque vitalem fidei laticem, propriis impiorum dogmatum sordibus, turbare possit. Gladium enim ancipitem ac novaculam acutam linguam habent, animas jugulantem, atque in inferni laqueum tenebrarumque barathrum transmittentem; vita denique, quæ in Christo est, fraudulenta eorum blandiloquentia, privantem. Ipse

Ἀγωνισώμεθα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν τὸν προτεθέντα ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τῆς εὐσεβοῦς καὶ Χριστιανικῆς ἐπαγγελίας σκοπὸν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν. Ὅτι δ' *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου*, τοὺς ἀφανεῖς τυράννους καὶ πολεμίους, οὐκ ἐν τῷ φανερῷ συγκροτοῦντας τὰς μάχας, ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας τοὺς πολέμους συμπλέκοντας, Ἀναλάβωμεν *τὴν παναπλίαν τοῦ Θεοῦ*, ὡς ὁ θεῖος ἡμῖν παρακελεύεται ἀπόστολος, *ἵνα δυνηθῶμεν ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι· καὶ περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ἐν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, ἐν ᾧ πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβεσθήσεται.* Προσκαρτερήσωμεν *διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος δέξασθαι, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ*, τὸ διαιροῦν, ἵνα συνελὼν εἴπω, τῶν κρειττόνων τὰ χείρονα, καὶ διδάσκον τοὺς εὐσεβεῖς τὴν πρέπουσαν Χριστιανοῖς ἀγωγὴν, ὅπερ τελείας ἔργον ἐστὶ διακρίσεως· ὀφθαλμῶν ἀκρίβειαν, γλώσσης ἐγκράτειαν· σώματος παιδαγωγίαν· φρόνημα ταπεινὸν, ἐννοίας καθαρότητα· ὀργῆς ἀφανισμὸν, ὡς πού [60] φησιν ὁ μέγας Βασίλειος· νοῦ πρὸς Θεὸν ἀνάπτησιν, καὶ τοῖς πειρασμοῖς, φυλακῆς χάριν τῶν τιμίων, ἀνταγωνίζεσθαι· προστιθέναι ἀγγαρευομένους· μὲ διώκεσθαι ἀποστερουμένους· μίσους ἀγάπην ἀντιμετρεῖν· ἀνοχὴν διωγμοῖς ἐξισοῦν· βλασφημίαις, παράκλησιν· νεκρωθῆναι τῇ ἁμαρτίᾳ· συσταυρωθῆναι Χριστῷ· ὅλην μεταθέσθαι πρὸς Θεὸν ἀσχέτως τὴν ἀγάπην.

Ταῦτα γέγραφα, Δέσποτά μου εὐλογημένε, οὐχ ἀγνοῶν ὑμῶν τὸ στερέωμα τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ αὐξανομένην διὰ τῶν ἐντολῶν σεμνότητα· ἀλλ' εἰδέναι ὑμᾶς βουλόμενος, ὁποῖον καὶ ὁπόσον ἔχω περὶ ὑμῶν ἀγῶνα, διὰ μεριμνῆς ἀεί μου ἐκκαίοντα τὴν καρδίαν· καὶ παρατηρεῖσθαι νηφαλαιότερον παρακαλῶ τοὺς τῶν αἱρέσεων προμάχους· ἵνα μή τις αὐτῶν παραλογισάμενος ὑμᾶς ἐν πειθανολογίᾳ [61] ψεύδους, τὸ ἐν ὑμῖν διαυγὲς καὶ ζωτικὸν τῆς πίστεως νᾶμα τοῖς ἰδίοις τῶν ἀσεβῶν δογμάτων ἐπιθολῶσαι ῥύποις δυνηθῇ, ὅπερ μὴ γένοιτο. Εἶφος γὰρ δίστομον καὶ ξυρὸν ἠκονημένον τὴν γλῶσσαν κέκτηνται, ψυχὰς σφάζουσαν, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου, καὶ βάραθρον σκότους παραπέμπουσαν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς διὰ τῆς ἠπατημένης αὐτῶν χρηστολογίας ἀποστεροῦσαν. Αὐτὸς δὲ ὁ

[d] Matth. xxii, 37. [e] Galat. vi, 10. [f] Ephes. vi, 12. [g] ibid. 13-16. [h] ibid. 17.

VARIÆ LECTIONES.

[60] Exhort. ad baptismum. Edita, δουλαγωγίαν pro παιδαγωγίαν. [61] Alii communius, πιθανολογ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος, ὁ πάσης ὁρατῆς καὶ ἀοράτου κτίσεως ποιητής, ὁ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καθὼς αὐτὸς ἠθέλησε, καταβεξάμενος θάνατον, καὶ ῥυσάμενος ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ αἵματι τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους· αὐτὸς κρατήσαι τῆς χειρὸς ὑμῶν τῆς δεξιᾶς, καὶ ὁδηγήσαι ὑμᾶς εἰς τὸν φόβον αὐτοῦ, καὶ πληρώσαι τῆς ἀσυγκρίτου αὐτοῦ θελήματος, ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ, καὶ ἀξίως ἑαυτοῦ περιπατῆσαι πείσειεν, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφορούντας, καὶ αὐξανομένους ἐν ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας αὐτοῦ, καὶ πάσῃ δυνάμει δυναμώσαι κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς πᾶσαν ὑποδομὴν [a] καὶ μακροθυμίαν· καὶ μετὰ χαρᾶς καὶ εὐχαριστίας συνάλλοντας τῷ εὐαγγελίῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ τηρήσας, ἀξιώσαι τῆς μερίδος τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ, εὐχαῖς καὶ ἱκεσίαις τῆς πανενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

A autem Dominus noster ac Deus Jesus Christus, Dei ac Patris unigenitus Filius Verbumque, omnis creaturæ, tum ejus quæ in aspectum cadit, tum quæ vim oculorum fugit, Conditor; qui propter nos, præ ineffabili benignitate sua ac clementia, propensæ voluntatis nutu, ut voluit ipse, mortem suscepit [i], nosque proprio sanguine de potestate tenebrarum eripuit [j]; ipse teneat manum dexteram vestram, et ducat vos in timore suo, atque impleat agnitione voluntatis suæ in omni sapientia et intellectu spiritali; præstetque digne ipso ambulare, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in agnitionem veritatis ejus, confortetque in omni virtute, secundum potentiam claritatis suæ in omni ædificatione et longanimitate, et cum gaudio ac gratiarum actione, collaborantes Evangelio gratiæ suæ servans, dignos faciat partis sanctorum in lumine [k], precibus et supplicationibus gloriosissimæ Dominæ nostræ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, et omnium sanctorum. Amen.

B

Γ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Πέτρον ἰλλούστριον* (a) *λόγος ἐπιτομος κατὰ τῶν Σευήρου δογμάτων.*

Ἔδειξεν ὡς ἀληθῶς ὁ εὐλογημένος μου δεσπότης, ὡς οὐδὲν δύναται πρὸς μείωσιν τῆς ἀγάπης πνευματικῆς, τὸ ἀλλήλων ἀπεῖναι σωματικῶς· τοὺς κατὰ θεὸν δι' ἀγάπης νοερῶς ἀλλήλοις συνηρμοσμένους· μὴ ἀναξιώσας διὰ τῶν τιμίων αὐτοῦ συλλαβῶν ἐπισκέψασθαί με τὸν ταπεινὸν καὶ ἁμαρτωλὸν, καὶ μηδὲν ἔχοντα τῆς αὐτοῦ ἀγάπης ἐπάξιον. Ἄσπερ δεξάμενος, ὥσπερ αὐτὸν παρόντα τῷ πνεύματι γεγηθὼς περιλαβὼν ἠσπασάμην, καὶ τῷ μόνῳ Θεῷ καὶ Σωτῆρι τῶν ὅλων Χριστῷ συνήθως ηὐχαρίστησα, γνοὺς μετὰ σωτηρίας αὐτὸν τὴν ὑγρὰν κέλευθον ἐξηνυκέναι. Ἦδὺς γὰρ ὄντως καὶ παρὼν ὁ εὐλογημένος μου δεσπότης, καὶ ἀπὼν, οὐχ ἧττον τοῦ παρεῖναι οἷόν ἐστιν ἐπέραστος, διὰ τὴν ἐπιλάμπουσαν αὐτῷ χάριν τῆς πτωχείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος· δι' ἣν νοὸς ἁγνὸς εἰς κατοικητήριον Θεοῦ ἐν πνεύματι γίνεται, πᾶς ὁ ταύτης ὡς Θεοῦ τῆς ἀρετῆς γνησίως μεταποιούμενος, τοῦ ταπεινώσαντος ἑαυτὸν μέχρι δούλου μορφῆς, καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ταῖς ἀνθρώποις αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ παραδείξαντος· ὅπερ μιμούμενος ὁ εὐλογημένος μου δεσπότης, ἐνδιαθέτως καὶ αὐτὸς ἐκτήσατο τὴν πραότητά τε καὶ τὴν ταπείνωσιν. Τὴν πραότητα μὲν, ἵνα τὰς ἐμπαθεῖς τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας κατασβέσας κινήσεις, Θεῷ γένηται καὶ ἀνθρώποις εὐάρεστος. Ἡ πραότης γὰρ οὐδὲν ἕτερον εἶδος καθέστηκεν, ἢ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας παντελὴς

XIII. — *Ejusdem, ad Petrum illustrem, oratio brevis seu liber, adversus dogmata Severi.*

Ostendit revera benedictus dominus meus, nihil virium habere ad minuendam spiritalem dilectionem, corporalem amicorum absentiam, quos mente ac animo, quæ secundum Deum est, charitas inter se conjungit; qui nimirum haud se indignum putaverit, ut me humilem ac peccatorem venerabilium syllabarum suarum munere inviseret; hominem utique, ejus nihil dilectionem promeritum. Has ergo cum accepissem, velut ipsum præsentem spiritu, gaudio circumfusus exosculatus sum, soli Deo omniumque Salvatori Christo 292 ex more gratias agens, eo nomine, quod salvum eum et incolumem liquidum iter peregisse intellexerim. Revera enim dulcis est benedictus dominus meus, tum præsens, tumque nihilominus absens, haud secus ac cum præsens est, cunctis amabilis, ob eam quæ in eo elucet, gratiam paupertatis Spiritus sancti [l]: cujus munere templum sanctum in habitaculum Dei in spiritu redditur [m], quisquis ut Dei virtutem, hanc sincere colit, qui seipsum humiliavit usque ad formam servi [n]; ejusque opere simul et sermone in seipso specimen mortalibus dedit: quem imitatus benedictus dominus meus, ipse quoque animo repositam lenitatem pariter ac humilitatem habet. Lenitatem quidem ac mansuetudinem, ut, perturbatis iræ ac cupiditatis motibus

C

D

[i] Isa. LIII, 7. [j] Coloss. I, 13. [k] ibid. 9-12. [l] Matth. V, 3. [m] Ephes. II, 22. [n] Philipp. II, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Forte ὑπομονὴν, *patientiam*.

NOTÆ.

(a) *Πρὸς Πέτρον ἰλλούστριον.* Nomen dignitatis est. Basil. Eccl. 7 : Οἱ ἀπὸ πατρικίων ἕως ἰλλουστρίων εἰσὶν οἱ συγκλητικοί. Justin. Novella 13 : Ἡμεῖς γὰρ οὐδενὶ τὴν εἰρημένην ἀρχὴν παραδώσομεν πλὴν εἰ μὴ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἰλλουστρίων. Erat igitur Petrus hic τῶν ἐν ἀρχῇ, *homo senatorii ordinis;* nempe εὐγενὴς, ut Glossæ Basilic. *Vir nobilis*, et quod præcipuum, spectatæ fidei et probe orthodoxus, cujus alia nescimus, quam quæ Maximus una et altera epist. de illo insinuavit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

extinctis, Deo placens et hominibus efficiatur [o]. Lenitas enim et mansuetudo nihil aliud est, quam iræ motus omnis ac cupiditatis, in iis quæ innaturalia sunt, exstinctio : qua plane divina voluntas illis manifestatur, qui ea præditi sunt. Ait enim psallens magnus David : *Deducet mansuetos in judicio; docebit mites vias suas* [p]. Humilitatem vero, ut superbiæ excisa cæcitate animique duritie, tum Deo gratus efficiatur, tum cunctis blandus ac facilis. Est enim humilitas, uniuscujusque comparatione ad Deum ex opposito excellentis causæ ac effectricis agnitio; qua hominum inter se proclive oritur affectio, delictorumque debitoribus præstanda dimissio. Ait enim iterum magnus David: *Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea* [q].

Sic sane vitæ disciplina atque moribus cum se habeat benedictus dominus meus, in firma fidei in Christum petra, pro nominis ipsa ratione inconcussum, omnique hæreticæ pravitatis tricumano fluctu superiorem conservari precor, velut scilicet verum sanctæ Dei Ecclesiæ catholicæ et apostolicæ filium, in pia veræque fidei confessione fundatum, adversum quam, velut portæ inferi, aperta nequissima hæreticorum ora nihil prævalebunt [r]. De nothis autem notheque ac spurie ex oleastro in bonam olivam insertis, noveram, et antequam vos benedicti, scriberetis, fore ut juxta propheticum dictum : *Sicut canis ad vomitum suum* [s], sic illi ad fidei suæ fetidissimum **293** putorem reverterentur, velut Simones alii, Demantesque ac Hermogenes [t], sponte eis veritati prælato mendacio; nihilque lædentes, ut autumant, discessione sua præcones veritatis, seu potius qui ipsi merito gratiæ amissione lædantur; ac qui, ne hoc quidem sæculum, cujus causa a veritate discesserunt, ex sententia læte ac jucunde habere possint, quod natura instabile sit, variisque mutationibus obnoxium, ac semper illos prætericns, qui se ejus factos compotes, jamque ipsum tenere arbitrantur.

Revera enim insuavis ac fetoris plena, omnique vacua gratia, doctrina omnis, quæ non profitetur exstare in uno Christo post unionem nullis verbis explicabilem, atque incolumia esse, ea, ex quibus est Christus; sed omnem propemodum Dei erga hominem dispensationem negat, et a Verbo ac Deo, quod ex intemerata sanctaque gloriosa Virgine ac vere Dei Genitrice assumptum est corpus, rationem utens atque anima præditum, amputat. Vere enim reipsa amputat, etsi nude ac verbo tenus confiteri videtur, ut auditoribus fucum faciat : negatque omnino incarnationem, qui inficiatur incolumem esse ac nuncupari post unionem carnis naturam, inconfuse ac indivise in persona, seu hypostasi, Deo Verbo unitam; pietatis nimirum ac religionis prætextu, ne dicendo numerum, unionem scindere videatur; ipsam vere omnem naturarum ex quibus

πρὸς τὰ παρὰ φύσιν ἀκινησία· καθ' ἣν φανερὸν τὸ θεῖον τοῖς ἔχουσι γίνεται θέλημα. Φησὶ γὰρ ψάλλων ὁ μέγας Δαβίδ, *Ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει· διδάξει πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ*. Τὴν καὶ ταπείνωσιν, ἵνα τῆς ὑπερηφανίας ἐκτεμὼν τὰ πωρώματα, εὐχάριστός τε τῷ Θεῷ γένηται, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐπρόσιτος. Ταπείνωσις γάρ ἐστιν, ἡ ἑκάστου πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ παράθεσιν ἐκ παραλλήλου τῆς ὑπερεχούσης καὶ ποιητικῆς αἰτίας ἐπίγνωσις· καθ' ἣν ἡ πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀνθρώπων γίνεσθαι πέφυκεν συνδιάθεσις, καὶ ἡ τῶν πλημμελημάτων δίδοσθαι τοῖς ὀφείλουσιν ἄφεσις. *Ἴδε* γὰρ, φησὶν ὁ αὐτὸς μέγας πάλιν Δαβίδ, *τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν πόνον μου, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου.*

B

Οὕτω μὲν οὖν ἔχοντα περὶ τὸν βίον τὸν εὐλογημένου μου δεσπότην, ἐν τῷ στερεώματι τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, φερωνύμως ἀσάλευτον εὔχομαι διαφυλαχθῆναι, καὶ πάσης αἱρετικῆς τρικυμίας ἀνώτερον, ὡς γνήσιον τέκνον τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας· τεθεμελιωμένον ἐπὶ τῆς εὐσεβοῦς ὁμολογίας· καθ' ἣς οὐδὲν τὸ παράπαν ἰσχύουσιν, ἀνοιγόμενα καθάπερ ᾅδου πύλαι, τὰ ποντικὰ τῶν αἱρετικῶν στόματα. Περὶ γὰρ τῶν νόθων, καὶ νόθως ἐκ τῆς ἀγριελαίας παρενκεντρισθέντων εἰς τὴν καλλιέλαιον ἐγίνωσκον, καὶ πρὶν γράψαι τοὺς εὐλογημένους ὑμᾶς, ὅτι κατὰ τὸν προφητικὸν λόγον· *Ὡς κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον*, τῆς κατὰ τὴν πίστιν αὐτῶν ἀηδείας λέγω τὸ δυσῶδες ἔχουσιν ἐπιστρέψαι· οἷα δὴ Σίμωνες δεύτεροι, καὶ Δήμαντες καὶ Ἑρμογένεις, προκρίνειν ἑλόμενοι τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος· καὶ μηδὲν ὀδυνῶντες, ὡς οἴονται, τῇ ἀποστασίᾳ τοὺς κήρυκας τῆς εὐσεβείας, ἢ βλαπτόμενοι μᾶλλον ἐνδίκως τῇ στερήσει τῆς χάριτος· καὶ οὐδὲ τὸν νῦν αἰῶνα, δι' ὃν τῆς ἀληθείας ἀπέστησαν, ἔχειν καταθυμίως δυνάμενοι, κατὰ φύσιν ἄστατον ὄντα καὶ εὐαλλοίωτον, καὶ ἀεὶ παρατρέχοντα τοὺς κρατεῖν νομίζοντας

C

Ἀηδὴς γὰρ ὄντως ὑπάρχει καὶ δυσωδίας μεστὸς, καὶ πάσης χάριτος ἔρημος, πᾶς λόγος, μὴ σώζεσθαι πρεσβεύων κατὰ φύσιν ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ τὰ ἐξ ὧν Χριστὸς μετὰ τὴν ἄῤῥαστον ἕνωσιν· ἀλλ' οἷον ἀρνούμενος τὴν ὅλην τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομίαν, καὶ περιτέμνων τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ τὸ προσειλημμένον, ἐκ τῆς ἀχράντου καὶ ἁγίας πανενδόξου Παρθένου καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκου, σῶμα λογικὸν ἐμψυχωμένον. Περιτέμνει γὰρ ἀληθῶς τῷ πράγματι, κἂν δοκῇ πῶς ψιλῶς ὁμολογεῖν τῷ στόματι πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων ἐξαπάτην, καὶ παντελῶς ἀρνεῖται τὴν σάρκωσιν, ὁ μετὰ τὴν ἕνωσιν μὴ λέγων εἶναι, σώζεσθαί τε καὶ λέγεσθαι τῆς σαρκὸς τὴν φύσιν, ἀσυγχύτως τε καὶ ἀδιαιρέτως ἡνωμένην τῷ Θεῷ Λόγῳ καθ' ὑπόστασιν, προφάσει δῆθεν εὐλαβείας, τοῦ μὴ τεμεῖν δόξαι διὰ τοῦ ἀριθμοῦ τὴν ἕνωσιν, αὐτὴν κυρίως εἰπεῖν, τὴν πᾶσαν τῶν ἐξ ὧν

D

[o] Sap. IV, 10. [p] Psal. XXIV, 9. [q] ibid. 18. [r] Matth. XVI, 18. [s] Prov. XXVI, 11. [t] Act. VIII, 18; II Tim. IV, 9; I, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐστιν ὁ Χριστὸς φύσεων, μετὰ τὴν ἕνωσιν σαφῶς ἀρνούμενος ὕπαρξιν.

Περὶ ἀριθμοῦ φυσικωτέρα διάληψις.

Τοῦτο δὲ πάσχουσιν, ὡς ἔοικε, παρὰ τὸ ἀγνοεῖν αὐτοὺς, ὅτι πᾶς ἀριθμὸς οὔτε διαιρεῖ κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, οὔτε διαιρεῖται· οὔτε διαιρέσεως, οὔτε μὴν ἑνώσεως παντελῶς ἐστι ποιητικός. Ποιεῖν γὰρ ἢ πάσχειν οὐ πέφυκε, μὴ ὕπάρχων οὐσία ἢ συμβεβηκός· περὶ ἃ τὸ ποιεῖν τε καὶ πάσχειν ἐστίν· ἀλλὰ μόνον δηλωτικὸς τοῦ ποσοῦ τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων, ὡς δ' ἂν κατὰ τὴν σχέσιν ἔχοντα τύχωσιν· εἴτε ἡνωμένα, εἴτε διακεκριμένα. Οἷον, ἵν' εἴπω τι θαῤῥήσας, ὄνομα ποσοῦ, χωρὶς τῆς ἐπ' αὐτῷ σχέσεως σημαντικόν. Οὔτε γὰρ τὴν τῶν ὄντων ἐξ ἀνάγκης φυσικὴν ὁ ἀριθμὸς ποιεῖται διάκρισιν, ἢ ποσότητα· οὔτε τῶν συνημμένων κατὰ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀφ' ἑαυτοῦ ἐργάζεται τὴν συνέχειαν· οὔτε μὴν καθ' ὅλου τινός ἐστι χαρακτηριστικὸς ἰδιότητος τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος πρὸς ἄλληλα τοῖς συμβεβηκόσι διακεκριμένων ἀτόμων. Ταῦτα γὰρ ποιεῖν τῆς θείας σοφίας τε καὶ δυνάμεως καθέστηκεν ἴδιον, τῆς τὸ πᾶν συστησαμένης, καὶ ἀσύγχυτον διατηρούσης ἕκαστον, τοῖς περὶ τὸ πᾶν κατὰ φύσιν τῶν ὄντων διορισμοῖς· ἀλλὰ μόνον, ὡς ἔφην, τοῦ ἁπλῶς, ἀλλ' οὐ τοῦ πῶς τῶν πραγμάτων ποσοῦ ποιεῖται δήλωσιν, καθάπερ τι ὄνομα ποσοῦ προσφυές.

A est Christus, exsistentiam ac veritatem post unionem, aperte inficians.

Explicatio numeri naturæ convenientior.

Id vero, ut videtur, illis accidit, quod ignorent, nulli numero ex propria ratione competere, ut aut dividat aut dividatur; nec vim ullam divisionis, at neque unionis, habere. Neque enim illi ut agat aut patiatur, comparatum est, qui non sit substantia autve accidens, circa quæ accidunt quod est agere et pati; sed solummodo ut subjectarum rerum quantitatem significet, quovis tandem modo illæ se habeant; sive unitæ sint, sive discretæ. Puta (ut quid fidens dicam) quantitatis nomen significat, absque ulla tamen in eo habitudine. Neque enim numerus necessario naturalem rerum discretionem facit, aut **294** quantitatem; neque eorum quæ in eadem specie copulata sunt, a se ipse conjunctionem facit ac cohæsionem; at neque unius ullius universim proprietatis nota est, eorum, quæ sub eadem specie alia ab aliis individua accidentibus dirimuntur. (Id enim præstare divinæ tum sapientiæ proprium est, tum potentiæ, quæ universum hoc condidit, singulaque inconfusa naturalibus circa ipsum rerum distinctionibus custodit), sed solum, uti dicebam, absolute, non ut tali modo se habentium quantitatem significet, velut scilicet nomen quantitati accommodatum.

B

Περὶ διαφορᾶς, καὶ ποσότητος ἀκριβέστερον, καὶ τῆς αὐτῶν εὐσεβοῦς ὁμολογίας.

Εἰ τοίνυν κατὰ τοὺς Πατέρας, ὁ ἀριθμὸς τοῦ ποσοῦ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' οὐ τῆς σχέσεώς ἐστι δηλωτικός· πᾶν δὲ ποσὸν ἑτερότητι φυσικῇ θεωρούμενον, διαφορὰν πάντως ἐπιδέχεται· διαφορὰν δὲ λέγουσιν ἐπὶ Χριστοῦ φυσικὴν μετὰ τὴν ἕνωσιν καὶ οἱ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενοι· καὶ τὸ ποσὸν τῶν διαφερόντων, οὗ χωρὶς ἀμήχανον εἶναι διαφορὰν μετὰ τοῦ δηλοῦντος αὐτὸ ἀριθμοῦ· οὗ χωρὶς ποσὸν καθ' ὅλου γνωσθῆναι ἀδύνατον, λέγειν αὐτοὺς ἀνάγκη μετὰ τὴν ἕνωσιν· εἴπερ κατὰ τὴν εὔτακτον ἀκολουθίαν, εὐσυνάρτητον τὸν τοῦ οἰκείου δόγματος ἀποδεῖξαι βούλονται λόγον. Εἰ δὲ τὸ ποσὸν τῶν σωζομένων ἐν Χριστῷ φύσεων ἀρνοῦνται μετὰ τὴν ἕνωσιν, μηδὲ τὴν διαφορὰν λέγειν τολμάτωσαν, τῶν ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς ἐστι φύσεων μετὰ τὴν ἕνωσιν· γινώσκοντες ὅτι πᾶν εἴτι καθ' ὁτιοῦν ἔχει διαφοράν, ἓν κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον εἶναι οὐ δύναται. Τὸ δὲ μὴ δυνάμενον εἶναι κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον ἓν, δηλονότι κατά τινα λόγον τε καὶ τρόπον, δύο τὸ ἐλάχιστόν ἐστιν ἢ πλείονα. Οὐκοῦν ἐν Χριστῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγοντας εἶναι διαφοράν, ἓν κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον τὸν Χριστὸν εἶναι μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγειν οὐ δύνανται. Εἰ δὲ μὴ κατὰ πάντα καὶ λόγον καὶ τρόπον ἓν ἐστιν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν· δηλονότι κατά τινα λόγον τε καὶ τρόπον, δύο πάντως ἐστὶν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν. Εἰ δὲ κατά τινα λόγον τε καὶ τρόπον δύο ἐστὶν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν οἷς ἐστι φύσεων διαφορὰν, ὡς ἔδειξεν ὁ λόγος, δῆλον

C

D

De differentia seu distinctione, deque quantitate accuratius, ac de illarum pia confessione.

Quandoquidem igitur numerus, ut sancti Patres sentiunt, vim habet significandæ rerum quantitatis, non earum habitudinis ac affectionis; omnisque quantitas naturali diversitate considerata, et (ut ita loquar) alietate, omnino differentiam seu distinctionem admittit; differentiamque ac distinctionem in Christo naturalem dicunt post unionem, etiam qui veritatem impugnant, planæ necesse est, ut et eorum quæ differunt ac distincta sunt post unionem quantitatem dicant, sine qua fieri non potest ut differentia sit ac distinctio, cum numero cam significante: quo sublato, cognosci quantitatem prorsus impossibile est, si modo cohærentem sui dogmatis rationem velint ostendere. Sin autem naturarum, quæ post unionem in Christo incolumes sint, quantitatem negant, ne differentiam quidem ac distinctionem post unionem dicere audeant, earum naturarum ex quibus est Christus; qui sciant, quidquid prorsus differentiam habet ac distinctum est, secundum omnem et rationem et modum unum esse non posse. Quod autem non potest esse unum secundum omnem et rationem et modum, secundum aliquam utique et rationem et modum, duo minimum est, aut plura. Igitur qui in Christo post unionem differentiam admittant ac distinctionem, esse Christum unum post unionem secundum omnem et rationem et modum dicere non possunt. Sin autem Christus post unionem non unum est secundum omnem et rationem et modum: nimirum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

secundum aliquam et rationem **295** et modum omnino Christus duo est post unionem. Si autem secundum aliquam et rationem et modum Christus duo est post unionem, ob eam, quæ in ipso est, naturarum ex quibus et in quibus est, differentiam ac distinctionem, uti probavit oratio; liquet frustra impietati litare, qui differentiam ac distinctionem earum naturarum, ex quibus Christus est, post unionem dicant, ipsas vero naturas, quarum differentia est et distinctio, damnando silentio post unionem interimant. Vere enim interimit ac tollit, qui ea negat quæ sunt, ac incolumia sunt. Aut enim eorum sententia, non intereunt naturæ aut sublatæ sunt post unionem, suntque ac incolumes sunt; æquumque adeo est, ut post unionem incolumes eas confiteamur; aut, nisi æquum est ut post unionem ipsas confiteamur, neque sane æquum sit illorum sententia, ut eas in Christo esse ac incolumes esse dicamus; suntque interemptæ atque sublatæ. Quod enim haud omnino æquum est ut nominetur, longe potius majoriqué, puto, æquitate, nec prorsus esse dicatur : aut certe nobis ratione ostendant probentque, quomodo æquum sit, ut ea ex quibus est Christus, quæ ipsa sint et incolumia sint absque ulla prorsus mutatione, et cum alterum in alterum substantiali ratione non transierit, post unionem non confiteamur, lubentesque habebimus ac admittemus, ut quæ sunt in Christo et incolumia sunt, inconfessa sinantur.

ὡς ἀσεβοῦσι διακενῆς, οἱ τὴν μὲν διαφορὰν τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγοντες, αὐτὰς δὲ τὰς φύσεις, ὧν ἡ διαφορά, προφανῶς ἀναιροῦντες τῇ σιωπῇ μετὰ τὴν ἕνωσιν · ἀναίρεσις γάρ ἐστιν ἀληθῶς ἡ τῶν ὄντων καὶ σωζομένων ἐξάρνησις. Ἡ γὰρ οὐκ ἀνῄρηνται κατ' αὐτοὺς αἱ φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, καί εἰσι καὶ σώζονται, καὶ δίκαιόν ἐστιν αὐτὰς σωζομένας ὁμολογεῖσθαι μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἢ εἴπερ μὴ δίκαιόν ἐστιν αὐτὰς ὁμολογεῖσθαι μετὰ τὴν ἕνωσιν, μήτε εἶναι, μήτε σώζεσθαι λέγειν αὐτὰς ἐν Χριστῷ δίκαιόν ἐστι κατ' αὐτοὺς, καὶ ἀνῄρηνται. Ὃ γὰρ μὴ δίκαιόν ἐστι πάντως ὀνομάζεσθαι, μηδὲ τὸ παράπαν ὑπάρχειν, πολλῷ κρεῖττόν ἐστιν ὡς οἶμαι καὶ δικαιότερον, λέγειν· ἢ πείσωσιν ἡμᾶς λόγῳ, πῶς ἐστι δίκαιον ἐν Χριστῷ μὴ ὁμολογεῖσθαι τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, ὄντά τε καὶ σωζόμενα μετὰ τὴν ἕνωσιν, χωρὶς τῆς οἱασοῦν τροπῆς καὶ ἀλλοιώσεως, καὶ τῆς εἰς ἄλληλα κατὰ τὸν οὐσιώδη λόγον μεταβολῆς· καὶ στέργομεν εὐπειθῶς τῆς τῶν σωζομένων ἐν Χριστῷ καὶ ὄντων ὁμολογίας τὴν στέρησιν.

Quemadmodum autem Christus post unionem non unum est secundum omnem et rationem et modum, sic neque secundum omnem et rationem et modum post unionem est duo. Sin autem Christus non est duo post unionem secundum omnem et rationem et modum, omnino secundum aliquam et rationem et modum (secundum personalem scilicet identitatem, unam nimirum personam et hypostasim, secundum quam non potest habere differentiam ac distinctionem) Christus unum est. Quia igitur secundum aliam aliamque et rationem et modum, idem ipse unum, duoque est : operæ pretium ut dispiciamus, utra demum et ratione et modo idem ipse unus ac duo sit.

Ὥσπερ δὲ κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον ἓν οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὕτω πάλιν κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς δύο μετὰ τὴν ἕνωσιν. Εἰ δὲ μὴ κατὰ πάντα λόγον τε καὶ τρόπον ἐστὶν ὁ Χριστὸς δύο μετὰ τὴν ἕνωσιν· πάντως κατά τινα λόγον τε καὶ τρόπον, διὰ τὴν ὑποστατικὴν ταυτότητα, ἤγουν τὴν μίαν ὑπόστασιν, καθ' ἣν διαφορὰν ἔχειν οὐ δύναται, ἓν ἐστιν ὁ Χριστός. Ἐπεὶ οὖν κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον λόγον τε καὶ τρόπον, ἓν καὶ δύο ἐστὶν ὁ αὐτὸς, ἀναγκαῖον σκοπῆσαι, κατὰ ποῖον καὶ ποῖον λόγον (v) ἓν ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ δύο.

296 *Blasphemum esse, dicere unam Christum simpliciter naturam.*

Siquidem igitur secundum naturæ rationem unum eum dicturi sunt, una prorsus natura, absque omni differentia ac distinctione, eorum sententia, totum erit. Sin autem hæc illos dicere concesserimus, Christus, juxta illos, nec Deus, at neque homo, nec omnino creatura, nec Creator erit. Quæ enim natura simpliciter dicitur, neutrius horum ullam prorsus appellationem recipit. Sin autem apertam absurditatem vitare satagentes, unam Christum naturam esse dicant, verum compositam; vere nescierunt, quo pacto impietatis caligo, ad imam eos erroris impulit sentinam.

Ὅτι βλάσφημον τὸ λέγειν τὸν Χριστὸν μίαν ἁπλῶς φύσιν.

Εἰ μὲν οὖν κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον ἓν αὐτὸν εἶναι φήσουσι, μίαν φύσιν ἁπλῶς χωρὶς τῆς οἱασδήποτε διαφορᾶς δηλονότι κατ' αὐτοὺς ἔσται τὸ ὅλον. Εἰ δὲ τοῦτο λέγειν αὐτοῖς συγχωρήσομεν, οὐκ ἔσται Θεὸς κατ' αὐτοὺς, οὔτε μὴν ἄνθρωπος ὁ Χριστός· οὔτε κτίσμα παντελῶς, οὔτε κτίστης. Ἡ γὰρ ἁπλῶς λεγομένη φύσις, οὐδ' ἑτέρου τούτων καθάπαξ τὴν οἱανοῦν ἐπιδέχεται σημασίαν. Εἰ δὲ τὴν πρόδηλον φεύγοντες ἀτοπίαν εἴπωμεν, μίαν μὲν, σύνθετον δὲ τὸν Χριστὸν εἶναι φύσιν, ἠγνόησαν ὡς ἀληθῶς, πῶς ὁ τῆς ἀσεβείας ζόφος πρὸς τὴν ἰσχάτην αὐτοὺς ἀπεώσατο πλάνην.

De natura composita ejusque ratione, accuratius; ac loqui impie, qui unam Christum naturam compositam dicunt.

Primum enim natura omnis composita, non in

Περὶ συνθέτου φύσεως ἀκριβέστερον, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν λόγου· καὶ ὡς ἀσεβοῦσιν οἱ λέγοντες τὸν Χριστὸν μίαν σύνθετον φύσιν.

Πᾶσα γὰρ σύνθετος φύσις, πρῶτον μὲν ἀπρόαι-

NOTÆ.

(v) *Κατὰ ποῖον καὶ ποῖον λόγον.* Apta satis repetitio, etsi eam cod. Venet. non habet, sed solum κατὰ ποῖον λόγον. Quod tamen toto discursu Maximus καὶ τρόπον adjunxerit, verisimile est hic scripsisse, κατὰ ποῖον τρόπον καὶ ποῖον λόγον, eaque repetita voce, proclivi errore, alterum excidisse.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρετον ἔχει τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν κατὰ τὴν A σύνθεσιν σύνοδον.

Ἔπειτα δὲ καὶ ἀλλήλοις ὁμόχρονα τὰ μέρη, καὶ ἑαυτῇ κέκτηται, κατὰ τὴν εἰς τὸ εἶναι γένεσιν συνυπάρχοντα, μηδετέρου μέρους θατέρου χρονικῶς προϋπάρχοντος.

Πρὸς ἔτι γε μὴν καὶ εἰς συμπλήρωσιν τῆς τὸ πᾶν μεγαλοφυῶς ὑπογραφούσης ὁλότητος γινώσκεται πεποιημένη· ὧν οὐδὲν ἐπὶ Χριστοῦ παντελῶς θεωρεῖται τοῖς εὐσεβεῖν βουλομένοις· ἵνα μὴ τὴν πρὸς τὴν σάρκα τοῦ Λόγου σύνοδον ἀκούσιον ποιώμεθα, καὶ ἀπροαίρετον· καὶ ἢ τῇ σαρκὶ τὸν Θεὸν Λόγον κατὰ τὴν πρὸς τὸ εἶναι γένεσιν ὁμόχρονον, ἢ τὴν σάρκα τῷ Λόγῳ κατὰ τὴν ἄναρχον ὕπαρξιν συναΐδιον· ἢ καὶ μηδὲν ἔχειν πλέον τῶν λοιπῶν κατὰ τὴν καθ' ὅλου φύσιν θεωρουμένων εἰδῶν, ὡς μέρος εἰς B συμπλήρωσιν τοῦ παντὸς κατὰ τὰ λοιπὰ εἴδη, παρὰ τῆς τὸ πᾶν συστησαμένης δυνάμεως παρηγμένον τὸν Χριστὸν διοριζόμεθα. Οὕτως γὰρ πάσης συνθέτου φύσεως ὅρος τε καὶ λόγος καὶ νόμος, καθὼς ἡ τῆς ἀληθείας δύναμις, καὶ ὁ τῆς λογικῆς ἀκολουθίας δρόμος ποδηγεῖ λέγειν τοὺς μετὰ συνέσεως τὴν τῶν ὄντων ποιουμένους διάσκεψιν. Καὶ τίς ἔτι τῆς τῶν εὐσεβῶν εἶναι δυνήσεται μοίρας, οὕτω φρονῶν περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου, τοῦ πρὸ πάντων ὑπάρχοντος τῶν αἰώνων· μᾶλλον δὲ κυριώτερον εἰπεῖν, ποιητοῦ τῶν αἰώνων, καὶ κατὰ θέλησιν ἑκούσιον ποιησαμένου πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ αὐθαίρετον τὴν κένωσιν· καὶ εἰς διόρθωσιν καὶ ἀνακαινισμὸν, ἀλλ' οὐκ εἰς συμπλήρωσιν τοῦ παντὸς, ἐνανθρωπήσαντος. C Τρόπῳ γὰρ οἰκονομίας, ἀλλ' οὐ νόμῳ φύσεως, ἀῤῥήτως ὁ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους διὰ σαρκὸς ἐπεδήμησε Λόγος. Οὐκοῦν οὐκ ἔστι σύνθετος φύσις ὁ Χριστὸς, κατὰ τὴν καινοτομίαν τῶν κενούντων τὸ Εὐαγγέλιον· τῷ νόμῳ τῆς συνθέτου φύσεως, κατὰ τὸν εἰς τὸ εἶναι τρόπον, παντάπασιν ὑπάρχων ἀδούλωτος· ἀλλ' ὑπόστασις σύνθετος, τὴν οἱανοῦν κατ' εἶδος σύνθετον φύσιν αὐτῆς κατηγορουμένην οὐκ ἔχουσα· ὃ καὶ παράδοξον, ὑπόστασιν σύνθετον θεᾶσθαι, χωρὶς τῆς κατ' εἶδος αὐτῆς κατηγορουμένης συνθέτου φύσεως.

Εἰ δὲ κατ' αὐτοὺς ἐκείνους ὁ Χριστὸς σύνθετός ἐστι φύσις, ἡ θαυμαστὴ τῶν Σευήρου λόγων ἀκρόπολις, ἢ γενικὴ πάντως ἐστὶ, ἢ μοναδική. Τούτων γὰρ ἄλλην ἐπινοῆσαι μέσην ἀμήχανον. Καὶ εἰ μὲν D γενικὴ φύσις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, κατὰ πολλῶν ἔσται δηλονότι καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ κατηγορούμενος· καὶ κατ' ἐπίνοιαν ἔσται μόνην, ἐν οἷς τὴν ὕπαρξιν ἔχει· καὶ οὐ καθ' ἑαυτὸν ἐν ἰδίᾳ τινὶ ὑποστάσει γνωριζόμενος· χωρὶς τῶν ἐπιθεωρουμένων τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀτόμοις συμβεβηκότων. Τοιοῦτος γὰρ ὁ πάσης γενικῆς φύσεως ὅρος τε καὶ λόγος· καὶ εἰσήχθη πλῆθος ἡμῖν Χριστῶν ἀνθ' ἑνὸς, κατὰ μηδένα τρόπον τὴν οἱανοῦν ἐχόντων πρὸς τὸν Θεὸν, ἢ τοὺς ἀνθρώπους ταυτότητα, διὰ τὴν Σευήρου κατὰ τῆς ἀληθείας περιττὴν καὶ ἀκάθεκτον μανίαν. Εἰ δὲ μοναδικὴ φύσις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἵνα παρῶμεν λέγειν ὡς οὐδαμῶς ἐστι τὸ σύνολον φύσις ἑνὶ προσώπῳ περιγεγραμμένη· κἂν εἰ τὰ μάλιστα τὸν μυθευόμενον

voluntate habet, aut ejus ipsa arbitra est, ut partes inter se componendi causa conveniant.

Præterea, partes cum aliis aliis, tum et sibi ipsis coætaneas habet, quæ simultaneo ortu pariter exsistant, nec se ulla temporis duratione mutuo præcedant.

Ad hæc vero etiam, ad totalitatem complendam, quæ rerum universitatem magnifice adumbret, facta esse dignoscitur : quorum nihil prorsus in Christo intelligent, quibus animo constitutum ut pietatis metas non excedant; ne Verbi cum carne commercium a libera nihil voluntate profectum faciamus; ac, vel Deum Verbum ortu in rerum naturam carni coætaneum, vel carnem Verbo, exsistentia nullum habente principium, coæternam : aut denique nihil amplius habere quam reliquas universali natura consideratas species; velut partem, reliquarum specierum more, ad complendam rerum universitatem ab universorum creatrice potentia productum Christum definiamus. Hæc enim naturæ omnis compositæ definitio, ratioque ac ritus est; quomodo vis ipsa veritatis, rationalisque consequentiæ cursus eos cogit dicere, qui rerum solerter judicioque indolem dispexerint. 297 Ecquis vero jam a piorum steterit partibus, qui sic de Deo ac Verbo sentiat, qui sit antiquior omnibus sæculis; quin potius, ut verius dicam, auctor sæculorum, ac qui sponte liberaque voluntate liberam ad nos homines exinanitionem instituerit, idque adeo ut universum repararet ac instauraret, non ut ipsum compleret, homo factus sit. Dispensationis enim rationibus, non naturæ lege, arcana Dei Verbum ratione per carnem venit ad homines. Non igitur Christus natura est composita, juxta ac sentiunt Novatores, qui Evangelium evacuant, cum eo quo exsistit modo, naturæ compositæ legi nihil obnoxius sit; sed persona composita, de qua nulla prorsus secundum speciem prædicetur natura composita : quod sane inauditum stupendumque; exstare nimirum personam compositam, de qua tamen nulla in specie natura composita prædicetur.

Sin autem illis iisdem auctoribus Christus natura composita est (quod Severi rationum mirabile præsidium arxque sacra est) omnino aut generica, aut singularis. Horum enim aliam mediam excogitare non possumus. At, siquidem Christus natura est generica, erit plane quæ de multis, iisque numero discretis, prædicetur; solaque ratione ac subtili mentis cogitatu in illis erit, in quibus ei est quod exsistit : non per se ipse in propria quadam persona seu hypostasi intelligetur absque illis accidentibus, quæ in individuis illi subjectis considerantur. Talis enim naturæ omnis genericæ definitio est atque ratio; emergetque nobis unius loco, Christorum turba, nihil ullo modo cum Deo autve hominibus habentium eadem ratione commune, ob Severi superfluam illam ac impotentem adversus veritatem insaniam. Sin autem Christus singularis natura est, ut interim

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

mittamus, nullam prorsus naturam esse quæ una A ὄρνιθα τὸν φοίνικα (x), καθάπερ τι μέγα καὶ ἄμα-
p.rsona circumscripta sit (vel si maxime fabulosam χον παράδειγμα τῆς ἑαυτῆς δόξης συστατικὸν, τε-
avem phœnicem, tanquam magnum quoddam ac λευταῖον προβάλλωνται· πρὸς ὃ καὶ λέγειν τι δέδοικα,
irrefragabile, opinioni suæ præsidio, ad extremum μήπως καὶ ἀνοίας παρὰ τοῖς συνετοῖς ὀφλήσω γέ-
exemplum producunt : in quod ipsum disputare λωτα, τὸν μῦθον δεῖξαι μῦθον πειρώμενος. Εἰ γὰρ
aliquid vereor, ne prudentum judicio stultitiæ ὄρνις ἐστὶν ὁ φοίνιξ, καὶ ζῶον πάντως ἐστίν. Εἰ δὲ
mihi notam asciscam, dum in eo ludo operam, ζῶον, πρῶτον μὲν οὐ πάντη μοναδικὸν καθὸ ζῶον.
quod fabulam, fabulam esse probo. Nam si phœ- Ἔπειτα δὲ, εἴπερ ζῶον, καὶ σῶμα ἔμψυχον αἰσθη-
nix avis est, planc etiam est animal. Si autem est τικόν. Εἰ δὲ σῶμα ἔμψυχον αἰσθητικόν ἐστιν ὁ φοί-
animal, primum quidem haud prorsus singulare, νιξ; καὶ ὑπὸ γένεσίν ἐστι δηλονότι καὶ φθοράν. Αὐ-
qua ratione est **298** animal : non enim unum est τοὺς ἐρωτήσωμεν τοὺς σοφοὺς τῶν ὄντων θεάμονας,
ac solum animal. Deinde, si est animal, etiam εἰ δυνατόν ἐστί τι τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἐμψύ-
corpus anima sensuque præditum est. Atqui si χων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων, μοναδικῆς ὑπάρχειν
phœnix corpus est anima sensuque præditum, uti- καθ' ὑπόστασιν, φύσεως· ὧν ἡ ἐξ ἀλλήλων κατ' εἶδος
que etiam ortui interitionique obnoxium est. Sin διαδοχὴ, ἀρίδηλος χαρακτὴρ τοῦ εἶναι καὶ ὅρος ἐστί.
autem phœnix his obnoxius est, ipsos percontemur B Καθάπερ καὶ ἡ θεία Γραφὴ μαρτύρεται, τὸ βέβαιον
sapientes rerum inspectores, Fierine possit, ut δι' ἑαυτῆς τῷ λόγῳ παρεχομένη, τῷ μεγάλῳ Νῶε
corpus aliquod anima sensuque præditum, ortui ac τὸν Θεὸν εἰσηγουμένη ταῦτα προστάσσοντα. Καὶ εἶ-
interitioni obnoxium, singularis naturæ secundum πεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε, *Εἴσελθε σὺ, καὶ πᾶς ὁ οἶκός*
personam ac hypostasim esse statuatur, cum ejus- *σου εἰς τὴν κιβωτὸν, ὅτι σε εἶδον δίκαιον ἐναντίον*
modi corporum, aliorum ex aliis secundum spe- *ἐμοῦ ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ. Ἀπὸ δὲ πάντων*
ciem vicariaque successio, ejus quod sunt manife- *τῶν κτηνῶν τῶν καθαρῶν εἰσάγαγε πρὸς σὲ ἑπτὰ*
stus character ac definitio exsistat? Quemadmodum *ἑπτὰ, ἄρσεν καὶ θῆλυ· ἀπὸ δὲ τῶν κτηνῶν τῶν μὴ*
etiam divina Scriptura testatur, ipsa a se doctrinæ *ὄντων καθαρῶν, δύο δύο, ἄρσεν καὶ θῆλυ· καὶ ἀπὸ*
robur concilians ac auctoritatem, cum hæc Deum *πάντων* (y) *τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ τῶν καθα-*
magno Noemo præcipientem inducit: *Et dixit Deus* *ρῶν, ἑπτὰ ἑπτὰ, ἄρσεν καὶ θῆλυ, καὶ ἀπὸ πάν-*
Noe : Ingredere, tu, et omnis domus tua in arcam ; *των τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ τῶν μὴ καθαρῶν,*
quia te vidi justum coram me in generatione ista. *δύο δύο, ἄρσεν καὶ θῆλυ, διαστρέψαι σπέρμα*
Ex pecoribus autem omnibus mundis induc ad te *ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.* Οἷς, εἴπερ ὡς πτηνὸν ζῶον ὁ
septena et septena, masculum et feminam ; ex pece- C φοίνιξ ἐστὶν ἐναρίθμιος, μοναδικῆς καθ' ὑπόστασιν
ribus autem immundis, duo et duo, masculum et fe- φύσεως οὐκ ἔστι κατὰ τὴν θείαν ἀπόφασιν, ἵνα ταῦ-
minam. Et de omnibus volatilibus cæli mundis sep- τα καθὼς ἔφην μὴ λέγωμεν· οὐ γὰρ φίλον ἡμῖν ὑπὲρ
tena et septena, masculum et feminam : et de omni- τῶν οὐκ ἀναγκαίων τὸ μάχεσθαι· πᾶσιν εὔδηλόν
bus volatilibus cæli immundis, duo et duo, masculum ἐστι, ὡς εἴπερ μοναδικὴ φύσις ἐστὶν ὁ Χριστὸς,
et feminam, ut nutriatur semen super omnem ter- οὔτε τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ὁμοούσιός ἐστιν, οὔτε ταῖς
ram[u] : quibus utique, siquidem phœnix tanquam ἀνθρώποις. Τὸ γὰρ πάντη κατὰ τὴν φύσιν μοναδι-
animal volucre connumeratur, singularis naturæ κὸν, τῆς πρὸς ὁτιοῦν ἄλλο παντελῶς ἠλλοτρίωται φυ-
secundum hypostasim, ac quæ ipsa una vere exsi- σικῆς συγγενείας. Εἰ δὲ κατ' αὐτοὺς ἐκείνους, ὡς
stat, divina sententia minime est. Ut hæc, inquam, ἔδειξεν ὁ λόγος, πάντη κατὰ τὴν φύσιν ὁ Χριστὸς
uti dicebam, missa faciamus (non enim libet eorum πάντων ἠλλοτρίωται τῶν ὄντων· αὐτοὺς εἰπεῖν προ-
nomine digladiari, quorum nulla necessitas est) τρεψόμεθα τοὺς καινοὺς δογματιστὰς, τί ὄντα κατὰ
cunctis palam perspicuum est, fore ut si Christus τὴν φύσιν, καὶ ποίῳ λόγῳ σέβουσι τὸν Χριστὸν, τὸν
natura singularis sit, nec cum Deo ac Patre, neque μηδὲν ὅσον ἐπὶ ταῖς αὐτῶν ὑποθήκαις τῶν λόγων,
vero cum hominibus ejusdem substantiæ exsistat. ὄντα παρ' αὐτῶν βλασφημούμενον.

[u] Gen. VII, 1-3.

NOTÆ.

(x) *Τὸν μυθευόμενον ὄρνιθα τὸν Φοίνικα.* Laudanda maxime Maximi ἀκρίβεια, qui Patrum fere unus phœnicis avis fabulam aperte exploserit, cum reliqui vel admiserint, vel certe in dubio rem reliquerint, communique famæ permiscerint. Præcipuus est Clemens Rom. qui ævi simplicitate in sua ad Corinthios epistola, quod unum ejus genuinum monumentum ad nos pervenit, ὡς παναληθεστάτῳ, τῷ κατὰ τὸν φοίνικα τὸν ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται· *quod phœnicem avem adhibet, ut verissimum exemplum*, inquit Phot., hoc ei nomine dicam scribens. Tertulliano et Epiphanio imposuit locus Scripturæ male intellectus; Cyrillo, Clemens : Maximus rei absurditatem quasi φυσικώτερον explosit, tantamque advertit, ut impugnando vereatur, ne quasi demens prudentibus risum moveat; qui scilicet sic inutili argumento otium terat. Commento occasionem fecit ὁμωνυμία vocis φοῖνιξ, qua sæpe usi οἱ LXX non ut avem significarent, sed ut palmam, quæ ipsa quasi ex se sic renascatur et pullulet. Multis prosecutus hoc argumentum Bochartus tom. altero de animalibus sacræ Scripturæ, quo ipso laudat Andreæ Schottani Eptaemeram, diatr. 13.

(y) *Καὶ ἀπὸ πάντων.* Deest vox illa in textu τῶν LXX, ut et in Hebr. et Vulg. aliisque, videturque Maximo ex memoria succurrisse. Habuit autem Maximus plenum Genesis locum, ut habent Sixt. Argent., etc. Quod spectat ad legem de immundis, quæ omnia bina et bina inducenda erant, ad propagandum duntaxat speciem, non etiam septena in usum sacrificiorum, vel etiam ad vescendum : nihil causæ videtur, cur illud alterum potius omissum sit a Mose, quam a senioribus additum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quod enim natura prorsus singulare est, a naturali, cum re qualibet alia, cognatione prorsus abhorret. Sin autem illorum sententia, uti probavit oratio, Christus natura a rebus omnibus abhorret; ipsos dicere jubeamus novi dogmatis artifices, quidnam exsistentem natura, ac qua ratione, Christum colant, quem ne esse quidem, quantum ex illorum verbis ac documentis datur intelligi, blasphemia tradant.

Εἰ τοίνυν μέγας καὶ φοβερὸς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται A κίνδυνος, κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν τοῦ λόγου δύναμιν, τοῖς λέγουσιν ἓν κατὰ τὴν φύσιν εἶναι τὸν Χριστὸν, ἤγουν μίαν φύσιν, εἴτε ἁπλῶς λεγομένην, εἴτε σύνθετον· καὶ ταύτην εἴτε γενικὴν ἤγουν κοινὴν, εἴτε μοναδικὴν ἤγουν ἰδικήν· πάσῃ φυλακῇ τὰς ἑαυτῶν καρδίας τῆς τοιαύτης δόξης τηρήσωμεν καθαράς, ἵνα καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ μελλούσης ἀπειλῆς ἐλευθερωθῶμεν. Καὶ τὸ μὲν δύο ἐπὶ Χριστοῦ κατὰ τὸν τῆς φυσικῆς ἑτερότητος λόγον, ἤγουν διαφορᾶς τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων σωζομένων καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, ὡς ἐν ὅλῳ μερῶν, εὐσεβῶς ὁμολογήσωμεν· καθ' ὃν οὐδέποτε τὰ μέρη φυσικῶς ἀλλήλοις συμπίπτουσιν, ἕως ἑκάτερον τὸν οἰκεῖον τῆς φύσεως πρὸς τὸ ἕτερον διαφυλάττει λόγον ἀλώβητον· τὸ δὲ ἓν κατὰ τὸν τῆς B ὑποστατικῆς ταυτότητος λόγον, καθ' ὃν οὐδεμίαν τὸ σύνολον πρὸς ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς ὡς ὅλον τὴν ἐκ διαφορᾶς διάκρισιν, ἤγουν μερισμὸν ἐπιδέχεται· ἕως μία καὶ πρὸ σαρκὸς, καὶ μετὰ σάρκωσιν ὑπόστασις ὑπάρχων πιστεύεται· καὶ εἷς τῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς Τριάδος προσκυνεῖται παρ' ἡμῶν καὶ δοξάζεται. Μοναδικὴ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ἡ ὑπόστασις, ὡς ὅλον, μηδενὶ λόγῳ κατὰ τὴν χαρακτηριστικὴν αὐτῆς ἰδιότητα τοῖς ἄκροις ἐπιμεριζομένη, καθ' ἣν αὐτῶν ἀφορίζεται. Ἄκρα δὲ νῦν λέγω, τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ἐξ οὗ πρὸ τῶν αἰώνων ὁ Χριστὸς γεγεννῆται θεϊκῶς· καὶ τὴν ἁγίαν πανένδοξον Παρθένον καὶ Μητέρα, ἐξ ἧς ὁ αὐτὸς ἀνθρωπίνως γεγέννηται δι' ἡμᾶς, τῇ πρὸς ἄμφω τὰ ἄκρα τῶν ἰδίων μερῶν οἰκειότητι, φυλάττουσα τὴν κατ' οὐσίαν ἀμειώτως ταυτότητα· οἷς μέρεσι τὸν τῆς διαφορᾶς ὁ Χριστὸς ἐπιδεχόμενος λόγον, τῆς οἰκείας οὐκ ἐξίσταται μονοδικῆς ὑποστάσεως. Πᾶσα γὰρ ὁλότης, καὶ μάλιστα κατὰ σύνθεσιν, ἐκ διαφόρων θεωρουμένη, τῆς οἰκείας ὑποστάσεως μοναδικῶς φυλάττουσα τὴν ταυτότητα, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν οἰκείων μερῶν ἀσύγχυτον ἔχει διαφοράν, καθ' ἣν τὸν ἑκατέρου μέρους πρὸς θάτερον κατ' οὐσίαν διασώζει λόγον ἀνόθευτον. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ μέρη κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα σύνθεσιν, ἀκραιφνῆ καὶ ἀμείωτον τὸν κατὰ φύσιν λόγον φυλάττοντα, τὴν ἑνικὴν τῆς οἰκείας ὁλότητος ἀδιάκριτον ἔχει ταυτότητα· καθ' ἣν μοναδικῶς τὸν καθ' ὑπόστασιν διαφυλάττει λόγον παντελῶς ἀδιαίρετον.

Cum igitur ingens necessario formidolosumque sequatur periculum, juxta ac reddita vis rationis ostendit; iis utique comes, qui Christum unum natura esse dicunt (unam scilicet naturam, eamque vel simpliciter dictam, vel compositam, **299** ac vel genericam sive communem, vel singularem sive privatam ac propriam), omni diligentia ac cura ab ejusmodi opinione corda nostra munda custodiamus, ut et ab ira, quæ ejus causa impendet, liberemur. Ac duo quidem in Christo, pro naturalis diversitatis (differentiæ scilicet distinctionisque) ratione, earum, ex quibus est, naturarum, post etiam unionem incolumium, velut partium in toto, pie confiteamur; qua nimirum nunquam partes naturaliter aliæ aliis coincidunt, quandiu utravis alteri composita propriam naturæ rationem illæsam ac incolumem servat. Unum vero personalis (ut sic dicam) identitatis ratione, qua nullam prorsus secum ipse Christus, ut totum, ex differentia ac distinctione, discretionem seu divisionem admittit; quandiu nimirum et ante assumptam carnem, et ea assumpta, una persona esse creditur, unusque e sancta atque regia Trinitate a nobis colitur atque laudatur. Est enim singularis unaque Christi persona, ut totum, nulla ratione penes eam proprietatem, quæ ejus velut nota propria est ac character, cum extremis divisa, a quibus illa secernitur (extrema vero nunc dico, Deum et Patrem, ex quo ante sæcula Christus divinitus natus est, et sanctam gloriosissimam Virginem ac Matrem, ea qua idem propter nos humano itidem partu natus est) partium suarum cum ambobus extremis necessitudine, substantialem indiminute identitatem servans: quibus partibus, cum Christus distinctionem admittat, a sua nihil singulari persona excedit. Omnis enim totalitas, ac præsertim quæ ex distinctis secundum compositionem intelligitur, quod una eademque singulariter persona est servans, suarum quoque partium inconfusam aliarum cum aliis differentiam habet ac distinctionem; qua nimirum utriusvis partium cum altera substantialem sinceram illæsamque rationem custodit. Similiter vero etiam partes, qua inter se compositionem ineunt, cum veram nihilque detritam ac imminutam naturæ rationem retineant, singularem propriæ totalitatis identitatem indiscretam habent, qua singulariter personæ seu hypostasis rationem omnis prorsus servant divisionis expertem.

Εἰ τοίνυν, καθὼς ἔδειξεν σὺν ἀληθείᾳ τρέχων ὁ D λόγος, ἀσεβὲς πάντη καθέστηκεν ἐπὶ Χριστοῦ τῷ κατὰ φύσιν λόγῳ θεσπίζειν κεῖσθαι τὸ ἕν, ὥσπερ καὶ τὸ ἔμπαλιν τῷ καθ' ὑπόστασιν λόγῳ τὰ δύο· τὸ μὲν γὰρ τῆς Ἀπολιναρίου δυσωδίας ἐστὶν ἴδιον, συναλείφοντός τε καὶ συγχέοντος εἰς μίαν φύσιν τὰς φύσεις, καὶ ἀδιάγνωστον πάντη ποιοῦντος τὴν οἰκονομίαν μηδεμίαν κυρίως εἶναι τιθεμένου φύσιν μετὰ τὴν ἕνω-

Cum igitur sicut vere currens ostendit oratio, omnino impium sit, in Christo **300** naturæ ratione unum statuere, uti et vicissim duo personæ ratione (alterum namque fetidissimi Apollinarii erroris proprium est, qui naturas in unam naturam compingat atque confundat, dispensationemque prorsus incognoscibilem faciat, ac nullam vere post unionem naturam admittat. Fugit enim,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

esse quod erat horum quodlibet, dum aliud in aliud commigrat, ac inter se res commutantur; alterum autem Judaicæ Nestorii dementiæ, qui unam personam in duas dividat, omnemque dispensationem, Christi scilicet mysterium, neget; qui nempe unitum carni in persona seu hypostasi substantialiter Deum Verbum dicere recuset), nos recte, ac pro eo ac consentaneum est, oratione utamur, perversorum voces ad normam convertentes: ac duo quidem, naturalis diversitatis, seu differentiæ ac distinctionis ratione; unum vero personæ itidem ac hypostasis ratione dicamus, ut et naturarum, ex quibus est Christus, post unionem distinctio in Christo servetur, eademque ac singularis incarnati Dei Verbi persona ac hypostasis similiter omnis expers consistat multiplicationis. Inversa enim rerum notatio ac confessio, hæreticorum sensu subjecta destruit: cum proprias rerum appellationes veritas nullo modo sinat vicissim commutari. Idcirco duas Christum naturas, uti dicebam, confitemur, qua ratione, ex quibus est, ac quæ in ipso post unionem manent incolumes, naturæ distinguuntur, velut scilicet eumdem ipsum post unionem Deum et hominem.

Eum, qui Christum Deum et hominem post unionem dicit, una cum nominibus ambas necessario post unionem naturas confiteri, dum recte credere velit.

Siquidem enim Christus Deus et homo est post unionem, uti communis habet confessio; plane fit ut post unionem vere quoque in eo conveniant nomina. Res enim suis priores nominibus intelliguntur, nec unquam nomen absque re consistere queat, quæ ipsa a se, quo rite affirmetur, nomini tribuat, vicissimque ut notificetur, ab eo accipiat. Sin autem Christus r s, quarum sunt nomina, post unionem non habeat, nudas, eorum sententia, tanquam nulli **301** adhærentes, rerumque vacuas habere monstrabitur appellationes: eritque juxta illos Christus solum nomine tenus, non reipsa ac veritate, Deus et homo; quo quid magis impium exsistat? Sin vero tantum furoris ac insaniæ crimen defugientes, non esse in Christo rerum vacuas appellationes dixerint, sicut non recusant duas in Christo post unionem dicere appellationes, sic et duas Christi naturas, ex quibus et in quibus consistit, dicant post unionem, quarum sunt appellationes, siquidem, vere ac fide duce reipsa natura, incolumia fatentur post unionem, quæ fuerunt unita.

De voce, In duabus; *deque una Verbi Dei natura incarnata, pia confessio ex Patrum sententia; uniusque naturæ compositæ inficiatio.*

Ac rursus, in duabus eum naturis indivise esse confitemur, in deitate scilicet et humanitate. Quemadmodum enim dicendo Christum ex duabus naturis, ex deitate et humanitate cum esse intelligimus, velut ex partibus totum; sic quoque

σιν. Φεύγει γὰρ εἶναι ὅπερ ἐστὶ, τούτων ἑκάτερον εἰς ἄλληλα μεταχωροῦντα καὶ μεταπίπτοντα. Τὸ δὲ τῆς Ἰουδαϊκῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας, τὴν μίαν ὑπόστασιν εἰς ὑποστάσεις δύο μερίζοντος, καὶ τὴν ὅλην οἰκονομίαν ἀρνουμένου, τὸ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν οὐσιωδῶς τὸν Θεὸν Λόγον ἑνωθῆναι λέγειν παραιτουμένου· ἡμεῖς ὀρθῶς τε καὶ προσφυῶς χρησώμεθα τῷ λόγῳ, πρὸς τὸ εὐθὲς μεταβάλλοντες τῶν διεστραμμένων τὰς φωνάς· καὶ τὸ μὲν δύο, κατὰ τὸν τῆς φυσικῆς ἑτερότητος ἦγουν διαφορᾶς λόγον· τὸ δὲ ἕν, κατὰ τὸν τῆς ὑποστάσεως λόγον· ἵνα καὶ τὸ διάφορον τῶν ἐξ ὧν ὁ Χριστός ἐστι φύσεων, ἐν Χριστῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν διατηρῆται· καὶ τὸ ταυτὸν καὶ μοναδικὸν τῆς ὑποστάσεως τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ Λόγου ὡσαύτως ἀπλήθυντον διασώζηται. Ἡ γὰρ ἀντάλληλος τῶν πραγμάτων δεῖξίς τε καὶ ὁμολογία, τῶν ὑποκειμένων κατὰ τοὺς αἱρετικοὺς ἀφανισμὸν ἀπεργάζεται· οὐκ ἀνεχομένης τῆς ἀληθείας τὰς κυρίας παντάπασι τῶν πραγμάτων συγχωρεῖν εἰς ἀλλήλας ἀμείβεσθαι προσηγορίας. Διὰ τοῦτο δύο φύσεις ὁμολογοῦμεν τὸν Χριστὸν, ὡς ἔφην, κατὰ τὸν τῆς διαφορᾶς λόγον τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν αὐτῷ σωζομένων· ὡς Θεὸν τὸν αὐτὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον μετὰ τὴν ἕνωσιν.

Ὅτι ὁ λέγων Θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἕνωσιν, συνομολογεῖ τοῖς ὀνόμασι τὰς φύσεις ἐξ ἀνάγκης μετὰ τὴν ἕνωσιν, ὑρθῶς πιστεύειν προηρημένος.

Εἰ γὰρ Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν, κατὰ τὴν κοινὴν ὁμολογίαν, δηλονότι τὰ πράγματα τοῖς ὀνόμασιν ἔχων, ἐπαληθεύει μετὰ τὴν ἕνωσιν. Τὰ γὰρ πράγματα προεπινοοῦνται τῶν οἰκείων ὀνομάτων· καὶ οὐδ' ἂν εἶναι δυνηθείη πώποτε χωρὶς τοῦ πράγματος ὄνομα, τοῦ παρέχοντος δι' ἑαυτοῦ τῷ ὀνόματι θέσιν, καὶ ἀντιλαμβάνοντος δήλωσιν. Εἰ δὲ τὰ πράγματα, ὧν εἰσι τὰ ὀνόματα, οὐκ ἔχει κατὰ τὴν ἕνωσιν ὁ Χριστὸς, ψιλὰς κατ' αὐτοὺς, ὡς μετὰ μηδενὸς κειμένας ἔχων δειχθήσεται τὰς προσηγορίας, καὶ πραγμάτων ἐρήμους· καὶ ἔσται Θεὸς καὶ ἄνθρωπος μόνον ὀνόματι κατ' αὐτοὺς ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ πράγματι· οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀθεώτερον; Εἰ δὲ τοσοῦτον μανῆναι παραιτούμενοι, φαῖεν μὴ ἐρήμους εἶναι πραγμάτων ἐπὶ Χριστοῦ τὰς προσηγορίας μετὰ τὴν ἕνωσιν· ὥσπερ οὐ παραιτοῦνται λέγειν τὰς δύο τοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν προσηγορίας, οὕτω καὶ τὰς δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκε λεγέτωσαν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ὧν καὶ προσηγορίαι· εἴπερ κατ' ἀλήθειαν πιστῶς ὁμολογοῦσι σώζεσθαι πραγματικῶς κατὰ φύσιν τὰ ἑνωθέντα μετὰ τὴν ἕνωσιν.

Περὶ τῆς Ἐν δύο φωνῆς· καὶ περὶ τῆς μιᾶς τοῦ Λόγου φύσεως σεσαρκωμένης εὐσεβὴς ὁμολογία κατὰ τοὺς Πατέρας· καὶ ἀρνησις τῆς μιᾶς συνθέτου φύσεως.

Καὶ πάλιν ἐν δύο φύσεσιν ἀδιαιρέτως τὸν αὐτὸν ὄντα πιστεύομεν, ὡς ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι. Ὥσπερ γὰρ ἐκ δύο φύσεων λέγοντες τὸν Χριστὸν, ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ὄντα νοοῦμεν, ὡς ἐξ μερῶν ὅλον· οὕτω καὶ ἐν δύο φύσεσι λέγοντες με-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὰ τὴν ἕνωσιν, ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι ὄντα πιστεύομεν, ὡς ὅλον ἐν μέρεσι. Μέρη δὲ Χριστοῦ ἡ θεότης αὐτοῦ καὶ ἡ ἀνθρωπότης ἐστὶν, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ὑφέστηκε. Καὶ αὖθις μίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην σαρκὶ, νοεράν τε καὶ λογικὴν ἐχούσῃ ψυχὴν πιστεύειν, λέγειν τε καὶ κηρύττειν ἐδιδάχθημεν, κατὰ τὸν ἅγιον Κύριλλον· διὰ τοῦ σεσαρκωμένην εἰπεῖν, τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως εἰσκεκομισμένην νοοῦντες τὴν οὐσίαν. Καὶ πάλιν τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, καὶ τοῦ αὐτοῦ τὰς δύο γεννήσεις, τήν τε προαιώνιον ἀσωμάτως ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν χρονικὴν ἐκ Μητρὸς καὶ Παρθένου σωματικῶς δι' ἡμᾶς γεγενημένην. Διὸ μάλιστα καὶ κατὰ ἀλήθειαν κυρίως Θεοτόκον αὐτὴν ὁμολογοῦμεν, ὡς τὸν ἐκ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων Θεὸν Λόγον, ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα γεννήσασαν. Μίαν δὲ φύσιν σύνθετον τὸν Χριστὸν παντελῶς παραιτούμεθα λέγειν· οὐ μόνον διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας, ἀλλ' ὅτι καὶ μηδεὶς καθ' ὅλων τῶν ἐγκρίτων Πατέρων πέφανται μέχρι τῆς [66] δεῦρο ταύτην εἰρηκὼς τὴν φωνήν· καὶ ὡς προδήλως Ἀπολιναρίου τοῦ αἱρετικοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν ὑπάρχουσαν γέννημα· ὧν ἀποδεξάμενος Σεύηρος τὴν πλάνην, εἰκότως καὶ ταῖς φωναῖς καλλωπίζεται. Οὐ γὰρ φυσικὴ μονὰς κατὰ σύνθεσίν ἐστιν ὁ Χριστὸς κατ' Ἀπολινάριον καὶ Σεύηρον, ἕως σωζομένην διαφυλάττει τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀσύγχυτον τὴν ἑτερότητα. Οὔτε μὴν ὑποστατικὴ δυὰς κατὰ Νεστόριον, ἕως μὴ καθ' ἑαυτὰ τὰ συνελθόντα καὶ ἀλλήλων διακεκριμένα παντελῶς ὑφεστήκασι· καὶ ἕως εἷς ἐστιν ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς Λόγος καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ μὴ προϋποστᾶσαν τῷ οἰκείῳ λόγῳ τῆς φύσεως, τὴν ἑνωθεῖσαν αὐτῷ λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένην σάρκα προσέλαβεν· ἀλλ' ὑπόστασις μία σύνθετος κατὰ τοὺς Πατέρας, καθ' ἣν ὅλος τε Θεός ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ εἷς τῆς ἁγίας καὶ πανευφήμου Τριάδος μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος διὰ τὴν θεότητα, καὶ ὅλος ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, καὶ εἷς τῶν ἀνθρώπων μετὰ τῆς θεότητος διὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

A dicendo in duabus naturis post unionem, in deitate et humanitate, velut totum in partibus, esse credimus. Sunt vero Christi partes, ejus deitas et humanitas, ex quibus et in quibus consistit. Rursus quoque, unam Dei naturam incarnatam carne, anima intelligente ac utente ratione prædita, credere, dicere ac prædicare docti sumus, juxta sanctum Cyrillum, dicendo, *incarnatam*, assertam intelligentes ac insinuatam nostræ naturæ substantiam. Ejusdemque rursus atque unius Christi tum miracula, tum passiones, duasque ejus nativitates; illam scilicet sæculis anteriorem incorporea ratione ex Patre, hanc que temporalem ex Matre et Virgine, corporali propter nos susceptam ratione. Idcirco maxime vereque proprie Dei Genitricem eam confitemur, ut quæ Deum Verbum, ante omnia sæcula ex Patre genitum, extremis temporibus genuerit ex ipsa incarnatum. Unam vero Christum naturam compositam dicere penitus recusamus, nedum ob eas, quas dixi, rationes, sed quod etiam nullus prorsus probatorum Patrum eam usurpasse vocem proditus sit, ac quod palam Apollinarii hæretici, et sequacium fetus exsistat, quorum Severus 362 errorem probans, merito etiam vocibus honestatur. Non enim Christus naturalis unitas est per compositionem, uti sentiunt Apollinarius et Severus, quandiu naturarum, ex quibus est, post etiam unionem, inconfusam servat ac incolumem diversitatem. Sed neque duæ personæ, ut sentit Nestorius, quandiu ea quæ convenerunt, non ipsa per se aliaque ab aliis prorsus discreta divisaque consistunt: ac quandiu Deus Verbum incarnatum, post etiam incarnationem unus exsistit, nec propria naturæ ratione prius exsistentem, quæ illi unita est, utentium ratione ac intelligentium more animatam carnem assumpsit; sed persona una composita, juxta Patres, qua idem ipse, cum totus Deus unusque e sancta laudatissimaque Trinitate cum humanitate deitatis ratione exsistit, tum homo totus hominumque unus cum deitate, ratione humanitatis.

Περὶ ὑποστάσεως συνθέτου φυσικωτέρα διάληψις· καὶ ἀπόδειξις ἀκριβὴς τοῦ μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν ἀτοπήμασι, τοὺς ὁμολογοῦντας μίαν σύνθετον ὑπόστασιν τὸν Χριστὸν, τοῖς μίαν αὐτὸν λέγουσι σύνθετον φύσιν.

De persona composita, magis e naturæ rationibus tractatio, accurataque probatio, non incidere in eadem absurda, qui Christum confitentur unam personam compositam, cum illis, qui unum eum dicunt naturam compositam.

Εἰ δὲ ὅτι καὶ πᾶσα σύνθετος ὑπόστασις ἀλλήλοις ὁμόχρονα κέκτηται τὰ μέρη, νομίζοι τις τὴν αὐτὴν ἀτοπίαν συνάγεσθαι, καὶ τοῖς λέγουσι μίαν τὸν Χριστὸν εἶναι σύνθετον ὑπόστασιν, οὐκ ὀρθῶς κατὰ τὸν ἐμὸν ὁ τοιοῦτος ὑπολαμβάνει λόγον. Οὐ γὰρ ἁπλῶς πᾶσα σύνθετος ὑπόστασις ἀλλήλοις ὁμόχρονα κατὰ τὴν γένεσιν ἔχει τὰ μέρη· ἀλλ' ἡ ὑπὸ φύσιν σύνθετον δηλονότι τελοῦσα, καὶ εἶδος ἔχουσα τοιοῦτον αὐτῆς κατηγορούμενον· ἥτις τῷ κοινῷ καὶ καθ' ὅλου τῆς κατηγορουμένης οὐσίας, ἤτοι φύσεως, τὸ

Sin autem aliquis, idcirco quod omnis persona composita partes inter se coævas habet, existimet hic quoque idem absurdum colligi, atque illis qui Christum unam dicunt naturam compositam, haud recte 'puto, qui sic opinatur, sentit. Non enim omnis simpliciter persona composita partes ortu coævas habet, sed solummodo quæ continetur sub natura composita, habetque ejusmodi speciem, quæ de illa prædicetur: quæ nimirum, communi illi universalique substantiæ, quæ præ-

[66] Fr. μέχρι τοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

dicatur (naturæ scilicet) complicatum habens proprietatum circum ipsam cumulum, natura, id est, substantia cum proprietatibus exsistit. Siquidem igitur res ita ferat, ut natura, sub qua continetur, composita sit, ac species quæ prædicatur: ipsam quoque compositam esse omnino necesse est, ejusque alias aliis coævas esse partes, ob speciem quæ de illa prædicatur, id est, naturam; sic nimirum se habentem, ut eadem sit atque species, exceptis duntaxat notis propriis dirimentibus. **303** Sicut enim cum personam simpliciter dictam definimus, dicimus, esse substantiam quamdam cum proprietatibus; aut substantiam quamdam, quæ singulatim omnes proprietates in individuo suo exsistentes complectatur: sic cum definite certaque quadam ratione, non simpliciter dictam personam definimus, dicimus, personam compositam esse substantiam quamdam compositam cum proprietatibus; aut, substantiam compositam quæ singulatim omnes proprietates in individuo suo exsistentes complectatur. Quæ enim communiter in omnibus individuis sub eadem specie constitutis considerantur, hæc primo substantiæ (id est, naturæ) rationem genericam insigniunt, in illis individuis, quæ illi subjecta sunt. Cunctis vero sub eadem specie composita contentis commune est esse compositum, proindeque compositi ratio in subjectis illis individuis, primo naturam, non personam insignit.

Præterea vero iterum, individuorum omnis definitio, ex communibus ac universalibus est, sub quibus illa continentur, cunctaque eis subjecta, ex universalibus descriptionis suæ principium naturaliter mutuantur: quod scilicet clarum sit ac perspicuum, quidnam proprie atque primo sit, id quod definitur. Quod si ita res se habet, uti revera habet: plane, qui personam, quæ sub naturam reducatur, compositam dixit, quod universe inest communi substantiæ una cum personæ individuo, adjunctis proprietatibus quæ singulariter proprieque insigniant, significavit. Quocirca, qui personam aliquam compositam naturæ subjectam dixit, aliud præterea nihil quam naturam compositam, sive substantiam cum proprietatibus significavit. Cum ergo, sicut probatum est, omnis natura composita ejusmodi sit, ut quæ per compositionem partes coeunt, non ejus coeant voluntate, ac velut ipsa rei arbitra exsistat; sintque partes ipsæ coævæ, et ad ejus quæ in rebus secundum species singulas consideratur, totius constitutione totalitatis complementum sit edita; utique etiam merito omnis persona, eamdem cum suo genere ac specie invariabilem constitutionem habet ac editionem. Probent igitur compositam Christi personam naturæ compositæ subesse; tumque habere eam partes coævas colligant, atque idem in nos juste crimen retorqueant. Quandiu autem **304** præstare non poterunt, in mobili arena sua dogmata figunt. Qui enim imperite his, quæ dicta sunt absurdis, Christum subjicere studet, idcirco quod et persona composita sit, et nos eum talem pie confiteamur, is procul a veritatis via, imo, ut verius loquar, ab

A ἄθροισμα τῶν περὶ αὐτὴν ἰδιωμάτων συμπεπλεγμένον ἔχουσα, φύσις ἐστὶν, ἤγουν μετὰ ἰδιωμάτων. Εἰ οὖν σύνθετος ἡ ὑφ' ἣν τελεῖ φύσις ἐστὶ καὶ τὸ κατηγορούμενον εἶδος, καὶ αὐτὴν σύνθετον εἶναι πάντως ἀνάγκη, καὶ ἀλλήλοις ὁμόχρονα κεκτῆσθαι τὰ μέρη, διὰ τὴν κατηγορουμένην αὐτῆς οὐσίαν, ἤγουν φύσιν, οὕτως ὑπάρχουσαν, ὡς τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ εἴδει χωρὶς τῶν ἀφοριστικῶν αὐτῆς γνωρισμάτων. Ὥσπερ γὰρ τὴν ἁπλῶς λεγομένην ὑπόστασιν ὁρίζοντές φαμεν, Ὑπόστασίς ἐστιν οὐσία τις μετὰ ἰδιωμάτων, ἢ, οὐσία τις τῶν καθ' ἕκαστα περιληπτικὴ τῶν ἐν τῷ οἰκείῳ ἀτόμῳ πάντων ἰδιωμάτων· οὕτω τὴν προσδιωρισμένως, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς λεγομένην ὁρίζοντες ὑπόστασιν, λέγομεν, Ὑπόστασις σύνθετός ἐστιν, οὐσία τις σύνθετος μετὰ ἰδιωμάτων· ἢ οὐσία τις σύνθετος τῶν καθ' ἕκαστα περιληπτικὴ τῶν ἐν τῷ οἰκείῳ ἀτόμῳ πάντων ἰδιωμάτων. Τὰ γὰρ κοινῶς ἐν τοῖς ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀτόμοις θεωρούμενα, τὸ τῆς οὐσίας ἤτοι φύσεως χαρακτηρίζει προηγουμένως ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὴν ἀτόμοις γενικόν. Πάντων δὲ κοινὸν τῶν ὑπὸ τὸ σύνθετον εἶδος ἀτόμων τὸ σύνθετον· ἄρα φύσιν ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὴν ἀτόμοις σύνθετον προηγουμένως χαρακτηρίζει τὸ σύνθετον, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασιν.

C Ἄλλως τε δὲ πάλιν ἐκ τῶν κοινῶν καὶ καθ' ὅλου πᾶς ἐστιν ὁρισμὸς τῶν ὑπ' αὐτὰ τελούντων ἀτόμων· καὶ ἐκ τῶν γενικῶν πάντα φυσικῶς ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς οἰκείας ὑπογραφῆς τὰ ὑπ' αὐτά· διὰ τὸ σαφὲς εἶναι τὸ τί κυρίως τε καὶ προηγουμένως ἐστὶ τὸ ὁριζόμενον. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, δῆλον ὅτι ὁ εἰπὼν σύνθετον ὑπὸ φύσιν ἀναγομένην ὑπόστασιν, τὸ ἐνυπάρχον τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας, γενικῶς, τῷ ἀτόμῳ τῆς ὑποστάσεως συνεξέφηνε μετὰ τῶν αὐτὴν ἰδικῶς χαρακτηριζόντων ἰδιωμάτων. Ὥστε ὁ φήσας, ὑπό τινα φύσιν τελοῦσαν ὑπόστασιν σύνθετον, οὐδὲν ἕτερον εἶπεν, ἢ φύσιν ἤγουν οὐσίαν σύνθετον μετὰ ἰδιωμάτων. Εἰ τοίνυν, καθὼς δέδεικται, πᾶσα φύσις σύνθετος ἀπροκρίτως ἔχει τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν οἰκείων μερῶν κατὰ τὴν σύνθεσιν σύνοδον, καὶ ἀλλήλοις ὁμόχρονα κέκτηται τὰ μέρη, καὶ εἰς συμπλήρωσιν τῆς τὸ πᾶν κατ' εἶδος ἕκαστον ἐν τοῖς οὖσι θεωρουμένης ὁλότητος γένηται· καὶ πᾶσα δηλονότι κατὰ τὸ πεφυκὸς ὑπόστασις τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ οἰκείῳ γένει τὰ καὶ εἴδει ἀπαράλλακτον πρὸς τὸ εἶναι τὴν σύστασιν. Δείξωσιν οὖν ὑπὸ φύσιν σύνθετον τελοῦσαν τὴν τοῦ Χριστοῦ σύνθετον ὑπόστασιν, καὶ ὁμόχρονα κεκτῆσθαι τὰ μέρη συναγαγέτωσαν, καὶ τὴν αὐτὴν δικαίως μέμψιν ἡμῶν κατηγορείτωσαν. Ἕως δ' ἂν τοῦτο μὴ δύνωνται, κατὰ ψάμμου ποιοῦνται τῶν οἰκείων δογμάτων τὰ ἐρείσματα. Ὁ γὰρ τὸν Χριστὸν τούτοις ὑπαγαγεῖν τοῖς προρηθεῖσιν ἀτόποις ἀμαθῶς βιαζόμενος, διὰ τὸ σύνθετον αὐτὸν ὑπόστασιν καὶ εἶναι καὶ παρ' ἡμῶν εὐσεβῶς ὁμολογεῖσθαι, πολὺ τῆς πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀγούσης ὁδοῦ, μᾶλλον δὲ κυριώτερον εἰπεῖν, τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἀποπεπλάνηται. Τὸ γὰρ μέγα τοῦτο καὶ σεπτὸν τοῦ Χριστοῦ μυστή-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρων, οὔτε ὡς ἄτομον καθ' ὅλου τινὰ καὶ γενικὴν ἔχει τὴν ὡς εἶδος φύσιν αὐτοῦ κατηγορουμένην· οὔτε μὴν αὐτὸ γένος ἐστὶν, ἢ εἶδος τῶν ὑπ' αὐτὸ φυσικῶς ἀτόμων κατηγορούμενον· ὥστε τινὶ δύνασθαι τῶν εἰρημένων ὑπαχθῆναι κανόνων· οἷα μηδὲ τοῖς συνθέτοις κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα σύνοδον, ἴσην καὶ ὁμοίαν ἔχον τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου συνδρομὴν πρὸς τὴν σάρκα κατὰ τὴν σύνθεσιν.

A ipsa plurimum veritate aberravit. Magnum enim hoc ac venerabile Christi mysterium, nec individui more, universalem naturam ac genericam, velut speciem habet, quæ de illo prædicetur; neque vero ipsum genus est aut species, quod de subjectis natura individuis prædicetur, ut ullis dictarum regularum subjici possit; quippe cum neque parem ac similem aliis compositis, qua ratione in eis partes coeunt, Dei Verbi ad carnem concursum secundum compositionem nactum sit.

Ὅτι κατὰ πρόσληψιν ἡ πρὸς τὴν σάρκα μόνη τοῦ Λόγου γέγονεν ἕνωσις, ὡς προόντος, καὶ πρὸς ἕνωσιν σαρκὸς κενωθῆναι θελήσαντος.

Factam solum Verbi cum carne unionem per assumptionem, velut illo præexsistente seque sponte ad carnis unionem exinaniente.

Ἐπὶ γὰρ πάντων καθ' ὅλου τῶν κατὰ φύσιν συνθέτων, οὐχ ἡ τοῦδε πρὸς τόδε κατὰ πρόσληψιν σύνοδος, τὴν τοῦ δὲ τοῦ εἴδους, ὡς ἐκ μερῶν ὅλου ποιεῖται σύστασιν. Ἀλλ' ἡ ἀθρόα τῶν μερῶν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι γένεσις, κατὰ τὴν ἅμα τῷ εἶναι πρὸς ἄλληλα σύνοδον, ποιεῖται τοῦ ὅλου τὴν σύνθεσιν. Τὸ δὲ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ μυστήριον, οὐ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον γέγονεν· ἀλλὰ Θεὸς ὑπάρχων φύσει, καὶ Θεοῦ κατὰ φύσιν Υἱὸς ἁπλοῦς τε καὶ ἀσώματος, καὶ τῷ Πατρὶ συναΐδιος, καὶ πάντων δημιουργὸς τῶν αἰώνων, φιλανθρώπῳ βουλήσει θέλων κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ δι' ἡμᾶς, ἁπλοῦς κατὰ φύσιν καὶ ἀσώματος, ἐξ ἡμῶν γέγονεν οἰκονομικῶς καθ' ὑπόστασιν σύνθετος καὶ ἐνσώματος, καθά φησιν ἐνθεαστικῶς ὁ ἅγιος καὶ μέγας Ἀρεοπαγίτης Διονύσιος ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τῆς *Περὶ θείων ὀνομάτων* συγγραφῆς [67] περὶ τῆς θείας σαρκώσεως οὕτως διεξιών· « Φιλάνθρωπον δὲ διαφερόντως, ὅτι τοῖς καθ' ἡμᾶς πρὸς ἀλήθειαν ὁλικῶς ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἐκοινώνησεν· ἀνακαλουμένη πρὸς ἑαυτὴν, καὶ ἀνατιθεῖσα τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχατιάν, ἐξ ἧς [ἀῤῥήτως] ὁ ἁπλοῦς Ἰησοῦς συνετέθη· καὶ παράτασιν εἴληφε χρονικὴν ὁ ἀΐδιος· καὶ εἴσω τῆς καθ' ἡμᾶς γέγονε φύσεως, ὁ πάσης τῆς κατὰ φύσιν τάξεως ὑπερουσίως ἐκβεβηκώς. »

B In omnibus enim universim natura compositis, sic comparatum, non ut hoc ad illud per assumptionem conveniens, hancce speciem, velut ex partibus totum constituat; sed ut partium confertim origo ex nihilo, ea ratione qua simul ac esse nanciscuntur, inter se coeunt, totius compositionem efficiat. At non ita Domini nostri Deique ac Salvatoris Jesu Christi exstitit mysterium, sed cum Deus natura esset, Deique natura Filius simplex omnique vacans compositione ac Patri coæternus, omniumque conditor sæculorum, humanissima voluntate ac consilio, ipse ultro carnis assumptione homo factus est; nostrique causa, qui simplex natura omnique vacans compositione esset, ex nobis dispensatione persona compositus ac corpore concretus, effectus est, uti divine sanctus magnusque Dionysius Areopagita, primo capite libri *De divinis nominibus* ait, ubi in hæc verba de divina incarnatione sermonem facit: « Singulari autem ratione humanitate pronum, quod nostris vere totaliter in una suarum personarum communicaverit; revocans ad se reparansque extremam humanam vilitatem, ex qua simplex Jesus arcana ratione compositus est; ac qui æternus erat, temporalem durationem modumque accepit; seque intra naturæ **305** nostræ angustias inclusit, qui omnem naturæ ordinem superessentialiter transcendit. »

Εἰ τοίνυν μὴ κατὰ νόμον καὶ τάξιν τῆς τῶν συνθέτων φύσεως, ἀλλ' ἑτέρῳ παρὰ τὴν φύσιν τῶν συνθέτων θεσμῷ· κατὰ πρόσληψιν γὰρ ἀφράστως ὁ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν σάρκα συνετέθη Λόγος· ἀλλ' οὐ κατὰ γένεσιν ἅμα τῇ σαρκὶ πρὸς σύνθεσιν τὸ εἶναι λαβών, εἴς ὅλου τινὸς κατ' εἶδος συμπλήρωσιν, καθὼς ὁ τῆς ἀληθείας διαπρυσίως πᾶσιν ἐμβοᾷ λόγος· μάτην τοῖς ὑπὸ φύσιν θεσμοῖς ὑπαγαγεῖν ἀθέσμως ἐπιχειροῦσιν οἱ ἀμαθεῖς τὴν πάντα φύσεως ὅρον τε καὶ λόγον ἐκβαίνουσαν σύνθεσιν. Διὰ τοῦτο κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς ὁ λέγων γενέσθαι τὴν ἐνανθρώπησιν, τήν τε τοῦ Θεοῦ Λόγου προαιώνιον ὕπαρξιν διασώζει, καὶ τὴν ἑκούσιον εὐσεβῶς ὁμολογεῖ καὶ αὐθαίρετον αὐτοῦ κατὰ χρόνον σάρκωσιν· καὶ τὴν διαφορὰν αὐτοῦ τοῦ προσλαβόντος Λόγου, καὶ τῆς προσληφθείσης σαρκὸς ἀσύγχυτον διαφυλάττει καὶ μετὰ

Cum igitur non ea lege et ordine, quo compositis comparatum est, sed longe aliter ac eorum ferat indoles (per assumptionem enim ineffabili ratione Dei Verbum compositionem cum carne iniit: non coævo cum carne ortu per compositionem nactum ut esset, ad totum quoddam specie complendum, quemadmodum veritatis sermo atque doctrina cunctis diserte clamat), frustra bardissimi hominum, naturæ legibus, naturæ legem omnem et rationem excedentem compositionem, contra ac fas est, subjicere nituntur. Qui itaque carnis assumptione Deum factum esse hominem dicit, tum Dei Verbi prææternam exsistentiam servat, tum ejus sponte liberaque voluntate incarnationem in tempore pie confitetur; ac tum Verbi quod assumpsit, tum carnis assumptæ, post etiam unionem, differentiam

[67] Lans. p. 59, Cord. p. 442. Addita vox ἀῤῥήτως ex textu Dionysii.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

distinctionemque inconfusam custodit. Qui autem non carnis assumptione immutabiliter Dei Verbum factum hominem confitetur, is, eorum quæ dicta sunt, nihil ullo modo vere poterit confiteri. Quomodo enim nisi ab æterno anteque omne principium, Verbum præexistebat, carnem essentialiter diversam assumpsit? in quo maxime, ut quidem existimo, ejus quod natura diversum est, facta per assumptionem unio dicitur, tanquam scilicet solo solumque impatibiliter vereque assumente, quod diversæ substantiæ est, seque ipsum omni ratione et modo immutabile servante et immultiplicabile, atque ei quod assumptum est, ne ipsum ulla labe deteratur ac intereat, præstante : quod ut contingat in natura ortui obnoxia, omnino fieri non potest : in qua, una cum partium ortu, ad totum quoddam specie complendum, per repentinum earum inter se concursum, omnis natura compositio emergere habet, parem in toto partium inter se proportionem servans, uti se res in nobis habet, ac si qua alia naturam speciei ratione compositam nacta sunt. In nobis enim anima suis ipsa operationibus proportione respondentes naturales corporis facultates habet, tanquam ejus quod sit illius natura capax; quatenus scilicet una cum carne confertim, unoque quasi nixu, edita est. Cum autem Dei Verbum, nulla 306 ratione nulloque modo, assumptæ ab eo naturæ vires naturalibus suis operationibus respondentes habeat (non enim natura mensuram recipit, quod natura superius est), ejus quoque nihil prorsus capax in rebus occurrit. Singularissimus ergo Dei Filius, carnis assumptione, anima utente ratione et intelligente præditæ, arcana sponte ratione homo factus est; ut qui esset ac præexisteret, cunctaque in potestate haberet; modo naturam superante, naturas innovans, ut homini salutem præstaret.

Hanc ego didici fidem, sumque ea institutus, tum a sanctis beatisque Patribus nostris, qui jam in vivis esse desierunt, tum ab iis, qui etiamnum vitæ superstites, sanctæ catholicæ Dei Ecclesiæ gubernacula credita acceperunt, quam et rite dirigunt ad portum divinæ voluntatis : qua et fultus, eorum adjutus precibus, præsentis sæculi relicta vita humanis emigrabo; omnis meriti ac operum loco, incontaminatam impollutamque atque omni hæreticorum procella superiorem, hanc Deo fidem offerens. Non enim est, quo vita justitiæ operibus egregie exculta glorier, qui quoad mortalem hanc vitam duxi, divinarum transgressor legum mea ipse sponte exstiterim.

Atque hæc quidem vobis, pro eo ac licebat, paucis, domini mei benedicti, scripsi, ut noveritis si quid iis quæ scripta sunt inest commodi, quomodo vel ex parte ovilia pelle occultos lupos arceatis; inconditis scilicet latratibus divinas ac mansuetas Christi gregis oves exterrentes, nec mendacio veritatem nequiter simulante, vos abduci patiamini. Patrum autem voces ac sententias Ecclesiæ fidei patrocinantes libello inserere, hactenus per facultatem non licuit, præ librorum ingenti penuria,

A τὴν ἕνωσιν. Ὁ δὲ μὴ κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς ὁμολογῶν ἀτρέπτως ἐνανθρωπῆσαι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, οὐδὲν τῶν εἰρημένων κατ' οὐδένα τρόπον ἀληθῶς ὁμολογεῖν δυνήσεται. Πῶς γὰρ εἰ μὴ προϋπῆρχεν ἀνάρχως ὁ Λόγος, κατὰ θέλησιν σάρκα προσέλαβε κατ' οὐσίαν διάφορον; ἐφ' οὗ μάλιστα, καθάπερ οἶμαι, κυρίως ἡ τοῦ ἑτεροφυοῦς λέγεται γεγενῆσθαι κατὰ πρόσληψιν ἕνωσις· ὡς μόνου τε καὶ μόνως ἀπαθῶς τε καὶ ἀληθῶς προσλαβόντος τὸ ἑτεροούσιον, καὶ ἄτρεπτον ἑαυτὸν παντὶ λόγῳ τε καὶ τρόπῳ φυλάξαντος καὶ ἀπλήθυντον, καὶ τὸ προσληφθὲν ἀναλλοίωτον· ὅπερ ἀμήχανον ἐπὶ τῆς γενητῆς γενέσθαι φύσεως· ἐφ' ἧς ἅμα τῇ γενέσει τῶν μερῶν, εἰς ὅλου τινὸς κατ' εἶδος συμπλήρωσιν, κατὰ τὴν ἀθρόαν πρὸς ἄλληλα συνδρομὴν, πᾶσα γίνεσθαι πέφυκε σύνθεσις,
B ἴση κατὰ τὸ ὅλον τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν ἀναλογίαν φυλάττουσα· καθάπερ ἐφ' ἡμῶν ἔχει, καὶ τῶν ὅσα σύνθετον ἔχειν τὴν κατ' εἶδος ἔλαχον φύσιν. Ἐφ' ἡμῶν γὰρ ἀναλογούσας ἡ ψυχὴ ταῖς οἰκείαις ἐνεργείαις τὰς φυσικὰς ἔχει τοῦ σώματος δυνάμεις, ὡς δεκτικοῦ κατὰ φύσιν ὄντος διὰ τὴν αὐτῆς ἀθρόαν ἅμα τῇ σαρκὶ πρὸς τὸ εἶναι γένεσιν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγος, κατ' οὐδένα λόγον ἢ τρόπον ἀναλογούσας ἔχων ταῖς οἰκείαις κατὰ φύσιν ἐνεργείαις τῆς ὑπ' αὐτοῦ προσληφθείσης φύσεως τὰς δυνάμεις· οὐ γὰρ μετρεῖται φύσει τὸ ὑπὲρ φύσιν· οὐδέ τι τὸ παράπαν
C ἐν τοῖς οὖσίν ἐστι κατὰ φύσιν αὐτοῦ δεκτικόν. Ἆρα μονώτατος κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς λογικῶς τε καὶ νοερῶς ἐψυχωμένης, θέλων ἀῤῥήτως γέγονεν ἄνθρωπος· ὡς ὢν καὶ προὼν, καὶ πάντα δυνάμενος· τῷ ὑπὲρ φύσιν τρόπῳ τὰς φύσεις καινοτομήσας, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον.

Sin autem idem sunt essentia atque natura, idemque nihilominus persona et hypostasis, perspicue fit, ea, quæ ejusdem naturæ sunt et essentiæ, alia omnino personis esse ac subsistendi ratione. Utraque enim ratione (naturæ scilicet et hypostasis seu personæ) nihil in rebus idem alteri est. Ac proinde, quæ penes unam eamdemque naturam seu essentiam inter se copulata sunt (quæ scilicet sunt ejusdem essentiæ et naturæ), hæc nunquam fiat ut in unam hypostasim seu personam coeant, ut scilicet unam personam unamque hypostasim habeant, vicissimque quæ penes unam eamdemque hypostasim seu personam unita sunt, hæc nunquam fiat, ut nectantur penes unam eamdemque essentiam seu naturam, nunquam scilicet unius ejusdem essentiæ atque naturæ facta compareant. Verum, quæ penes unam eamdemque naturam seu essentiam unita sunt (quæ scilicet unius ejusdemque essentiæ sunt ac naturæ), inter se hypostasibus discreta sunt, id est, personis ac supposito, uti se res in angelis habet et hominibus, cunctisque creatis quæ in specie atque genere considerantur. Angelus enim ab angelo, homo ab homine, bos a bove, canis a cane, hypostasi (id est, subsistentia ac supposito) **317** discretus est, non autem natura ac essentia. Quin et majus aliquid majorisque audaciæ dicam: nec in ipsa quidem prima principiique experte ac rerum effectrice causa, idem inter se naturam et hypostasim seu personam, intelligimus; quandoquidem unam Deitatis essentiam novimus ac naturam, in tribus hypostasibus (id est personis) inter se proprietatibus distinctis, tresque hypostases seu personas, in una eademque Deitatis essentia ac natura. Nobis enim Numen est, unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate; Pater et Filius et Spiritus sanctus, unus Deus: cum neque Filius Pater sit, sed id quod Pater, neque Spiritus Filius, sed id quod Filius. Omnia enim quæ Pater est, est et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Filius, ex epta innascibilitate (nam genitus est) : omniaque quæ est Filius, est et Spiritus sanctus, excepta nativitate (eo enim est quod procedit). Ita nimirum, ut innascibilitas, nativitas et processio, unam naturam ac potentiam ineffabilis Deitatis in tres inæquales autve æquales essentias naturasque minime scindant aut dividant; sed duntaxat, in quibus est sive quæ exsistit una Deitas, (essentia scilicet et natura) insigniant, nempe hypostases, seu subsistentias. Quæ item penes unam eamdemque hypostasim, sive personam unita sunt (quæ nimirum unius sunt hypostasis, unamque complent personam), hæc distinguuntur ratione essentiæ sive naturæ, uti se res habet in anima humana ac corpore, iisque omnibus quæ inter se coeunt in hypostasi, seu ut una subsistant. Non enim hæc inter se ejusdem essentiæ sunt ac consubstantialia.

Quæ igitur penes unam eamdemque essentiam sive naturam unita sunt (hoc est, quæ unius ejusdem essentiæ sunt ac naturæ), omnino quidem inter se consubstantialia sunt, sed hypostasis personæque, seu subsistendi ratione, discreta. Consubstantialia quidem (sive mavis coessentialia) essentialis quæ in eis incommutabiliter in identitate naturali intelligitur, communitatis ratione, secundum quam nullus præ alio est id quod est ac nuncupatur; omnesque unam eamdemque essentiæ definitionem recipiunt ac rationem. Subsistendi autem ratione personisque discreta, personali, qua dirimuntur, diversitate, qua ratione alius ab alio discretus est, proprietatibus personam insignientibus, inter se non conveniunt; **318** sed suo quisque proprietatum acervo, singularissimam descriptionis suæ, qua persona est, infert rationem; secundum quam, nullam cum illis, quæ ejusdem naturæ sunt ac essentiæ, communionem admittit. Quæ vero penes unam eamdemque hypostasim seu personam unita sunt (quæ scilicet ea ratione qua uniuntur, unam eamdemque hypostasim compleant ac personam), hæc quidem ejusdem inter se hypostasis sunt et personæ, sed diversæ essentiæ. Ejusdem hypostasis ac personæ, personalis indivisæ unitatis, quæ ex eis per unionem completur, ratione, secundum quam proprietates alterutram partium ab essentiali sua communitate dividentes, secundum quod prima statim origine inter se conveniunt, ejus quæ ex illis hypostasis una completur atque persona, notæ propriæ fiunt : qua utique, earum inter se identitas intelligitur, quæ ne vel minimam admittat distinctionem, uti se res in hominis anima habet et corpore. Quæ enim proprietates, alicujus corpus a reliquis secernunt corporibus, ac cujuspiam animam a reliquis animabus, dum per unionem concurrunt, simul quidem ac semel ex eis completam hypostasim personamque insigniunt, ac a reliquis secernunt, Petri verbi gratia aut Pauli : non tamen Petri itidem aut Pauli animam a suo corpore. Ambo enim (anima scilicet et corpus) unius, quæ ex eis secundum unionem completur, hypostasis seu personæ, ratione, idem inter se exsistunt; quod nempe

A ρεύσεως, οὐ τεμνουσῶν εἰς τρεῖς ἀνίσους ἢ ἴσας οὐσίας τε καὶ φύσεις τὴν μίαν φύσιν καὶ δύναμιν τῆς ἀφράστου θεότητος· ἀλλὰ τὰ ἐν οἷς, ἢ ἅπερ ἡ μία θεότης ἐστὶν, ἤγουν οὐσία καὶ φύσις, χαρακτηριζουσῶν πρόσωπα· τουτέστιν, ὑποστάσεις· καὶ τὰ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν, ἤγουν πρόσωπον ἡνωμένα, τουτέστι μιᾶς ὑποστάσεως ὄντα, καὶ ἑνὸς συμπληρωτικὰ προσώπου, τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ἤτοι φύσεως διαφέρουσιν· ὡς ἐπὶ ψυχῆς ἀνθρωπίνης ἔχει καὶ σώματος, καὶ τῶν ὅσα καθ' ὑπόστασιν ἐσχήκασι τὴν πρὸς ἄλληλα σύνοδον. Οὐ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοούσια ταῦτα τυγχάνουσιν.

B Τὰ τοίνυν κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν, ἤγουν φύσιν ἡνωμένα, τουτέστι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως, ὁμοούσια μὲν ἀλλήλοις πάντως εἰσὶ, καὶ ἑτεροϋπόστατα· ὁμοούσια μὲν, τῷ λόγῳ τῆς ἀπαραλλάκτως αὐτοῖς ἐν ταυτότητι φυσικῇ ἐνθεωρουμένης οὐσιώδους κοινότητος· καθ' ὃν οὐκ ἔστιν ἄλλος ἄλλου μᾶλλον τοῦθ' ὅπερ ἐστί τε καὶ λέγεται· πάντες δὲ τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπιδέχονται τῆς οὐσίας ὅρον τε καὶ λόγον. Ἑτεροϋπόστατα δὲ, τῷ λόγῳ τῆς αὐτὰ διακρινούσης προσωπικῆς ἑτερότητος, καθ' ὃν ἄλλος ἄλλου διακέκριται, μὴ συμβαίνοντες ἀλλήλοις τοῖς καθ' ὑπόστασιν χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασιν· ἀλλ' ἕκαστος τῷ κατ' αὐτὸν ἀθροισμῷ τῶν ἰδιωμάτων ἰδικώτατον τῆς οἰκείας καθ' ὑπόστασιν ἐπιφέρεται λόγον· καθ' ὃν τὴν πρὸς τὰ ὁμοφυῆ καὶ ὁμοούσια κοινωνίαν οὐκ ἐπιδέχεται. Τὰ δὲ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἤγουν πρόσωπον ἡνωμένα, τουτέστι, τὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὄντα συμπληρωτικὰ καθ' ἕνωσιν ὑποστάσεως, ὁμοϋπόστατα μὲν ἀλλήλοις εἰσὶ καὶ ἑτερούσια. Ὁμοϋπόστατα μὲν, τῷ λόγῳ τῆς καθ' ἕνωσιν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένης προσωπικῆς ἀδιαιρέτου μονάδος· καθ' ὃν τὰ διαιροῦντα θάτερον τῆς κατ' οὐσίαν οἰκείας καινότητος ἰδιώματα, κατὰ τὴν ἅμα τῷ εἶναι πρὸς ἄλληλα σύνοδον, ποιεῖται χαρακτηριστικὰ τῆς ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένης μίας ὑποστάσεως· καθ' ἣν ἡ πρὸς ἄλληλα θεωρεῖται ταυτότης, τὴν οἱανοῦν μὴ δεχομένη διαφοράν· ὡς ἐπὶ ψυχῆς ἀνθρωπίνης ἔχει καὶ σώματος. Τὰ γὰρ ἀφορίζοντα τό τινος σῶμα τῶν λοιπῶν σωμάτων, καὶ τὴν τοῦ τινος ψυχὴν τῶν λοιπῶν ψυχῶν ἰδιώματα, συνδραμόντα καθ' ἕνωσιν, χαρακτηρίζει μὲν κατὰ ταὐτὸν ἅμα καὶ ἀφορίζει τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρωθεῖσαν ὑπόστασιν, Πέτρου φέρε εἰπεῖν ἢ Παύλου· ἀλλ' οὐ τὴν Πέτρου ἢ Παύλου ψυχὴν ἀπὸ τοῦ οἰκείου σώματος. Ἅμφω γὰρ ἀλλήλοις ταὐτὸν ψυχή τε καὶ σῶμα, τῷ λόγῳ τῆς καθ' ἕνωσιν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένης μιᾶς ὑποστάσεως· ὅτι μὴ καθ' αὐτὰ τούτων ἑκάτερον ὑπέστη θατέρου κεχωρισμένον, πρὸ τῆς ἐξ αὐτῶν εἰς γένεσιν εἴδους συνθέσεως. Ἅμα γὰρ γένεσις, ἅμα σύνθεσις, ἅμα καὶ ἡ κατὰ σύνθεσιν ἐξ αὐτῶν τοῦ εἴδους συμπλήρωσις. Ἑτερουσία δὲ, τῷ λόγῳ τῆς πρὸς ἄλληλα φυσικῆς ἑτερότητος· καθ' ὃν οὐσιωμῶς ἐπιδέχονται

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατ' οὐσίαν τοὺς ἀλλήλων ὅρους τε καὶ λόγους· ἀλλ' ἕτερον καὶ ἕτερον ἀποδίδωσι θάτερον τῆς οἰκείας οὐσίας πρὸς τὸν θατέρου λόγον ἀσύμπτωτον· καθ' ὃν τὴν ψυχῆς καὶ σώματος οὐσιώδη σώζοντες διαφορὰν, οὐ συγχέομεν τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένην ὑπόστασιν, τῇ πρὸς θάτερον θατέρου περιτροπῇ τε καὶ μεταβολῇ τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ἡγοῦν φύσεων, τὸν ἀφανισμὸν δεχομένην.

A neutra harum partium ante speciei ex eis per compositionem ortum per se seorsim exstiterit ac producta sit. Simul enim ortus, simul compositio, simul et species, quæ per compositionem ex eis completur. Diversæ tamen essentiæ, naturalis inter se diversitatis ratione; secundum quam, easdem inter se secundum essentiam definitiones non recipiunt ac rationes; sed quævis aliam, aliamque essentiæ suæ reddit rationem, quæ cum alterius ratione nunquam coincidat. Ea nimirum essentialem animæ ac corporis distinctionem servantes incolumem, quæ ex illis persona completa est, non confundimus: quæ plane abolenda sit, si partes seu naturæ componentes, alia in aliam convertantur ac commeent.

Εἰ δὲ κατὰ τὴν ἅμα πρὸς εἶδους γένεσιν ψυχῆς τε καὶ σώματος σύνοδον, ὁ τὶς ἀποτελεῖσθαι πέφυκεν ἄνθρωπος· τῷ μὲν λόγῳ τῆς τῶν οἰκείων μερῶν φυσικῆς κοινότητος, πρὸς ἄλλους ἀνθρώπους σώζων τὸ ὁμοούσιον· τῷ δὲ λόγῳ τῆς τῶν αὐτῶν ἰδιότητος, πρὸς τοὺς ἄλλους φυλάττων ἀνθρώπους τὸ ἑτερυπόστατον· ἑνούμενος μὲν τῇ κατὰ φύσιν κοινότητι τῶν οἰκείων μερῶν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, πρὸς οὓς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κατ' εἶδος ἐπιφέρεται φύσιν· διαιρούμενος δὲ τῇ καθ' ὑπόστασιν τῶν μερῶν ἰδιότητι τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, πρὸς οὓς ἕτερόν τε κατὰ τὴν ὑπόστασιν καὶ διάφορον ἐπιφέρεται πρόσωπον· ᾧ διακρίνεται λόγῳ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, τὴν ἑνότητα τῆς οἰκείας προσωπικῆς ἀδιαιρέτου μονάδος φυλάττων παντελῶς ἀδιάφορον· καὶ ᾧ τοῖς ἄλλοις ἑνοῦσθαι λόγῳ πέφυκεν ἀνθρώποις, τὴν διαφορὰν τῆς τῶν οἰκείων μερῶν οὐσιώδους ἑτερότητος σώζων ἀσύγχυτον· σαφῆ; ἐντεῦθεν ἡμῖν, καὶ μηδὲν ἔχων γρι φῶδες ὁ περὶ τῆς σαρκώσεως, ἡγοῦν ἐνανθρωπήσεως τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου καθέστηκε λόγος.

Quod itaque, idcirco quod anima et corpus ad B speciem progignendam simul conveniunt atque confluunt, unus quis homo absolvatur; ejusmodi scilicet, **319** ut naturalis partium suarum communitatis ratione, eamdem cum reliquis hominibus servet essentiam; earum vere proprietatis ratione, diversam ab illis omnibus atque discretam hypostasim obtineat atque personam (qui nempe naturali quidem partium suarum communitate, hominibus reliquis uniatur, quibuscum unam eamdemque specie nactus est naturam; personali vero partium proprietate, a reliquis hominibus dirimatur, a quibus diversam subsistendi ratione atque distinctam gerit personam: qua ratione ab hominum turba reliqua secernitur, personalis indivisæ monadis suæ unitatem omnino C servans indistinctam; quaque illi comparatum ut hominibus reliquis uniatur, essentialis partium suarum diversitatis distinctionem itidem incolumem servans), hinc nobis clara ac perspicua, nullisque difficultatum nodis perplexa ac intricata, incarnati, factique hominis unius e sancta et consubstantiali ac adoranda Trinitate, Dei Verbi ratio est atque doctrina.

Ὅτι ὁ Χριστὸς ταῖς μὲν κατ' οὐσίαν τῶν οἰκείων μερῶν πρὸς τὰ ἄκρα κοινότησιν ἑνούμενος, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν σωζομένην εἶχε διαφορὰν· ταῖς δὲ τῶν μερῶν ἰδιότησι, τὸ καθ' ὑπόστασιν διεδείκνυ ταυτὸν [77] ὡς ὅλου, κοινὸν ἀμφοτέρων.

Christum essentialibus partium suarum communitatibus extremis unitum, incolumem habuisse partium inter se distinctionem: partiumque proprietatibus, eamdem ut totius, hypostasi seu persona, ambarum exhibuisse communitatem.

Διδάσκων διαῤῥήδην ἡμᾶς, ὅτιπερ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τέλειος ὑπάρχων κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν οὐσίαν, καθ' ἣν ταυτόν ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι καὶ ὁμοούσιος, κατά τε τὸ πρόσωπον καὶ τὴν ὑπόστασιν, καθ' ἣν ἕτερος πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα καθέστηκε, τὴν προσωπικὴν ἀσύγχυτον σώζων διαφορὰν, σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τελείως ἐνηνθρώπησεν· τουτέστι, τέλειος γέγονεν ἄνθρωπος, κατὰ πρόσληψιν δηλονότι σαρκὸς, ψυχὴν ἐχούσης νοεράν τε καὶ λογικὴν, ἐν αὐτῷ τήν τε φύσιν λαβούσης καὶ τὴν ὑπόστασιν· τουτέστι, τὸ εἶναί τε καὶ τὸ ὑφεστάναι, κατ' αὐτὴν ἅμα τοῦ Λόγου τὴν σύλληψιν· ἐπείπερ αὐτὸς ὁ Λόγος ἀντὶ σπορᾶς· μᾶλλον δὲ σπορὰ τῆς οἰκείας θέλων εὑρέθη σαρκώσεως, καὶ γέγονε κατὰ τὴν ὑπόστασιν σύνθετος, ὁ

Perspicue nos docens, Dei Verbum, cum secundum D naturam ac essentiam perfectum esset, qua idem cum Patre ac Spiritu, eisque consubstantiale est; itemque secundum personam et hypostasim qua alius a Patre et Spiritu est, personalem inconfusam distinctionem incolumem servans, incarnatum ex Spiritu sancto, sanctaque Dei Genitrice semperque virgine Maria, perfecte hominem factum esse; carnis scilicet assumptione, anima intelligente ac utente ratione prædita; quæ in ipso naturam atque personam nacta esset, ut nempe una cum Verbo ab ipsa esset conceptione, vereque in illo exsisteret. Quod nempe Verbum loco seminis (seu potius ipsum semen) assumptæ ab eo carnis inventum est, factumque est persona compositum, quod natura simplex, omnique vacans compositione est, unum idemque in perennitate ea-

[77] Fr. διεδείκνυτο αὐτόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

rum ex quibus **320** est, partium, immutabile perseverans, et indivisum ac inconfusum : quo scilicet personali ratione, partibus ex quibus compositum est, mediator exsisteret, extremorum in seipso nectens distantiam ; *faciens pacem*, *Deoque* ac Patri per Spiritum naturam humanam *reconcilians* [1] ; tanquam nimi um vere Deus exsistens per essentiam, idemque vere natura factum homo secundum dispensationem : quod neque naturali partium suarum distinctione dividatur, nec personali ipsarum unitate confundatur ; sed essentialis partium, ex quibus compositum est, communitatis ratione, Patri Matrique natura counitum, ipsarum inter se partium distinctionem incolumem servare monstraretur ; personalisque partium suarum proprietatis ratione, ab extremis (Patre scilicet ac Matre) discretum, singularem prorsus personæ suæ indistinctam rationem, in suarum summa inter se partium personali identitate semper unam habere ostenderetur. Essentialis enim utriusvis partium cum extremis communitas, in una eademque persona, inconfusam utriusvis naturæ incolumem servans distinctionem, unam utriusque ex unione naturam intelligendam, piis mentibus non dabat, ne essentialium partium totalis destitutio foret ac interitus, totius ex ipsis unius naturæ per compositionem editio : quæ videlicet non haberet, qua ratione naturalem extremorum cum partibus affinitatem servaret ; quippe cum essentialem partium inter se, ex quibus facta compositio, distinctionem post unionem incolumem nullam retineret ; sed unam hypostasim ac personam ex unione compositam, naturali partium, ex quibus compositio, exsistentia sartam tectam visendam præbebat. Personalis autem utriusvis partium proprietas, ex quibus Christus ceu totum quoddam componatur, una cum essentiali communitate intellecta, communem partium notam, personam unam ex eis completam insignientem, absolvit. Communem enim carnis et deitatis arcana unione factam dicimus, quæ harum concursu ac coitione, per naturalem unionem (veram scilicet ac realem) una Christi persona ac hypostasis completa eluxit. Communem autem voco, ut quæ una eademque singularissima partium persona ex unione emerserit : seu quæ potius una eademque nunc ac prius Verbi persona **321** sit ; sed quæ prius nullius causa, simplexque aut expers compositionis cum esset, postea ob causam carnis assumptione intelligentium more animatæ immutabiliter vere composita facta sit : secundum quam ab extremis (Patre scilicet ac Matre) sejunctus, secum ipse unitus est, ne vel minimam habens distinctionem ; ne personalis partium identitatis totalis destitutio foret ac interitus, partium illius ratione distinctio, unionem personalem in duas personas dissolvens ;

A κατὰ τὴν φύσιν ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος· εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐν τῇ μονιμότητι τῶν ἐξ ὧν συνέστη μερῶν διαμένων ἄτρεπτος, ἀδιαίρετός τε καὶ ἀσύγχυτος· ἵνα ᾖ καθ' ὑπόστασιν μεσίτης τοῖς ἐξ ὧν συνετέθη μέρεσι· τὴν τῶν ἄκρων ἐν ἑαυτῷ συνάπτων διάστασιν· *ποιῶν εἰρήνην*, *καὶ ἀποκαταλλάσσων τῷ* Θεῷ καὶ Πατρὶ διὰ τοῦ Πνεύματος τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην· ὡς Θεὸς ἀληθῶς κατ' οὐσίαν ὑπάρχων, καὶ ἄνθρωπος ἀληθῶς φύσει κατ' οἰκονομίαν γενόμενος· μήτε τῇ κατὰ φύσιν διαφορᾷ τῶν οἰκείων μερῶν διαιρούμενος, μήτε τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνότητι τῶν αὐτῶν συγχεόμενος· ἀλλὰ τῷ μὲν λόγῳ τῆς κατ' οὐσίαν τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν κοινότητος, Πατρί τε καὶ Μητρὶ κατὰ φύσιν ἑνούμενος, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν διεδείκνυτο σώζων διαφοράν· τῷ δὲ λόγῳ τῆς καθ' B ὑπόστασιν τῶν οἰκείων μερῶν ἰδιότητος, τῶν ἄκρων Πατρός τέ φημι καὶ Μητρὸς διακρινόμενος, τὸ μοναδικὸν τῆς οἰκείας ὑποστάσεως ἔχων διεφαίνετο παντελῶς ἀδιάφορον, ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα κατ' ἄκρον προσωπικῇ ταυτότητι τῶν οἰκείων μερῶν διαπαντὸς ἐνιζόμενον. Ἡ γὰρ κατ' οὐσίαν θατέρου τῶν μερῶν πρὸς τὰ ἄκρα κοινότης, ἐν τῇ ἑνότητι τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, ἀσύγχυτον τὸ διάφορον τῆς θατέρου διασώζουσα φύσεως, μίαν ἀμφοτέρων ἐκ τῆς ἑνώσεως τοῖς εὐσεβέσιν οὐκ ἐδίδου γνωρίζεσθαι φύσιν, ἵνα μὴ γένηται παντελῶς κατ' οὐσίαν τῶν μερῶν ἀπογένεσις, ἢ κατὰ σύνθεσιν τῆς ἐξ αὐτῶν τοῦ ὅλου μιᾶς φύσεως γένεσις, οὐκ ἔχουσα πῶς τὴν φυσικὴν πρὸς τὰ μέρη τῶν ἄκρων φυλάξει συγγένειαν, μὴ σώζουσα C τὴν κατ' οὐσίαν πρὸς ἄλληλα τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἀλλ' ὑπόστασιν μίαν παρεῖχεν ὁρᾷν ἐκ τῆς ἑνώσεως σύνθετον, τῇ κατὰ φύσιν τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ὑπάρξει συντηρουμένην. Ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν θατέρου τῶν ὡς εἰς ὅλου τινὸς τοῦ Χριστοῦ σύνθεσιν μερῶν ἰδιότης, τῷ κατ' οὐσίαν κοινῷ συνεπινοουμένη, γνώρισμα κοινὸν ἀπετέλεσε τῶν μερῶν, τὸ χαρακτηρίζον τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρωθεῖσαν μίαν ὑπόστασιν. Κοινὴν γὰρ σαρκὸς καὶ θεότητος κατὰ τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν γεγενῆσθαί φαμεν, τὴν ἐξ αὐτῶν συνόδῳ τῇ καθ' ἕνωσιν φυσικὴν, ἤγουν ἀληθῆ τε καὶ πραγματικὴν, συμπληρωθεῖσαν τοῦ Χριστοῦ μίαν ὑπόστασιν. Φημὶ δὲ κοινὴν, ὡς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῶν μερῶν D ἰδικωτάτην ἐκ τῆς ἑνώσεως ἀποφανθεῖσαν ὑπόστασιν· μᾶλλον δὲ μίαν τοῦ Λόγου καὶ τὴν αὐτὴν ὑπάρχουσαν νῦν τε καὶ πρότερον· ἀλλὰ πρότερον μὲν ἀναιτίως, ἁπλῆν τε καὶ ἀσύνθετον· ὕστερον δὲ δι' αἰτίαν προσλήψει σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης ἀτρέπτως γενομένην κατ' ἀλήθειαν σύνθετον· καθ' ἣν τῶν ἄκρων, Πατρός τέ φημι καὶ Μητρὸς ἀφοριζόμενος, πρὸς ἑαυτὸν ἥνωται, καθοτιοῦν οὐκ ἔχων διαφοράν· ἵνα μὴ γένηται παντελὴς τῆς καθ' ὑπόστασιν τῶν μερῶν ταυτότητος ἀπογένεσις, ἢ τῆς κατ' αὐτὴν τῶν μερῶν διαφορᾶς γένεσις, εἰς δυάδα προσωπικὴν διαλύουσα τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν· οὐκ

[1] Ephes. II, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἔχουσι πῶς δεῖξαι τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν προσωπικὴν ταυτότητα σωζομένην, τῇ καθ' ὑπόστασιν διαφορᾷ πρὸς δυάδα προσώπων μεριζομένην.

Ὅτι τὰ μὲν κατ' ὑπόστασιν κοινὰ τῶν μερῶν, τὸ ὅλον ἤγουν τὸν Χριστὸν ἠφόριζε τῶν ἄκρων· τὰ δὲ κατ' οὐσίαν πρὸς τὰ ἄκρα κοινὰ τῶν μερῶν, ὡς ὅλον συνῆπτε τοῖς ἄκροις οὐσιωδῶς τὸν Χριστόν.

Οὐ γὰρ οἷς ἠφορίζετο τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἰδιώμασιν ἡ σὰρξ, τούτοις διετήρει τὴν πρὸς τὸν Λόγον διαφοράν· οὔτ' ἂν πάλιν, οἷς τοῦ Λόγου διέφερεν ἰδιώμασι, τούτοις καὶ ἡμῶν ἠφορίζετο. Ἀλλ' οἷς πρὸς ἡμᾶς ἠφορίζετο, τούτοις τὴν καθ' ὑπόστασιν πρὸς τὸν Λόγον διέσωζεν ἕνωσιν, ἤγουν ταυτότητα· καὶ οἷς ἡμῖν ἦνστο φυσικῶς, τούτοις δηλαδὴ τὴν πρὸς τὸν Λόγον σωζομένην εἶχεν οὐσιώδη διαφοράν. Ὅπερ καὶ ὁ Λόγος, οἷς ἠφορίζετο τοῦ κοινοῦ τῆς θεότητος ἰδιώμασιν ὡς Υἱὸς καὶ Λόγος, τούτοις τὴν σάρκα τὴν καθ' ὑπόστασιν διέσωζεν ἕνωσιν, ἤγουν ταυτότητα· καὶ οἷς ὡς Θεὸς τὴν πρὸς τὴν σάρκα φυσικὴν ἐτήρει διαφοράν, τούτοις Πατρί τε καὶ Πνεύματι κατ' οὐσίαν ἑνούμενος ἐκήλλαττε τὴν τε πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ ἄκρα διαφορὰν καὶ ταυτότητα· κοινότησι μὲν τῶν μερῶν κατὰ φύσιν τοῖς ἄκροις ἑνούμενος, ἰδιότησι δὲ τῶν αὐτῶν, δηλαδὴ μερῶν, καθ' ὑπόστασιν τῶν ἄκρων διακρινόμενος· ἐν μὲν τῇ καθ' ὑπόστασιν ταυτότητι τῶν ἐκείνων μερῶν, πρὸς ἑαυτὸν δεικνὺς σωζομένην τὴν τῶν ἄκρων διαφοράν· ἐν δὲ τῇ τῶν μερῶν κατ' οὐσίαν ἑτερότητι, τὴν πρὸς τὰ μέρη τῶν ἄκρων ταυτότητα φυσικὴν ἐπιφερόμενος. Εἰ δὲ ταῖς μὲν ταυτότησι τῶν μερῶν ἥνωτο τοῖς ἄκροις, ταῖς δὲ τῶν μερῶν ἰδιότησιν ἠφορίζετο τῶν ἄκρων· δῆλον ὡς οἷς ἥνωτο τοῖς ἄκροις, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν φυσικὴν εἶχε σωζομένην διαφοράν. Οἷς δὲ διεκρίνετο τῶν ἄκρων, τὴν καθ' ὑπόστασιν τῶν μερῶν εἶχε ταυτότητα διαφαινομένην.

Οἱωνοῦν ἑκατέρου τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ὁ Χριστὸς εἶχε, τό τε κοινὸν καὶ τὸ ἰδικόν· τὸ μὲν κοινὸν, ἐν τῷ λόγῳ τῆς κατ' οὐσίαν πρὸς τὰ ἑαυτοῦ μέρη τῶν ἄκρων ταυτότητος καθ' ὃν τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν σωζομένην εἶχε διαφοράν· τὸ δὲ ἴδιον, ἐν τῷ λόγῳ τῆς καθ' ὑπόστασιν ταυτότητος τῶν μερῶν, καθ' ὃν ἠφορίζετο τῶν ἄκρων, ἀσύγχυτον τὴν πρὸς αὐτὰ σώζων διάκρισιν. Ἡ γὰρ ἀληθὴς καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις, ἑκατέρου τῶν εἰς ὅλου τινὸς σύνθεσιν ἀλλήλοις συνερχομένων μερῶν, κατὰ τὴν ἅμα πρὸς ὅλου τινὸς γένεσιν σύνοδον, τὸ ἀφορίζον ἑκάτερον τῆς κατ' οὐσίαν κοινότητος ἰδίωμα, τῷ κοινῷ συμπαραλαβοῦσα, δείκνυσιν ἐνυπόστατον, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασιν· ὅτι μὴ καθ' αὐτὸ διωρισμένως ὑπέστη· τῶν ὁμογενῶν, ἢ τοῦ καθ' ἕνωσιν αὐτῷ πρὸς ὅλου τινὸς γένεσιν συνυφεστῶτος ἀφοριζόμενον· ὅπερ ἰδιόν ἐστιν ὑποστάσεως. Τὸ γὰρ καθ' αὐτὸ διωρισμένως συνεστὼς ἴσιν ὑπόστασις· γ' εἴπερ ὑπόστασιν εἶναί φασιν, οὐσίαν μετὰ ἰδιωμάτων, ἀριθμῷ τῶν ὁμογενῶν διαφέρουσαν· δ' ἐνυπόστατον δὲ, τὸ καθ' αὐτὸ μὲν

A non habens scilicet quo partium inter se personalem identitatem incolumem ostenderet quam personalis distinctio in duas personas divideret.

Partium communia secundum personæ rationem; totum, id est, Christum ab extremis dirimere; earumdem vero secundum essentiæ rationem cum extremis communia, Christum ut totum cum extremis essentialiter conjungeret.

Non enim quibus proprietatibus a reliqua hominum turba dirimebatur, illis distinctionem cum Verbo retinebat; nec vero rursus, quibus a Verbo distinguebatur, his quoque a nobis dirimebatur: sed quibus a nobis dirimebatur, illis unionem personalem cum Verbo, seu identitatem incolumem servabat; ac quibus naturaliter nobis erat unitus, B illis nimirum essentialem a Verbo distinctionem ratam habebat. Quemadmodum etiam Verbum, quibus proprietatibus a communi deitatis tanquam Filius ac Verbum dirimebatur, his personalem cum carne unionem, sive identitatem, servabat; quibus autem ut Deus naturalem cum carne servabat distinctionem, illis Patri ac Spiritui sancto essentialiter unitum, diversam secum et cum extremis distinctionem identitatemque habebat; nempe partium quidem communitatibus naturaliter cum extremis unitum, earumdemque (partium scilicet) proprietatibus, personaliter ab extremis discretum. Cum videlicet in personali partium suarum identitate, extremorum secum distinctionem incolumem ostenderet; inque partium essentiali diversitate, naturalem extremorum cum partibus identitatem C inferret. Quodque adeo partium communitatibus, extremis unitum erat, earumdemque proprietatibus ab extremis 322 dirimebatur; plane, quibus extremis uniebatur, illis partium inter se distinctionem naturalem incolumem habebat. Quibus item ab extremis dirimebatur, his in se elucentem personalem partium identitatem servabat.

Igitur Christus utriusque naturæ, ex quibus erat compositus, tum quod est commune, tum quod proprium, habebat: commune quidem, in essentiali extremorum cum suis partibus identitatis ratione, secundum quam, partium inter se distinctionem, et post unionem, incolumem habebat; proprium vero, D in personalis partium identitatis ratione, secundum quam ab extremis dirimebatur, inconfusam ab illis discretionem servans. Vera enim personalis unio, cujusque partium ad totum quoddam componendum coeuntium, ea ratione qua simul ad totius cujusdam editionem conveniunt, proprietatem ab essentiali ambas communitate dirimentem, una cum communi assumens, ἐνυπόστατον efficit (velut dicas, vere in persona et hypostasi exsistens), sed non personam ac hypostasim; quod videlicet non per seipsum discrete seorsumque consistat; ab iis quæ ejusdem generis sunt, sive ab eo, quod una cum illo ad totum quoddam constituendum consistit, sejunctum: quod personæ ac hypostasis est proprium. Quod enim per se seorsum ac discrete

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

vere exsistit, id vero persona est et hypostasis; siquidem hypostasim seu personam esse dicunt, essentiam cum proprietatibus, ab iis quæ ejusdem generis sunt, numero distinctam. Ἐνυπόστατον autem, id quod per se quidem minime consistit, sed in aliis consideratur, cujusmodi est species in individuis illi subjectis : vel quod etiam cum alio essentialiter distincto, ad totum aliquod constituendum compositionem init; quod nimirum, quantum proprietatibus dirimentibus, ab iis quæ ejusdem sunt generis, distinguitur, tantum cum eo quod personaliter copulatum est, arctius unitur ac identificatur. Non enim, quibus proprietatibus, ab iis, quæ ejusdem sunt generis, dirimitur, a conjuncto unaque vere exsistente, secernitur : sed quibus dirimentibus proprietatibus, ab iis, quæ ejusdem essentiæ sunt, distinguitur, illis cum conjuncto unaque componente, quæ est per unionem, servat personæ identitatem; qua scilicet una prorsus singularis persona exsistit. Quod ita in divina dispensatione (hoc est, incarnatione) **323** vera doctrina tradit. Quibus enim proprietatibus a nobis discreta caro distinguebatur, illis personalem cum Verbo identitatem habebat; ac quibus a Patre et Spiritu proprietatibus, tanquam Filius ab utroque discretus, distinguebatur, his singularem cum carne personæ vim, omni prorsus ratione indivisam, incolumem servabat.

A οὐδαμῶς ὑφιστάμενον, ἐν ἄλλοις δὲ θεωρούμενον, ὡς εἶδος ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἀτόμοις· ἢ τὸ σὺν ἄλλῳ διαφόρῳ κατὰ τὴν οὐσίαν εἰς ὅλου τινὸς γένεσιν συντιθέμενον· ὅπερ καθ' ὅσον μὲν διαφέρει τοῖς ἀφορίζουσιν αὐτὸ τῶν κατ' οὐσίαν ὁμογενῶν ἰδιώμασι, τοσοῦτον τῷ συγκειμένῳ καθ' ὑπόστασιν· ἑνίζεται ταυτιζόμενον. Οὐ γὰρ οἷς ἀφορίζεται τῶν ὁμογενῶν ἰδιώμασι, τούτοις διακρίνεται καὶ τοῦ συγκειμένου καθ' ἕνωσιν καὶ συνυφεστῶτος· ἀλλ' οἷς διενήνοχε τῶν ὁμοουσίων ἀφοριστικοῖς ἰδιώμασι, τούτοις πρὸς τὸ συγκείμενον τὴν καθ' ἕνωσιν φυλάττει ταυτότητα τῆς ὑποστάσεως, ἐν τῷ πάντη μοναδικῷ τοῦ προσώπου συντηρουμένην· ὅπερ ἐπὶ τῆς θείας οἰκονομίας ἦγουν σαρκώσεως ὁ ἀληθὴς πρεσβεύει λόγος. Οἷς γὰρ ἡμῶν ἀφοριζομένη διέφερεν ἡ σὰρξ B ἰδιώμασι, τούτοις τὴν πρὸς τὸν Λόγον καθ' ὑπόστασιν εἶχε ταυτότητα· καὶ οἷς ὁ Λόγος Πατρός τε καὶ Πνεύματος διέφερεν ἰδιώμασιν, ὡς Υἱὸς ἀφοριζόμενος, τούτοις τὸ καθ' ὑπόστασιν πρὸς τὴν σάρκα, μοναδικὸν διετήρει σωζόμενον, μηδενὶ λόγῳ παντελῶς διαιρούμενον.

Non igitur Dei Verbi caro persona est. Nunquam enim prorsus, nec quantum nudæ mentis velox cogitatus præverterit, per scipsam proprietatibus dirimentibus ab eis quæ ejusdem sunt generis discreta fuit, vel in conjuncto personaliter Verbo, C proprium a communi sejunctum habens; sed ἐνυπόστατος (ut vocant Græci) velut scilicet in ipso et per ipsum nacta esse, atque ejus caro per unionem facta, unumque cum eo personaliter reddita; ejus scilicet proprietatis ratione, qua dirimitur a reliqua hominum turba. Atque, ut clarius dicam, Verbi ipsius personaliter facta, quod proprium est, uti etiam quod essentialiter est commune, cujus et caro vere per unionem effecta est.

Οὐκοῦν οὐχ ὑπόστασις ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου καθέστηκε σάρξ. Οὐδέποτε γὰρ, οὐδόσον ἐπινοίας ψιλῆς πέφυκε τάχος χωρεῖν, καθ' ἑαυτὴν τὸ παράπαν ὑπέστη τοῖς ἀφορίζουσιν αὐτὴν ἰδιώμασι διωρισμένη τῶν ὁμογενῶν, ἢ πρὸς τὸν συγκείμενον καθ' ὑπόστασιν Λόγον, τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον ἔχουσα κεχωρισμένον· ἀλλ' ἐνυπόστατος ὡς ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτὸν λαβοῦσα τοῦ εἶναι τὴν γένεσιν· καὶ αὐτοῦ γενομένη καθ' ἕνωσιν σὰρξ, καὶ πρὸς αὐτὸν καθ' ὑπόστασιν ἑνιζομένη, τῷ λόγῳ τῆς τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἀφοριζούσης αὐτὴν ἰδιότητος. Καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, αὐτοῦ τοῦ Λόγου καθ' ὑπόστασιν ποιουμένη τὸ ἴδιον· ὥς που καὶ τὸ κατ' οὐσίαν κοινὸν, οὗ καὶ σὰρξ ἀληθῶς καθ' ἕνωσιν γέγονεν.

Christus, cum Deus perfectus, idemque homo perfectus esset, eorum, quæ erat, quod commune est quodque proprium habebat, quibus extremorum secum unionem ac discretionem præstabat : extremorum quidem secum unione, incolumes in se ipse ambas naturas, ex quibus compositus erat, astruens; extremorum vero ab ipso discretione, personæ suæ D *singularitatem repræsentans atque exhibens.*

Ὅτι Θεὸς ὑπάρχων τέλειος ὁ Χριστὸς, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτὸς, τῶν ἄκρων ἦν, εἶχε τὸ κοινὸν καὶ τὸ ἴδιον, οἷς πρὸς ἑαυτὸν ἐποιεῖτο τὴν τῶν ἄκρων ἕνωσιν καὶ διάκρισιν· τῇ μὲν πρὸς ἑαυτὸν ἑνώσει τῶν ἄκρων, ἐν ἑαυτῷ σωζομένας τὰς ἐξ ὧν συνετέθη δύο φύσεις πιστούμενος· τῇ δὲ πρὸς ἑαυτὸν διακρίσει τῶν ἄκρων, τὸ μοναδικὸν τῆς οἰκείας παριστὰς ὑποστάσεως.

Siquidem enim Verbum, Deus natura cum esset, assumpta carne anima intelligente prædita citra omnem mutationem homo factum est, plane liquet, unus ex ambobus cum esset, ac per unum ambo sibi vere vindicaret, eumdem ipsum utriusque quod commune est, et quod proprium habuisse : quibus cum extremis et unionem et discretionem præstaret, ita nimirum ut partium suarum naturali inter se distinctione, essentialiter extremis uniretur, earumque personali identitate, ab extremis dirimeretur. Sin autem idem ipse et distinctionem habebat et identitatem, perspicuum est quod unum

Εἰ γὰρ φύσει Θεὸς ὢν ὁ Λόγος προσλήψει σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης δίχα τροπῆς γέγονεν ἄνθρωπος, δῆλον ὡς ἐξ ἀμφοῖν εἷς, καὶ δι' ἑνὸς ἑαυτὸν κατ' ἀλήθειαν ἄμφω πιστούμενος, ἀμφοτέρων εἶχεν ὁ αὐτὸς τό τε κοινὸν, καὶ τὸ ἴδιον· οἷς τὴν πρὸς τὰ ἄκρα ἐποιεῖτο ἕνωσιν καὶ διάκρισιν· τῇ μὲν πρὸς ἄλληλα φυσικῇ διαφορᾷ τῶν οἰκείων μερῶν, κατ' οὐσίαν τοῖς ἄκροις ἑνούμενος· τῇ δὲ τῶν αὐτῶν, δηλονότι μερῶν, ταυτότητι, καθ' ὑπόστασιν, τῶν ἄκρων διακρινόμενος. Εἰ δὲ διαφορὰν εἶχεν ὁ αὐτὸς καὶ ταυτότητα, δῆλον ὡς ἓν καὶ δύο ἦν ὁ αὐτός. Ἓν μὲν, τῷ λόγῳ τῆς οἰκείας κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἀδιαιρέτου

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μονάδος· δύο δὲ, τῷ λόγῳ τῆς κατ' οὐσίαν πρὸς A ἄλληλα τῶν οἰκείων μερῶν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἑτερότητος. ε' Διαφορὰ γάρ ἐστιν, λόγος καθ' ὃν ἡ πρὸς ἄλληλα τῶν σημαινομένων ἑτερότης σώζεσθαι πέφυκεν, καὶ τοῦ πῶς εἶναι δηλωτικός. ς' Ταυτότης δέ ἐστιν, ἀπαραλλαξία καθ' ἣν ὁ τοῦ σημαινομένου λόγος τὸ πάντη κέκτηται μοναδικὸν, μηδενὶ τρόπῳ διαφορᾶς γνωριζόμενον.

et duo idem erat; unum, personæ propriæ indivise unitatis ratione; duoque, **324** essentialis inter se suarum partium, post etiam unionem, diversitatis itidem ratione. Est enim distinctio, oratio qua eorum quæ significantur inter se diversitas incolumis servatur, modusque essendi declaratur. Identitas vero est, incommutabilis summaque similitude, qua rei significatæ ratio prorsus singularis, nullo distinctionis modo explicata habetur.

Περὶ διαφορᾶς διάληψις σύντομος, δι' ἧς δείκνυται τὸ κατ' οὐσίαν ποσὸν τῶν ἡνωμένων σῳζόμενον.

De distinctione seu differentia brevis disquisitio; qua ostenditur, incolumem esse essentialem eorum quantitatem, quæ unita sunt.

Εἰ τοίνυν σώζεται μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν Χριστῷ τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν ἡ πρὸς ἄλληλα κατὰ τὴν οὐσίαν διαφορὰ, σαφῆς ὑπάρχει τοῖς εὐσεβοῦσιν ἀπόδειξις, ὡς τὸ κατ' οὐσίαν ποσὸν μεμένηκε τῶν ἡνωμένων ἀμείωτον μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὸν ἑκατέρου μέρους πρὸς θάτερον ἐν τῷ κατὰ σύνθεσιν ἐξ αὐτῶν ὅλῳ διασῴζον τῆς οὐσίας ὅρον τε καὶ λόγον ἀσύμπτωτον. Εἰ δὲ καὶ ἡ τοῦ ὅλου πρὸς τὰ οἰκεῖα μέρη, μᾶλλον δὲ φάναι σαφέστερον, ἡ πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν ὅλου σύνθεσιν ὑποστατικὴ διασώζεται ταυτότης· δῆλον ὡς οὐδενὶ τρόπῳ τὰ μέρη κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν συμπληρουμένην μίαν ὑπόστασιν, πρὸς ἄλληλα παντελῶς διαφέρουσι. Καὶ λοιπὸν οὐδεὶς ἐστι λόγος δεῖξαι δυνάμενος, ἢ τὸ κατ' οὐσίαν διάφορον συγχεόμενον, ἢ τὸ καθ' ὑπόστασιν μοναδικὸν διαιρούμενον.

Siquidem igitur in Christo post unionem, earum, ex quibus compositus est, partium, essentialis inter se distinctio incolumis manet, perspicue piis probatum est, essentialem unitorum quantitatem post unionem nihil dispendii passam remansisse : quæ utriusvis partium, cum altera, in toto quod ex eis per compositionem conflatur, essentialem servet, tum definitionem, tum rationem incommutabilem. Sin autem etiam totius cum suis partibus, seu (ut verius loquar) partium inter se, ea ratione qua totum componunt, personalis identitas servatur incolumis; plane perspicuum est, partes, quatenus una persona ex eis completur, nihil prorsus inter se distinctas esse : jamque nulla probare possit ratio aut oratio, vel essentialem distinctionem confundi, vel personalem singularitatem dividi.

Κατασκευὴ πλατυτέρα τε καὶ φυσικωτέρα περὶ διαφορᾶς καὶ ποσότητος, καὶ τοῦ δηλοῦντος αὐτὰς ἀριθμοῦ.

Fusior probatio, magisque in naturæ rationibus, de distinctione et quantitate, deque numero eas significante.

Οὐκοῦν εἴπερ διαφορὰν ἐπὶ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγομεν, πάσῃ δὲ πάντως ἐξ ἀνάγκης διαφορᾷ συνεισάγεσθαι πέφυκε ποσὸν, οὗ δηλωτικὸν τὸν ἀριθμὸν εἶναι γνωρίζομεν, εἰκότως πρὸς δήλωσιν μόνην τῆς τῶν διαφερόντων διαφορᾶς μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸν ἀριθμὸν παραλαμβάνοντες, οὐ διαιροῦμεν τῷ ἀριθμῷ τὰ σημαινόμενα παντελῶς, ἀλλὰ δηλοῦμεν σωζομένην τῶν ἡνωμένων τὴν ὕπαρξιν· ὅτι καὶ μόνου ποσοῦ δηλωτικὸς πᾶς εἶναι πέφυκεν ἀριθμὸς, ἀλλ' οὐ διαιρετικός. Τὸ γὰρ μὴ ποιοῦν ἢ πάσχον, πῶς ἂν εἴη τῆς οἱασοῦν σχέσεως κύριον; ἐπειδὴ μόνης οὐσίας ἐστὶ τὸ μὲν ποιεῖν· ὥσπερ καὶ τὸ πάσχειν συμβεβηκότος ἤγουν ποιότητος· ἀφ' ὧν εἶναι, καὶ ἐξ ὧν τὰς σχέσεις, οἱ τῶν τοιούτων γυμνασταὶ λόγων προϊέναι φασίν. Μᾶλλον δὲ σκοποῦσιν ἡμῖν ἀκριβέστερον, οὐδὲ τούτων, οὐσίας τέ φημι καὶ συμβεβηκότος, καθεστήκασιν ἔργον αἱ σχέσεις, ἀλλὰ τῆς πάντων ποιητικῆς αἰτίας τε καὶ δυνάμεως, καὶ λόγον ἐνθεμένης ἑκάστῳ τῶν γεγονότων τοῦ εἶναι συστατικὸν, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα φυσικῆς παραστατικὸν οἰκειώσεώς τε καὶ ἀλλοτριώσεως. Εἰ δὲ κυρίως αἱ σχέσεις οὐκ ἔχουσιν αἰτίαν ποιητικὴν ἑαυτῶν τὴν οὐσίαν, σχολῇ γ' ἂν τὸν ἀριθμόν· ὃς καθὸ μὲν οὐκ ἔστιν οὐσία, ποιεῖν οὐ δύναται παντελῶς· καθὸ δὲ συμβεβηκὸς, ἤγουν ποιότης οὐκ ἔστιν, πάσχειν οὐ πέφυκεν. Εἰ δὲ μήτε ποιεῖν, μήτε πάσχειν ὁ ἀριθμὸς πέφυκεν, ἆρα σημεῖόν ἐστι ποσοῦ δηλωτικὸν, τῆς ἐν τῷ δηλουμένῳ ποσῷ σχέσεως οὐδεμίαν ποιούμε-

Siquidem igitur distinctionem in Christo post unionem dicimus, sicque omnino comparatum est, ut quavis data distinctione, necessario quantitas illi comes inducatur, cujus significandæ vim habere numerum non nescimus : merito, qui hac solum ratione numerum assumamus, ut eorum quæ distincta sunt, distinctionem post unionem significemus, nihil prorsus significata dividimus, sed eorum quæ unita sunt, incolumem essentiam esse declaramus : quod nimirum omnis numerus natura sua vim solum habeat significandæ quantitatis, non autem divisionis. Quod enim nec agit, nec patitur, quonam modo cujuscunque tandem habitudinis inducendæ causa exstiterit? quandoquidem agendi vis, solius **325** substantiæ est, uti etiam patiendi, accidentis (qualitatis scilicet) a quibus, et ex quibus procedere habitudines affirmant, qui in rebus ejusmodi serio versati sunt. Quinimmo, ne horum quidem (substantiæ scilicet et accidentis) habitudines opus sunt, sed universorum creatricis causæ ac potentiæ, quæ unicuique creatorum rationem indidit, id quod sunt constituentem, eorumque inter se naturalem seu necessitudinem, seu diversitatem ac dissidium exhibentem. Quod si proprie ac vere habitudines, sui ipsarum auctorem ne quidem substantiam habent, longe est ut numerum habeant; qui nimirum qua ratione non est substantia, neque omnino facere quidquam potest : qua vero neque accidens

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

(id est, qualitas), neque ut patiatur comparatum habet. Sin autem numerus, neque ut faciat, neque ut patiatur comparatum habet; signum itaque est, cujus in eo vis, ut quantitatem notificet, non ut exprimat ac repræsentet. Neque enim genus est, quod de aliis prædicari possit, sed signum, uti dicebam, generis, quod de aliis prædicatur, exprimendi vim habens.

Atqui si numerus res ejusmodi est, cui nec agere comparatum sit, nec pati; palam est, quatenus quidem non agit, nullam vim significandæ habitudinis habere (unionis scilicet aut divisionis), ad aliam enim, uti dicebam, hoc rationem attinet : quatenus vero non patitur, nec divisionem admittere. Per se enim omnis numerus indivisibilis est, qui motum sensum afficientem (alterationis vocant, quod est proprium qualitatis) minime recipiat. Nec contractionem ac dilatationem seu explicationem, quod substantiæ proprium exsistit. Neque crementum ac decrementum, quod est proprium quantitatis. Si autem quantitatis, at non habitudinis (ejus enim quæ simpliciter dicatur, non quæ tali modo, quantitatis significandæ numerus vim habet) palam est, numero nec ut faciat divisionem, nec ut unionem, comparatum esse; sed ut solummodo quantitatem notificet, quocunque tandem modo eam intellexerimus. Substantiæ enim agere est, accidentis autem (id est, qualitatis) pati; quorum neutrum numerus est. Si enim esset substantia, etiam per se vere exsisteret, non indigens alio vi cujus 326 ac ope consisteret; si autem accidens (id est, qualitas) esset, aut differentiam specialissimam constitueret, generique complexus, subjecti definitionem colligeret, specieique, et non quantitatis intentionem præberet; vel specici conjunctus, differentiam communiter dictam induceret, individuorumque quæ sub eamdem speciem reducuntur, aliorum ab aliis discretionem faceret : vel proprie dictam differentiam, in acervo omnium proprietatum, quæ individuo insunt, præstaret; neque duntaxat alium ab alio, verum etiam diversum, aliisque prorsus imbutum accidentibus, eum, qui per eum significaretur, ostenderet. Sin autem nemo prorsus est, qui res definiendo numerum adhibeat, numerus neque substantia neque qualitas est. Quod si numerus horum nihil est, liquet illi neque ut agat comparatum esse, neque ut patiatur. Atqui si neutrum ei competit, merito neque unit prorsus, aut dividit, tanquam qui faciat; neque vero omnino dividitur, tanquam qui patiatur : sed cum solam quantitatem rerum significet, earum habitudinem modumque non attingit.

Sin autem numerus, quantitatis duntaxat notificandæ vim habet, non ullius, quæ ejus intelligatur, habitudinis; vox potius quædam numerus est, ut ita dicam, et quantitati cohærens appellatio. Igitur qui distinctionem in Christo post unionem dicit, omnino etiam cum distinctione eique associam, eorum quæ distincta sunt, quantitatem intellexit. Quod enim prorsus simplex est, id vero nec distinctionis capax est; quod etiam idem omnino secum ac singulare, totumque ac prorsus absolutum est, uti de quo genus, quod est in quantitate, non præ-

νος ἐμφασιν· ὅτι μὴ γένος ἐστὶν, ἄλλων κατηγορεῖσθαι δυνάμενος· ἀλλὰ σημεῖον, ὡς ἔφην, τοῦ κατ' ἄλλων κατηγορικῶς φερομένου γένους ἐμφατικόν.

Εἰ δὲ μὴ τό τε ποιεῖν, μήτε πάσχειν ὁ ἀριθμὸς ἔχει, δῆλόν ἐστιν, ὅτι καθὸ μὲν οὐ ποιεῖ, σχέσεως τῆς οἱασοῦν οὐκ ἔστι δηλωτικὸς, τουτέστιν ἑνώσεως ἢ διαιρέσεως· ἑτέρου γὰρ, ὡς ἔφην, λόγου τοῦτο καθέστηκε· καθὸ δὲ πάσχειν οὐ πέφυκεν, οὐ διαιρεῖται. Καθ' ἑαυτὸν γὰρ ἀδιαίρετός ἐστι πᾶς ἀριθμὸς, τὴν κατ' ἀλλοίωσιν οὐκ ἐπιδεχόμενος κίνησιν, ὅπερ ἴδιον ὑπάρχει ποιότητος· οὔτε συστολὴν καὶ διαστολὴν, ὅπερ ἴδιον οὐσίας καθέστηκεν· οὔτε μὴν αὔξησιν καὶ μείωσιν, ὅπερ ἰδιόν ἐστι ποσότητος. Εἰ δὲ ποσότητος, ἀλλ' οὐ σχέσεως· μόνης γὰρ τῆς ἁπλῶς, ἀλλ' οὐ τῆς πῶς λεγομένης ποσότητος, ὁ ἀριθμὸς ὑπάρχει σημαντικός· δῆλον ὡς οὔτε διαίρεσιν, οὔτε μὴν ἕνωσιν ὁ ἀριθμὸς ποιεῖν πέφυκεν, ἀλλὰ μόνην ποσότητος δήλωσιν, ὡς δ' ἂν ταύτην ὑπάρχουσαν ἐννοήσωμεν. Οὐσίας γὰρ, ὡς ἔφην, ἐστὶ τὸ ποιεῖν, καὶ συμβεβηκότος ἦγουν ποιότητος τὸ πάσχειν· ὧν οὐθέτερόν ἐστιν ὁ ἀριθμός. Εἰ γὰρ ἦν οὐσία, καὶ αὐθυπόστατον ἦν, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς σύστασιν· εἰ δὲ συμβεβηκὸς ἦν ἤγουν ποιότης, ἢ τὴν ἰδιαίτατα διαφορὰν ἐποίει, καὶ τὸν ὁρισμὸν τοῦ ὑποκειμένου συνῆγε τῷ γένει συμπλεκόμενος, καὶ δήλωσιν εἴδους, ἀλλ' οὐ ποσοῦ παρεῖχεν· ἢ τὴν κοινῶς διαφορὰν τῷ εἴδει συναπτόμενος εἰσῆγε· καὶ τὴν ἄλλου πρὸς ἄλλων τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀναγομένων ἀτόμων ἐποίει διάκρισιν· ἢ τὴν ἰδίως λεγομένην διαφορὰν, ἐν τῷ ἀθροισμῷ τῶν ἐν τῷ ἀτόμῳ πάντων ἰδιωμάτων ἐποίει· καὶ οὐκ ἄλλον ἀπ' ἄλλου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοῖον δῆλον δεικνύμενον τὸν δι' αὐτοῦ σημαινόμενον. Εἰ δὲ τοῖς ὁρισμοῖς τῶν πραγμάτων παντελῶς οὐδεὶς συμπαραλαμβάνει τὸν ἀριθμὸν, οὐκ ἔστιν ὁ ἀριθμὸς οὔτε οὐσία, οὔτε ποιότης. Εἰ δὲ τούτων μηδέν ἐστιν ὁ ἀριθμὸς, δῆλον ὡς οὔτε ποιεῖν πέφυκεν, οὔτε πάσχειν· εἰ δὲ τὸ ποιεῖν οὐκ ἔχει καὶ τὸ πάσχειν ὁ ἀριθμὸς, εἰκότως οὔτε ἑνοῖ τὰ παράπαν, οὔτε διαιρεῖ ὡς ποιῶν· οὔτε μὴν ὡς πάσχων διαιρεῖται παντάπασιν· ἀλλὰ μόνης τῆς τῶν πραγμάτων ποσότητος ποιούμενος δήλωσιν, τῆς αὐτῶν οὐκ ἐφάπτεται σχέσεως.

Εἰ δὲ μόνης ποσότητος, ἀλλ' οὐ τῆς οἱασοῦν κατ' αὐτὴν νοουμένης σχέσεως ὁ ἀριθμὸς ὑπάρχει δηλωτικὸς, φωνή τίς ἐστιν μᾶλλον, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ προσηγορία ποσῷ προσφυὴς ὁ ἀριθμός. Οὐκοῦν ὁ διαφορὰν ἐπὶ Χριστοῦ λέγων μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ποσὸν πάντως τῇ διαφορᾷ συνεπανήσει τῶν διαφερόντων. Τὸ γὰρ παντελῶς ἁπλοῦν, καὶ διαφορᾶς ἀνεπίδεκτον· ὅτι καὶ πάντη ταυτὸν ἑαυτῷ καὶ μοναδικὸν, καὶ ὅλον καὶ ὅλως ἄσχετον, ὡς τὸ ἐν ποσῷ γένος οὐκ ἔχον κατηγορούμενον· καὶ διὰ τοῦτό παντελῶς οὐκ ἀριθμούμενον· ὁ δὲ τῇ διαφορᾷ ποσὸν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

συνεπινοήσας· ἀμήχανον γὰρ γνωσθῆναι διαφορὰν ποσοῦ παντελῶς ἀμοιροῦσαν· πρὸς μόνην δήλωσιν, ἀλλ' οὐ διαίρεσιν τοῦ τῇ διαφορᾷ συνεπινοηθέντος ποσοῦ παραλαμβάνων τὸν ἀριθμὸν, οὐκ ἐξίσταται τῆς ἀληθείας, τὸ ἐπινοούμενον ἐξ ἀνάγκης τῇ διαφορᾷ διὰ τοῦ ἀριθμοῦ σημαίνων ποσόν· ἐπειδὴ, καθὼς ἔφην, πάσῃ καθ' ὁντινα τρόπον λεγομένῃ διαφορᾷ πάντως συνεπινοεῖται ποσόν· οὗ φύσει δηλωτικὸν, ἀλλ' οὐ διαιρετικὸν εἶναι τὸν ἀριθμὸν ἐδιδάχθημεν.

A dicetur; quodque proinde omnino non numeretur. Qui autem una cum distinctione quantitatem intellexit (neque enim prorsus cognosci distinctio potest omnis expers quantitatis) is, ut solum notificet, non ut dividat, quantitatem, quæ distinctioni comes intelligitur, numerum usurpando, nihil fines veritatis exit, dum quantitatem necessario distinctioni asseclam numeri adjectione ostendit; quandoquidem, uti dicebam, omnis quovis modo dicta distinctio, quæ simul illique comes intelligitur, omnino quantitatem habet; cujus vim notificandæ numerum natura habere didicimus, at non dividendæ.

Εἰ δὲ μᾶλλον φροντίζει τῆς ἀληθείας, ὁ τὸ συνεπινοούμενον ἐξ ἀνάγκης τῇ διαφορᾷ διὰ τοῦ ἀριθμοῦ σημαίνων ποσὸν εἰς τὴν τοῦ μυστηρίου σύστασιν, ἵνα μὴ τῶν ἑνωθέντων πρεσβεύσῃ σύγχυσιν· πῶς οὐ δίκαιον κατά τινας οἴεσθαι χρὴ διὰ ταύτην ὁμολογεῖσθαι τὴν αἰτίαν τῶν ἐν Χριστῷ σωζομένων ἀσυγχύτως μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸ κατ' οὐσίαν ποσὸν, ὁπότ' ἂν ὁ ἀριθμὸς διαφορᾶς, ὡς ἔδειξε διὰ πλάτους ὁ λόγος, ἀλλ' οὐ διαιρέσεως ποιεῖσθαι δήλωσιν πέφυκεν; Εἰ μὲν οὖν ἀναλλοίωτος ὁ κατ' οὐσίαν θατέρου τῶν ἑνωθέντων διέμεινε λόγος μετὰ τὴν ἕνωσιν, πρὸς τὸν θατέρου τῆς οὐσίας ὅρον μὴ μεταπίπτων, προδήλως ἡ τοῦ Χριστοῦ θεότης μεμένηκε κατ' οὐσίαν θεότης, πρὸς τὴν σαρκὸς οὐσίαν οὐ μεταφοιτήσασα· καὶ ἡ τοῦ αὐτοῦ πάλιν ἀνθρωπότης μεμένηκε κατ' οὐσίαν ἀνθρωπότης, πρὸς τὴν τῆς θεότητος φύσιν μὴ παθοῦσα μεταβολήν. Εἰ δὲ οὐδὲ ἡ θεότης τοῦ Χριστοῦ, οὔτε ἡ ἀνθρωπότης εἰς ἀλλήλας διαπεφοιτήκασι διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, ἀλλ' ἀσύγχυτοι κατὰ τὸν μέγαν Κύριλλον μεμενήκασιν αἱ φύσεις, σαφῶς ἡ μετὰ τὴν ἕνωσιν διαφορὰ τῶν σωζομένων ἐν Χριστῷ καθέστηκε φύσεων, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος. Εἰ δὲ τῶν ἀσυγχύτως ἐν Χριστῷ σωζομένων ἐστὶν, ἡ διαφορὰ μετὰ τὴν ἕνωσιν· διαφορὰν δὲ γνωσθῆναι ποσοῦ παντελῶς κεχωρισμένην ἀμήχανον· λεγέσθω πρὸς δήλωσιν τῆς διαφορᾶς τὸ ποσὸν τῶν διαφερόντων, ἵνα μὴ ψιλήν πως καὶ οὐκ ἐνηθῆ τὴν διαφορὰν ὑποπτευθῶμεν πρεσβεύοντες. Ὑλὴν γὰρ πᾶσαν διαφορὰν οἶδεν ὁ λόγος, τὴν οὐκ ἔχουσαν ὑπαρκτικῶς ὑποκειμένην τὴν, ὧν ἐστι διαφορὰ, πραγμάτων ἀλήθειαν·

327 Sin autem propensius veritatem colit, qui quantitatem, quæ una cum distinctione illique comes necessario intelligitur, ad mysterii astruendam fidem, numeri indicatione significat, ne unitorum confusionem profiteri videatur; quidni justum æquumque sit, quorumdam sententia, ut idcirco in Christo post unionem inconfuse incolumium essentialem quantitatem confitendam existimemus, quod numero comparatum sit (uti pluribus explicavit oratio) ut distinctionis nota sit, non divisionis? Siquidem igitur essentialis cujusque partium unitarum ratio post unionem indetrita mansit ac labis pura, nihil ipsa in alterius essentiæ rationem transiens aut definitionem; perspicue omnino Christi deitas, essentialiter deitas mansit, in carnis essentiam minime transmutata, vicissimque ejus humanitas essentialiter humanitas perseveravit, absque eo quod ulla ei mutatio in deitatis naturam acciderit. Quod si nec Christi deitas, nec ejus humanitas in se invicem commigrarunt, idcirco quod personaliter unitæ sunt, sed naturæ, ut auctor est magnus Cyrillus, inconfusæ manserunt; plane liquet distinctionem esse incolumium in Christo post unionem naturarum, nemoque eat inficias. Sin autem incolumium in Christo post unionem exsistit distinctio, nec omnino fieri potest ut illa intelligatur absque quantitate, saue dicatur quantitas, ut eorum quæ distincta sunt distinctio notificetur, ne nuda quasi voce inanique sono constantem, non veram distinctionem sentire videamur. Nudam enim ac voce tenus distinctionem omnem novit ratio, quæ rerum distinctarum reipsa subjectam veritatem non habet.

B

C

Ἡμεῖς μὲν οὖν ταυτὸν ὑπόστασίν τε καὶ φύσιν, ἢ κυρίως μηδέποτε λέγοντες, κατὰ τὴν τῶν Πατέρων διδασκαλίαν, ὡς ἀνωτέρω προλαβὼν ἀπέδειξεν ὁ λόγος, εὐσεβῶς ἐπὶ Χριστοῦ τὸ ταυτὸν πρεσβεύομεν καὶ τὸ διάφορον. Τὸ μὲν, τῷ λόγῳ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, καθ' ὃν ταυτὸν τῇ οἰκείᾳ σαρκὶ τὸν Θεὸν Λόγον ὁμολογοῦμεν· ἵνα μὴ προσθήκην προσωπικὴν ἡ πανύμνητος λάβῃ Τριὰς, γινομένη τετράς. Τὸ δὲ, τῷ λόγῳ τῆς κατ' οὐσίαν τῶν ἐξ ὧν ἐστιν ἑτερότητος, καθ' ἣν εἰς ἄλληλα τὰ μέρη τοῦ Χριστοῦ παντελῶς οὐ μεταπίπτουσιν. Οὐ γὰρ ταυτόν ποτε κατ' οὐσίαν γένοιτ' ἂν θεότης καὶ ἀνθρωπότης, ἵνα μηδὲν ᾖ κτιστὸν τῇ θεότητι καθ' ἕνωσιν ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον. Ἐπειδὴ φύσει φύσιν ὁμοούσιον εἶναι λέγειν, μεμνημένης διανοίας ὑπάρχειν γινώσκομεν. Οὐκ ἔστι

D

Nos igitur, qui [illegible] vere ac proprie idem esse hypostasim (subsistentiam scilicet seu personam) et naturam, juxta Patrum doctrinam, dicamus, uti in superioribus probavit oratio; pie in Christo cum identitatem, tum distinctionem sentimus: alteram quidem ratione unius personæ, qua idem Deum Verbum confitemur cum sua carne, ne scilicet personæ accessionem accipiat laudatissima Trinitas, fiatque quaternitas; alteram vero, essentialis eorum, ex quibus Christus est, diversitati ratione, secundum quam ejus partes, haud prorsus alia in aliam transmigrant. Nunquam enim idem essentialiter **328** deitas humanitasque exstiterint, ne creatum aliquid per unionem deitati congeneum et coessentiale admittatur. Naturam enim naturæ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

coessentialem dicere, insanæ mentis delirium non nescimus. Natura enim nunquam naturæ congenea sit et coessentialis. Congeneum enim et coessentiale, de illis duntaxat individuis dicere consuevimus, quæ in eadem specie ad essentiam unam revocantur.

A γὰρ φύσει ποτ' ἂν φύσις ὁμοφυὴς καὶ ὁμοούσιος. Τὸ γὰρ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον, ἐπὶ μόνων τῶν κατὰ τὸ αὐτὸ εἶδος πρὸς μίαν οὐσίαν ἀναγομένων ἀτόμων λέγεσθαι πέφυκεν.

Qui non idem naturam ac hypostasim (id est personam) *dicit, pie in Christo unitatem ac distinctionem profiteri; quarum alteram ex personæ ratione; alteram ex naturæ credat proficisci.*

Ὅτι ὁ μὴ ταυτὸν φύσιν λέγων καὶ ὑπόστασιν, εὐσεβῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγει τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν διαφοράν· τὴν μὲν καθ' ὑπόστασιν εἶναι πιστεύων, τὴν δὲ κατὰ φύσιν.

Hanc nos confessionem tenentes, nec naturarum post unionem distinctionem negamus, qui naturas, ex quibus unus Christus compositus est, post unionem inconfusas mansisse credamus; nec vero unionem personalem nescimus, qui unum ex sancta et consubstantiali ac adoranda Trinitate, Christum B confiteamur. Sed et eorum ex quibus est Christus vere in eo incolumium, distinctionem absque ulla dissectione ac confusione post unionem numeri adjectione notificamus, ut Apollinarii atque Eutychis confusionem e medio tollamus: quodque unionem personalem noverimus, unam Dei Verbi naturam incarnatam, carne ejusmodi, quæ anima intelligente prædita sit, adversus Nestorii divisionem clara voce obtendimus; peræque scilicet Apollinarii confusionem (eorum quæ unita sunt; post unionem negantis essentialem distinctionem, atque idem cum Verbo carnem effectam per unionem, docentis) Nestoriique divisionem (personalem in Christo distinctionem astruentis, ac Verbi cum carne personalem identitatem scindentis) ca- C ventes.

Ταύτην ἔχοντες τὴν ὁμολογίαν ἡμεῖς, οὔτε τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν ἀρνούμεθα μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐξ ὧν ὁ εἷς συνετέθη Χριστός, ἀσυγχύτους μεμενηκέναι τὰς φύσεις πιστεύοντες· οὔτε τὴν καθ' ὑπόστασιν ἀγνοοῦμεν ἕνωσιν, ἕνα τὸν Χριστὸν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς ὁμολογοῦντες Τριάδος. Ἀλλὰ καὶ τὴν διαφορὰν τῶν ἐξ ὧν ἐστιν ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῷ κατ' ἀλήθειαν σωζομένων, δίχα τομῆς καὶ συγχύσεως μετὰ τὴν ἕνωσιν διὰ τοῦ ἀριθμοῦ ποιοῦμεν κατάδηλον, πρὸς ἀναίρεσιν τῆς Ἀπολιναρίου καὶ Εὐτυχοῦς συγχύτεως· καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἐπεὶ γινώσκομεν, διαπρυσίῳ τῇ φωνῇ τὴν μίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν νοεράν κατὰ τῆς Νεστορίου προβαλλόμεθα διαιρέσεως· ἐπίσης καὶ τὴν Ἀπολιναρίου φεύγοντες σύγχυσιν· τὴν τῶν ἑνωθέντων φυσικὴν ἀρνουμένου διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ταυτὸν τῷ Λόγῳ κατὰ φύσιν τὴν σάρκα πρεσβεύοντος διὰ τὴν ἕνωσιν· καὶ τὴν Νεστορίου διαίρεσιν, ὑποστατικὴν ἐπὶ Χριστοῦ τὴν διαφορὰν καταγγέλλοντος, καὶ τὴν σαρκὸς καθ' ὑπόστασιν πρὸς τὸν Λόγον ταυτότητα διατέμνοντος.

Severum, qui idem naturam et hypostasim (seu personam) *esse doceat, ex unione confusionem, exque distinctione divisionem facere, qua utraque, tum Trinitatis rationem in quaternitatem distrahere monstratur, tum unitatis mysterium in* **329** *duas deitates scindere, omnemque Christo essentialem exsistentiam ac veritatem blaspheme monstretur adimere.*

Ὅτι Σεήρος ταυτὸν εἶναι λέγων φύσιν καὶ ὑπόστασιν, σύγχυσιν ποιεῖ τὴν ἕνωσιν, καὶ διαίρεσιν τὴν διαφοράν· καθ' ἣν δείκνυται, τόν τε τῆς Τριάδος εἰς τετράδα προσώπων διαστέλλων τὸν λόγον· καὶ τὸ τῆς μονάδος εἰς θεοτήτων δυάδα τέμνων μυστήριον· καὶ πάσης τὸν Χριστὸν βλασφήμως ἐκβάλλων οὐσιώδους ὑπάρξεως.

Severus autem, qui idem vere ac proprie essentiam et hypostasim, naturamque et personam in divina incarnatione statuit, nec unionem inconfusam novit, tametsi eam se docere simulet; nec indivisam distinctionem expedit, quanquam hoc quoque glorietur, sed unionem quidem Apollinarii D sensu, confusionem facit; distinctionem vero, Nestorii errore, abalienationem. Nam si persona et natura idem sunt, nulla ratione ejus sententia, caro idem cum Verbo erit, aut quid ab illo distinctum. Dicendo enim velut in naturali qualitate distinctionem in Christo post unionem, ipse quoque una cum Nestorio unionem dividere invenietur, qui personalem carnis a Verbo distinctionem post unionem inducat: quod nimirum illius sententia, distinctio ut in naturali qualitate non aliter intelligi possit, quam quæ in qualitate personali exsistit, si modo idem sunt natura et persona, seu hypostasis. Necesse enim est, cum dicat distingui quasi in qualitate naturali, ut et quasi in personali

Σεήρος δὲ ταυτὸν κυρίως οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, φύσιν τε λέγων καὶ πρόσωπον ἐπὶ τῆς θείας σαρκώσεως, οὔτε τὴν ἕνωσιν οἶδεν ἀσύγχυτον, κἂν προσποιεῖται λέγειν· οὔτε τὴν διαφορὰν ἀδιαίρετον, κἂν εἰ καὶ τοῦτο κομπάζων διέξεισιν· ἀλλὰ τὴν μὲν ἕνωσιν σύγχυσιν κατὰ τὸν Ἀπολινάριον ἀπεργάζεται· τὴν δὲ διαφορὰν ἀλλοτρίωσιν κατὰ τὸν Νεστόριον. Εἰ γὰρ ταυτόν ἐστιν ὑπόστασις καὶ φύσις, οὐδενὶ τρόπῳ κατ' αὐτὸν ἡ σὰρξ ἔσται τῷ Λόγῳ ταυτὸν ἢ ἕτερον. Λέγων γὰρ τὴν ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ διαφορὰν ἐπὶ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν, Νεστορίῳ τὴν ἕνωσιν καὶ αὐτὸς συνδιαιρῶν εὑρεθήσεται, καθ' ὑπόστασιν τῆς σαρκὸς πρὸς τὸν Λόγον τὴν διαφορὰν ἐπάγων μετὰ τὴν ἕνωσιν· ὡς οὐκ ἂν ἄλλως τῆς ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ διαφορᾶς νοεῖσθαι κατ' αὐτὸν δυναμένης, ἢ ὡς ἐν ὑποστατικῇ ποιότητι διαφορᾶς, εἴπερ ταυτὸν φύσις ἐστὶν καὶ ὑπόστασις. Ἀνάγκην γὰρ ἔχει λέγων τὴν ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ διαφορὰν, καὶ τὴν ὡς ἐν ὑποστατικῇ ποιότητι προσεπάγειν διαφοράν· ἵνα δείξῃ ταυτὸν οὖσαν τῇ φύσει τὴν ὑπό-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

στασιν. Εἰ δὲ τὴν καθ' ὑπόστασιν οὐ λέγῃ [78] διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν, φοβούμενος τὴν διαίρεσιν· μηδὲ τὴν φυσικὴν λεγέτω διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν, εἴπερ ἑαυτῷ διέγνω στοιχεῖν, καὶ οὓς αὐτὸς ἑαυτῷ διωρίσατο κανόνας φυλάττειν ἐσπούδακεν· ἐπειδὴ ταυτὸν οἶδεν ἀλλήλαις, ὅρῳ τε καὶ λόγῳ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν. Εἰ δὲ κατ' ἄμφω, λέγω δὲ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν, οὐκ ἔχει διαφοράν, ὡς Σευήρῳ δοκεῖ, πρὸς τὸν Λόγον ἡ σὰρξ, ἔστω σαφῶς ἡ αὐτὴ τῷ αὐτῷ ὁμοούσιός τε καὶ ὁμοϋπόστατος κατὰ τὴν Ἀπολιναρίου ληρῳδίαν. Καὶ εἰ μὲν ὁμοούσιός ἐστι τῷ Λόγῳ ἡ σὰρξ, ἔσται καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι ὁμοούσιος, καὶ ἡ Τριὰς φανήσεται γενομένη τετράς· ἐπειδὴ τὰ ὁμοούσια τὴν καθ' ὑπόστασιν οὐκ ἐπιδέχονται πρὸς ἄλληλα σύμβασιν. Εἰ δὲ ὁμοϋπόστατός ἐστι τῷ Λόγῳ ἡ σὰρξ, ἔσται πρὸς τὸν ἑτεροούσιον. Τὰ γὰρ ὁμοϋπόστατα, τὸν πρὸς ἄλληλα τῆς οὐσίας λόγον πάντη τε καὶ πάντως διάφορον ἔχουσιν. Εἰ δὲ πρὸς τὸν Λόγον ὡς ὁμοϋπόστατος μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἑτεροούσιός ἐστιν ἡ σὰρξ, εἰς δύο φύσεις ὁ Χριστὸς τεμνόμενος εὑρεθήσεται κατὰ Σεύηρον μετὰ τὴν ἕνωσιν· εἴπερ πάντως κατ' αὐτὸν διαιρέσεως ὁ ἀριθμὸς κέκτηται δύναμιν. Οὕτω πᾶν τὸ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενον, εὐπερίτρεπτόν ἐστιν ἑαυτῷ καὶ εὐπερίπτωτον.

qualitate distinctionem adjungat, ut inde idem esse personam cum natura conficiat. Sin autem personalem distinctionem non dicat post unionem, velut qui divisionem timeat, ne naturalem quidem distinctionem post unionem dicat, siquidem sibi consentance loqui novit, ac quas sibi præstituit regulas, observare studet; quippe cum idem inter se, definitione pariter ac ratione naturam atque personam velit. Sin autem utriusque ratione (naturæ scilicet atque personæ) carnem inter ac Verbum, uti Severo placuit, non cadit distinctio; sit plane eadem ipsa illi coessentialis ejusdemque personæ, uti delirat Apollinarius. Ac siquidem caro, Verbo sit coessentialis, erit et Patri et Spiritui coessentialis: ac quæ Trinitas est, quaternitas palam evaserit; quippe cum ea, quæ ejusdem essentiæ sunt ac substantiæ, in una persona ac hypostasi non conveniant. Sin autem caro, unius cum Verbo personæ est ac hypostasis post unionem, diversæ caro ab eo essentiæ erit. Quæ enim ejusdem personæ sunt, essentiæ inter se rationem omnino prorsusque **336** distinctam habent. Sin denique caro, idcirco quod ejusdem personæ est, diversæ a Verbo exsistit essentiæ, invenietur Christus post unionem in duas scissus naturas, in sententia Severi; siquidem omnino juxta illum, ea vis numeri est, ut divisionem inducat. Sic quidquid cum veritate pugnat, ipsum se facile evertit atque impingit.

Εἰ δὲ μίαν φύσιν λέγων Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν σύνθετον, τὴν ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ δοκεῖ προσρίπτειν αὐτῇ διαφοράν· πρῶτον μὲν καθὸ φύσις σύνθετος, οὐδενὶ τῶν ὄντων ἔσται παντελῶς ὁ Χριστὸς ὁμοούσιος· εἴπερ κατ' οὐσίαν καὶ φύσιν εἷς καὶ μόνος ἐστὶν ὁ Χριστός. Φύσις γὰρ φύσει, καθὼς εἴρηται, οὐκ ἂν εἴη ποτ' ἂν παντελῶς ὁμοούσιος. Τινὶ δὲ τῶν ὄντων οὐκ ὢν ὁμοούσιος, οὔτε Θεὸς ἔσται παντελῶς ὁ αὐτὸς, οὔτε μὴν ἄνθρωπος· ἢ εἴπερ Θεὸς, ἔσται πολύθεος ὁ τοῦτο πρεσβεύων, ὡς ἀσυνθέτου μὲν φύσεως ὡς ἁπλῆς λέγων Θεὸν τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· συνθέτου δὲ φύσεως ὡς οὐχ ἁπλῆς λέγων Θεὸν τὸν Χριστὸν, καὶ δύο θεότητας καταγγέλλων δειχθήσεται· μίαν ἁπλῆν, καὶ μίαν σύνθετον.

Sin autem dicendo unam Christi naturam post unionem compositam, distinctionem velut in naturali qualitate se ei tribuere existimat: primum quidem, qua ratione natura composita, nulli prorsus rei Christus erit consubstantialis, siquidem essentialiter ac natura unus solusque Christus est. Ut enim natura naturæ consubstantialis sit, uti dictum est, nunquam omnino fiat. Cum autem nulli rei sit consubstantialis, neque omnino idem ipse Deus fuerit, sed neque homo; vel si Deus, qui id asserat, plurium deorum errore tenebitur, qui Deum Patrem et Spiritum sanctum naturæ dicat immunis a compositione, velut nimirum simplicis; Deum autem Christum, compositæ, velut non simplicis, duplicisque adeo deitatis, quarum altera simplex, altera composita sit, assertorem eum esse liquebit.

Ἔπειτα δὲ τὴν ὡς ἐν ποιότητι φυσικῇ λέγων διαφορὰν, εἰ μὲν ὑποκεῖσθαι λέγῃ [79] ταῖς διαφόροις ποιότησι τὰς φύσεις ὧν εἰσιν αἱ ποιότητες, δύο φύσεων καὶτὸ δειχθήσεται μετὰ τὴν ἕνωσιν ποιούμενος δήλωσιν· ὧν κατηγωνίσατο, συνήγορος καὶ μὴ θέλων γινόμενος. Εἰ δὲ ψιλῶν ποιοτήτων χωρὶς τῶν πραγμάτων εἶναι λέγῃ [80] τὴν διαφορὰν, τούτων λεγέτω καὶ τὴν ἕνωσιν. Ὧν γὰρ ἡ διαφορὰ μετὰ τὴν ἕνωσιν, τούτων προδήλως ἡ ἕνωσις· καὶ δι' ὀλίγων συλλαβῶν Ἐπικούρου τὸν αὐτοματισμὸν (*e*), καὶ

Præterea, dum quasi in naturali qualitate distinctionem dicit, siquidem distinctis diversisque qualitatibus naturas, quarum sunt qualitates, subjici dicit, duas et ipse post unionem naturas significasse monstrabitur; eorum vel imprudens nolensque patronus effectus, in quos dimicabat. Sin autem nudarum qualitatum, nullis reipsa substratis rebus, distinctionem esse dicit, harum quoque unionem asserat. Quorum enim distinctio est post unionem, eorum plane est et unio. Sicque paucarum sylla-

VARIÆ LECTIONES.

[78] Fr. λέγει. [79] Fr. λέγει. [80] Fr. λέγει.

NOTÆ.

(*e*) *Ἐπικούρου τὸν αὐτοματισμόν.* Sic bene cod. Venet. cum esset ἐπικυροῦται, nullo sensu. Casus ille Epicuri in eo videtur, quod corpora inter se concurrerent et confluerent, eademque

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

barum ambitu Epicuri casum, Manetisque fallacem phantasiam invexit, cui Christus non ipsis vere rebus exsistat, sed inanibus qualitatibus. Atque adeo sola Christus qualitate, non reipsa Deus erit. Immortalitas enim ac mortalitas, quarum post unionem distinctionem esse affirmat; naturarum sunt earumque affectiones, non ipsæ naturæ. Ubi enim mortalitas, non exsistente qui moriatur? aut immortalitas, deficiente natura, quam mors non attingat? At inconsulta vere res nequitia, quodque sapiens esse videatur, ingentem dementiæ vim efficere nata. Præsteique viris prudentibus 331 ac catis, adversus eos, qui ejusmodi sunt, silentium colere, quam ut et ipsi illos confutando, mysterio videantur illudere. Ac sane Severus ita sentiens de Christo, cum suis decretis placitisque commortuus est.

A Μάνεντος τὴν ἀπατηλὴν φαντασίαν εἰσήγαγε, οὐκ ὄντος αὐτῷ τοῦ Χριστοῦ κατ' ἀλήθειαν τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ ταῖς διακένοις ποιότησι· καὶ ἔσται ποιότητι μόνῃ Θεὸς ὁ Χριστὸς, καὶ οὐ πράγματι. Ἀθανασία γὰρ καὶ θνητότης, ὧν εἶναι λέγει μετὰ τὴν ἕνωσιν διαφοράν, φύσεων μὲν ὑπάρχουσιν, οὐ φύσεις δέ. Ποῦ γὰρ θνητότης, οὐκ ὄντος τοῦ θνήσκοντος, ἢ ἀθανασία, οὐκ οὔσης τῆς φύσεως ἧς οὐχ ἅπτεται θάνατος; Ἀλλ' ὄντως ἀσυλλόγιστον ἡ πονηρία, καὶ τὸ δοκεῖν εἶναι σοφὸν, μεγάλης καθίστασθαι πέφυκεν ἀνοίας δημιουργόν. Καὶ σιωπὴν ἀσπάζεσθαι πρὸς τοὺς τοιούτους μᾶλλον λυσιτελέστερον τοῖς συνετοῖς, ἢ τῷ κατ' αὐτῶν ἐλέγχῳ παίζειν νομίζεσθαι καὶ αὐτοὺς τὸ μυστήριον. Ὁ μὲν οὖν Σεήρος οὕτως ἔχων περὶ Χριστοῦ τοῖς οἰκείοις συντέθνηκε δόγμασι. B

Brevis fidei expositio, rectaque veræ Patrum confessionis defensio.

Nos autem non sic sentimus, non sic credimus, *Neque hæc est pars Jacob, ait qui dixit* [k]; sed ex duabus naturis (deitate scilicet et humanitate) ad proprium quod attinet essendi modum, perfectis, unum Christum compositum (unam scilicet ejus personam) confitentes, inconfusas mansisse, ac nec minima divisione post unionem scissas, naturas credimus. Qui enim Christum esse credamus, naturas ex quibus compositus est post unionem incolumes esse, confessi sumus. Proindeque naturalem in eo distinctionem profitemur, qua nimirum partes, ex quibus compositus est, consideramus (quod non idem per essentiam deitas ac humanitas sint) personalemque identitatem; palam enim caro idem cum Verbo personaliter est. Qui igitur realem post unionem naturarum, ex quibus Christus compositus est, distinctionem noverimus, personalem identitatem non nescimus; quippe cum Christi partes naturaliter quidem inter se distinguantur, at non ea ratione, qua ex eis ut totum persona conflatur: quod nempe partes totum complentes, totius ipsa ratione inter se prorsus non distinguantur.

Qui duas igitur naturas eumdem confiteamur, Deum pariter atque hominem eumdem ipsum professi sumus, si modo non nudas et inanes, deque nullo subjecto, appellationes in eo proferimus. Quique in duabus naturis indivise et inconfuse post unionem exsistere credamus in deitate perfectum eumdem, perfectumque eumdem in humanitate, velut totum in partibus, professi sumus. Ex quibus enim partibus compositus est, in eis et

C

D

Ἔκθεσις σύντομος μετὰ τῆς ὀρθῆς συνηγορίας τῆς ἀληθοῦς τῶν Πατέρων ὁμολογίας.

Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω φρονοῦμεν, οὐχ οὕτω πιστεύομεν, *οὐδ' αὕτη ἐστὶν ἡ μερὶς τοῦ Ἰακώβ, φησὶν ὁ εἰπών*· ἀλλ' ἐκ δύο φύσεων τελείως ἐχουσῶν κατὰ τὸν ἴδιον τοῦ εἶναι λόγον, θεότητός τέ φημι καὶ ἀνθρωπότητος, συντεθεῖσθαι τὸν ἕνα Χριστὸν, ἤγουν τὴν αὐτοῦ μίαν ὑπόστασιν ὁμολογοῦντες, ἀσυγχύτους μεμενηκέναι, καὶ τῆς οἱασοῦν δίχα τομῆς τὰς φύσεις πιστεύομεν μετὰ τὴν ἕνωσιν. Τὸν Χριστὸν γὰρ εἶναι πιστεύοντες, τὰς ἐξ ὧν συνετέθη σώζεσθαι φύσεις ὡμολογήσαμεν μετὰ τὴν ἕνωσιν. Καὶ διὰ τοῦτο φυσικὴν μὲν ἐπ' αὐτοῦ, τὰ μέρη δηλονότι σκοποῦντες ἐξ ὧν συνετέθη, διαφορὰν καταγγέλλομεν· ὅτι μὴ ταυτὸν θεότης κατ' οὐσίαν καὶ ἀνθρωπότης· ὑποστατικὴν δὲ ταυτότητα· ταυτὸν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ὑπάρχει τῷ Λόγῳ προδήλως ἡ σάρξ. Πραγματικὴν οὖν γινώσκοντες μετὰ τὴν ἕνωσιν τῶν ἐξ ὧν Χριστὸς συνετέθη φύσεων τὴν διαφορὰν, τὴν καθ' ὑπόστασιν οὐκ ἀγνοοῦμεν ταυτότητα· εἴπερ πρὸς ἄλληλα μὲν φυσικῶς διαφέροντα τὰ μέρη τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν ὡς ὅλου τοῦ ἐξ αὐτῶν συντεθέντος ὑπόστασιν οὐ διαφέρουσιν· ὅτι μὴ πέφυκε τῷ τοῦ ὅλου λόγῳ τὰ συμπληρωτικὰ μέρη τοῦ ὅλου διαφέρειν ἀλλήλων παντάπασιν.

Φύσεις μὲν οὖν δύο τὸν αὐτὸν ὁμολογήσαντες, Θεὸν ὁμοῦ τὸν αὐτὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον ἐγνωρίσαμεν· εἴπερ μὴ ψιλὰς, καὶ κατὰ μηδενὸς κειμένας ἐπ' αὐτοῦ τὰς κλήσεις προφέρομεν. Ἓν δύο δὲ φύσεσιν ἀδιαιρέτως τε καὶ ἀσυγχύτως μετὰ τὴν ἕνωσιν ὄντα πιστεύοντες, ἐν θεότητι τέλειον τὸν αὐτὸν, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον τὸν αὐτὸν κατηγγείλαμεν, ὡς ὅλον ἐν μέρεσιν. Ἐξ ὧν γὰρ συνετέθη μερῶν, ἐν αὐτοῖς ὡς ὅλον γνωρίζεται μετὰ

[k] Jerem. x, 6.

NOTÆ.

dissiparentur et diffluerent; hincque rerum generationes et excidia forent, quod præter corpora et inanitatem Epicurus aliud nihil in mundo agnosceret. Qua de re epistola ejus prima ad Herodotum. Sic velit Maximus Severianorum errore sequi, factam Incarnationem non destinata Verbi voluntate assumente naturam humanam, sibique uniente, sed fortuito quasi vel naturarum (vel magis qualitatum) concursu, quo præter casum, etiam Manetis ac reliquorum veterum hæreticorum δόκησις et phantasma, seu inane spectrum, inducitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν ἕνωσιν· ὅτι μηδ' ἄλλην ἔχει τοῦ εἶναί τε καὶ A noscitur, ut totum, post unionem; quippe cum
σώζεσθαι, καὶ κυρίως λέγεσθαι δήλωσιν ὁ Χριστὸς, Christus nullo alio modo esse et sospes esse, ve-
ἢ τὴν πρὸς τὸ εἶναι φυσικῶς μετὰ τὴν ἕνωσιν δια- requedici ac proprie intelligatur, quam quod
μονὴν τῶν ἐξ ὧν συνετέθη μερῶν. Οὐ μόνον γὰρ ἐκ partes, ex quibus compositus est, natura post
τούτων, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, καὶ κυριώτερον εἰπεῖν, unionem maneant atque consistant. Non solum
ταῦτά ἐστιν ὁ Χριστός· ἀριθμοῦμεν δὲ μετὰ τὴν enim ex his, verum etiam in his, atque (ut magis
ἕνωσιν τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, οὐ μερίζοντες, μὴ γέ- proprie 332 verius que dicam) hæc est Christus.
νοιτο, τὰς φύσεις, ἀλλὰ μόνην τῆς αὐτῶν σωζομένης Numeramus autem post unionem, ea, ex quibus est
μετὰ τὴν ἕνωσιν διαφορᾶς ποιούμενοι δήλωσιν. Christus; non ita, ut naturas dividamus; absit!
Σύνοδον δὲ καθ' ἕνωσιν φυσικὴν, ἤγουν ἀληθῆ τε καὶ sed duntaxat ut eorum distinctionem, post etiam
πραγματικὴν ὁμολογοῦμεν κατὰ τὸν ἅγιον Κύρι- unionem, incolumem, explicemus. Conjunctionem
λλον, καὶ Θεοτόκον κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν τὴν vero per naturalem factam unionem (veram scili-
παντάγιον Παρθένον προσβεύομεν· οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' cet ac realem) ex sancti Cyrilli sententia confite-
ὡς αὐτὸν τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἀῤῥήτως ἐκ mur; Deique Genitricem proprie ac vere sanctissi-
Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεννηθέντα Θεὸν Λόγον συλλαβοῦ- mam Virginem asserimus; non simpliciter ac verbo
σαν ἀληθῶς, καὶ ἀῤῥήτως ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα B tenus, sed velut quæ ipsum ante omnia sæcula
γεννήσασαν. Καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ ineffabiliter ex Deo ac Patre genitum Deum Ver-
πάθη λέγομεν, ὡς ἑνὸς ὄντος δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ bum vere conceperit, exque ea incarnatum arcana
τοῦ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐνεργοῦντος· τὰ μὲν ratione partu effuderit. Ejusdemque tum miracula,
θεῖα σαρκικῶς, ὅτι διὰ σαρκὸς φυσικῆς ἐνεργείας tum passiones dicimus; quippe quod unus Christus
οὐκ ἀπορρούσης τὴν τῶν θαυμάτων προὐβάλλετο sit, tum divina operans, tum humana: divina
δύναμιν· τὰ δ' ἀνθρώπινα θεϊκῶς, ὅτι ἑκὼν βίας quidem carnali ratione, velut scilicet qui per car-
φυσικῆς, κατ' ἐξουσίαν τὴν τῶν ἀνθρωπίνων πα- nem, quam naturalis operatio non deficeret, vim
θῶν ὕλων κατεδέχετο πεῖραν. Τοῦ αὐτοῦ τὸν στα- miraculorum proferret; humana autem divine,
υρὸν καὶ τὸν θάνατον καὶ τὴν ταφὴν καὶ τὴν ἀνάστα- quod nulla naturæ illata vi, per potentiam ac vo-
σιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν· ἐξ ὧν ἄσαρκος luntatis arbitrio humanarum sponte passionum
κατελθών, οὐ μετῆλθε τόπους ἀμείψας, ὁ μηδενὶ periculum reipsa admiserit. Ejusdem et crucem et
λόγῳ τοῖς οὖσι χωρούμενος. Πάσης γὰρ ὑπάρχει mortem et sepulturam et resurrectionem, atque in
περιγραφῆς ἐλεύθερος· ἀλλ' ἐπεφάνη διὰ σαρκὸς cœlos receptionem; unde sine carne descendens,
ὡς φύσει φιλάνθρωπος, κατὰ γέννησιν ἀληθῆ τὴν ἐκ non loca mutando transivit, qui nulla ratione capi
γυναικὸς χωρητὸς, ὡς ἠθέλησε, τοῖς ἡμετέροις γε- C a rebus possit (quippe cum ab omni circumscri-
νόμενος. Διὸ καὶ μίαν αὐτῷ καὶ σαρκωθέντι προσ- ptione immunis sit), sed apparuit per carnem tan-
άγομεν σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι τὴν προσκύνησιν. quam natura ad humanitatem propensissimus, vera
ex muliere generatione, ut voluit, factus, qui capi humanis possit. Quo fit, ut et incarnato, unam cum
Patre et Spiritu sancto adorationem adhibeamus.

Εἰ τοίνυν ψυχῇ τε καὶ στόματι Θεοτόκον κυρίως Siquidem igitur animo oreque vere ac proprie
τὴν ἁγίαν Παρθένον λέγομεν, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν Dei Genitricem sanctam Virginem dicimus, unio-
ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν, καὶ σύνοδον καθ' nemque personalem confitemur, ac per naturalem
ἕνωσιν γεγενῆσθαι λέγομεν φυσικὴν, καὶ ἕνα unionem factam copulationem asserimus, unum-
Κύριον καὶ Χριστὸν καὶ Υἱὸν, καὶ μίαν αὐτοῦ τοῦ que Dominum ac Christum Filiumque, necnon
Θεοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην προσβεύομεν· καὶ unam ipsius Dei Verbi naturam incarnatam pro-
ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, Πατρί τε καὶ Πνεύματι συμ- fitemur, atque unum ex sancta Trinitate, qui una
προσκυνούμενον καὶ συναριθμούμενον τὸν Χριστὸν cum Patre et Spiritu adoretur eisque connumere-
εἶναι πιστεύομεν, πῶς ὡς διαιροῦντες παρὰ τῶν ἀφό- tur, Christum esse credimus: quomodo velut qui
βων, καὶ πάντα ψευδῶς λέγειν τολμώντων λοιδορού- D dividamus, ab interritis, ac quidvis falso temere
μεθα, διὰ μόνην τοῦ ἀριθμοῦ φιλὴν τὴν φωνὴν, ἐπὶ effutientibus, eo duntaxat nomine cavillis impeti-
ῥόμῃ δηλώσει παρ' ἡμῶν, ὡς πολλάκις εἴρηται, τῆς mur, quod nudam numeri vocem ob hoc solum
σωζομένης διαφορᾶς τῶν φύσεων προφερομένην μετὰ proferamus (uti sæpius dictum est) ut naturarum
τὴν ἕνωσιν; Εἰ μὲν οὖν ἐξ ἀνάγκης πάντως ὁ ἀριθ- post unionem distinctionem incolumem esse signi-
μὸς τοῦ ποσοῦ τῶν πραγμάτων ποιεῖται διαίρεσιν, ficemus? Siquidem vero sic se res habet, ut neces-
δειξάτω τις τοῦτο, καὶ στέργομεν ὡς ἀληθῆ τὴν συ- sario omnino 333 numeri ratione quantitatis re-
κοφαντίαν. Εἰ δὲ μόνον ἐπηρεάζουσι διαβάλλοντες rum divisio inducatur; hoc probet aliquis, et ut ve-
τοὺς τὴν ἀλήθειαν τοῦ μυστηρίου καταγγέλλοντας πί- rum quod calumnia obtruditur, plane amplectemur.
στιν, δι' ἣν νοσοῦσι φιλοδοξίαν, αὐτοὶ δώσουσι τῷ Sin autem hoc solum agunt, ut quibus criminan-
Θεῷ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπό- tur, illis officiant, qui veram mysterii fidem pro-
στολος, ὑπὲρ ὧν εἰς κλάνην συνήρπασαν, οἵτε πεπληρωκότες τοῦ παρόντος βίου τὸν δόλιχον. Οἱ δὲ fitentur, qua gloriæ cupidine laborant, Deo ratio-
nem reddituri sunt in die judicii[1], inquit divinus

[1] Rom. XIV, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Apostolus, eorum nomine, quos secum in errorem traxerunt : qui nempe præsentis jam vitæ cursum expleverunt ; qui autem etiamnum superstites sunt, utinam Deo propitio potiantur, qui eos convertat, atque ad veritatis, quam modo impugnant, agnitionem adducat. Sic enim operæ pretium loquamur, illius mandati memores, quo pro maledicentibus ac obtrectatoribus orare jubemur [m].

A περιόντες, Θεὸν σχοῖεν αὐτοὺς μεταβάλλοντα, καὶ πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν αὐτοὺς ἄγοντα τῆς ἀληθείας, τῆς νῦν παρ' αὐτῶν πολεμουμένης. Οὕτω γὰρ συμφέρει λέγειν, διὰ τὴν κελεύουσαν ἐντολὴν ὑπερεύχεσθαι τῶν κατηρωμένων.

Hæc sane paucis ad te, serve Dei, de quibus quæsieras, disserui, ut certo scires facileque intelligeres, non sic animo me comparatum esse, uti Severi quidam gregales in vulgus spargunt ; quasi aliud ipse in mente habeam, atque aliud his, quibuscum versari contigerit, sermone proferam. Ne ita putaveris : sed sicut didici et sentio, credoque atque a Patribus accepi, sic et loquor. Atque ut B verius, magisque proprie dicam, ipsam meam mentem sensumque, verbis ceu corpore obductum, promo. Si mentior, futuræ nunquam beatitudinis gaudia nanciscar ; sed mendacii fructu, bonorum quæ repromissa sunt, jacturam faciam. Tu vero, quæso, quod propense adeo ac volente animo obsecutus sum, tuarum mihi precum repende subsidium ; quo scilicet, Christus Deus noster, vera salus timentium eum, animi sanet vulnera, vivificarum ejus pro nobis perpessionum potentia ; qui solus cum Patre et Spiritu sancto habet gloriam, in sæcula sæculorum. Amen.

Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα πρὸς σὲ κατ' ἐπιτομὴν περὶ ὧν ἠρώτησας διεξῆλθον, δοῦλε Θεοῦ, τῆς σῆς χάριν πληροφορίας · οὐκ ἄλλως μὲν ἔχων κατὰ ψυχήν, ὡς τινες τῶν Σευήρῳ χαιρόντων διαθρυλλοῦσιν · ἄλλως δὲ λαλῶν τοῖς παρατυγχάνουσι · μὴ τοῦτο νομίσῃς, ἀλλ' ὡς ἐδιδάχθην καὶ φρονῶ καὶ πιστεύω, καὶ παρὰ τῶν Πατέρων παρέλαβον, λαλῶ. Καὶ τὸ δὲ κυριώτερον εἰπεῖν, αὐτήν μου τὴν διάνοιαν προφέρω σωματουμένην τοῖς ῥήμασιν. Εἰ δὲ ψευδὴς ὁ λόγος, μὴ τύχω τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος · ἀλλὰ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν τὴν ἀλλοτρίωσιν ὡς ψεύδους καρπὸν ἀπενέγκωμαι. Σὺ δὲ τῆς εὐπειθείας ἕνεκεν τῆς ἐμῆς, ἀμείψασθαί με ταῖς εὐχαῖς καταξίωσον · ὅπως Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἡ σωτηρία τῶν φοβουμένων αὐτὸν, ἰάσηταί μου τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς τῇ δυνάμει τοῦ μυστηρίου τῶν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ ζωοποιῶν παθημάτων · ὁ μόνος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

SCHOLIA.

C

ΣΧΟΛΙΑ.

1. In definitione, inquit, eorum quæ sunt essentialiter, eadem communitas consideratur.

α'. Ἐν τῷ ὅρῳ, ἡ τῶν κατ' οὐσίαν ταυτῶν, φησὶ, θεωρεῖται κοινότης.

2. Quæ hypostasim seu personam compositam proprietates insigniunt, ejus sunt communes partium.

β'. Ὅτι τὰ χαρακτηρίζοντα τὴν σύνθετον ὑπόστασιν ἰδιώματα, φησὶ, κοινὰ τῶν αὐτῆς ὑπάρχει μερῶν.

3. Hypostasis ac personæ exacta definitio.

γ'. Ὅρος ὑποστάσεως ἀκριβής.

4. Definitio, seu descriptio τοῦ ἐνυποστάτου · ejus quod vere in persona exsistit.

δ'. Ὅρος ἤγουν ὑπογραφὴ τοῦ ἐνυποστάτου.

5. Generica distinctionis definitio.

ε'. Ὅρος διαφορᾶς γενικός.

6. Generica identitatis definitio.

ς'. Ὅρος ταυτότητος γενικός.

7. Genus appellatur quantitas, cujus significandæ vim habet numerus.

ζ'. Γένος λέγεται τὸ ποσὸν, οὗ δηλωτικός ἐστιν ὁ ἀριθμός.

8. Proprie dixit ac vere, quod inter se definitiones non mutent. Quorum enim non una definitio est, eorum nec una ratio est ; quorum autem non D una est ratio, eorum distinctus est essendi modus ; quorum autem distinctus est essendi modus, hæc per omnia non idem **334** sunt. Non ergo idem sunt natura et hypostasis (*id est persona*), quod eorum vere ac proprie non unus sit essendi modus, ratioque et definitio. Abusu ergo, et forte quantum ad aliquid, sed non proprie, natura dicatur hypostasis.

η'. Κυρίως εἶπε, διὰ τὸ μὴ μεταβάλλειν εἰς ἀλλήλους τοὺς οἰκείους ὁρισμούς. Ὧν γὰρ οὐχ εἷς ὁρισμὸς, οὐχ εἷς λόγος · ὧν δὲ οὐχ εἷς ὁ λόγος, διάφορος ὁ τοῦ εἶναι τρόπος · ὧν δὲ διάφορος ὁ τοῦ εἶναι τρόπος ἐστὶν, τούτων ἡ διὰ πάντων ταυτότης οὐκ ἔστιν. Οὐκοῦν οὐκ ἔστι ταυτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις · ὅτι μὴ κυρίως εἷς τούτων ἐστὶν ὁ τοῦ εἶναι τρόπος καὶ λόγος καὶ ὁρισμός. Καταχρηστικῶς οὖν, καὶ πρός τι τυχὸν, ἀλλ' οὐ κυρίως λεχθήσεται ὑπόστασις.

XVI. — *Ejusdem ad eumdem.*

Multis me doloris vulneribus affectum, eorum nomine quæ malevolorum calumnia, nulloque loco Domini timorem ducentium, strenuo virtutum cu-

ΙϚ'. — *Τοῦ αὐτοῦ, πρὸς τὸν αὐτόν.*

Πολλαῖς με λύπης καταικιζόμενον μάστιξιν ἐπὶ τοῖς συμβᾶσιν ἐκ συκοφαντίας τῶν μὴ φοβουμένων τὸν Κύριον, τῷ γενναίῳ τῶν ἀρετῶν φύλακι κυρίῳ

[m] Matth. v, 44 ; Luc. vi, 28.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Γεωργίῳ, φθάσαν παρεμυθήσατο τὸ γράμμα σου τὸ ἱερὸν, ὅσιε Πάτερ · τοῦτο μὲν, τῆς ποθουμένης σου πᾶσιν ὑγείας εὐαγγέλια φέρον · τοῦτο δὲ, τῆς εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν ἡμῶν Θεὸν ὀρθῆς ὁμολογίας μηνύον τὸ βάσιμον. Ὅπερ παθημάτων δοκιμασίᾳ βεβαιωθὲν, πρὸς ἀτρεψίαν σοι μετεποιήθη, παρ' οὐδὲν θεμένῳ τῆς παρούσης ζωῆς τὴν δυσημερίαν, ἧς πάλαι τὴν εὐημερίαν ἔχων εὐκαταφρόνητον, πρὸς μόνα τὰ ἐλπιζόμενα τῆς ψυχῆς ὅλον τὸν πόθον μεθώρμισας · ὄντινα πίστις καὶ ἀγαθὴ πέφυκε χαρακτηρίζειν συνείδησις · ἡ μὲν τὸν εὐσεβῆ φυλάττουσα λόγον, μηδενὶ τρόπῳ ψεύδους δόξης χραινόμενον · ἡ δὲ, τὸν θεάρεστον δημιουργοῦσα βίον, τῇ τηρήσει τῶν ἐντολῶν κατορθούμενον. Ἀμφοτέρων γὰρ, λόγου τέ φημι καὶ βίου χρεία, τῷ προτιμᾶν ἐσπουδακότι πάντων τὴν τῆς σοφίας συμβίωσιν · ἵνα καὶ τὸ μυστήριον τῆς ὑπὲρ ἡμῶν διὰ σαρκὸς τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀτρέπτου κενώσεως, εὐσεβῶς καταγγέλλωμεν · ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν κατ' ἀλήθειαν Θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον · τὸ μὲν ἀναιτίως ὄντα δι' ἑαυτὸν, τὸ δὲ δι' ἡμᾶς γενόμενον ὕστερον. Οὔθ' ὅπερ ἦν, δι' ὅπερ γέγονεν ἀποθέμενον· ἄτρεπτος γάρ. Οὔθ' ὅπερ γέγονε δι' ὅπερ ἦν ἀπαρνούμενον · φιλάνθρωπος γάρ. Αὐτῷ γὰρ μόνῳ κυρίως ὄντι περιουσίᾳ δυνάμεως γενέσθαι δυνατὸν ἦν δίχα τροπῆς ἀσυγχύτως ὅπερ οὐκ ἦν, καὶ ἄμφω εἶναι κυρίως ὅπερ ἦν τε καὶ γέγονε · τὸ [81] κατ' ἄκρον τῆς οἰκείας ὑποστατικῆς μονάδος ἑνικῷ μὴ δεχομένῃ [82] διαίρεσιν, διὰ τὴν φυσικῶς σωζομένην ἐν αὐτῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν τῶν ἐξ ὧν συνετέθη διαφοράν : εἴπερ σαρκὶ νοερῶς ἐψυχωμένῃ καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεὶς, τοῖς μὲν θαύμασιν ὅπερ ἦν ἀτρέπτως μένων ἐδείκνυτο · τοῖς δὲ παθήμασιν ὅπερ γέγονεν ἀναλλοιώτως σώζων ἐφαίνετο · καὶ δι' ἀμφοτέρων, θαυμάτων τε λέγω καὶ παθημάτων, τήν τε τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσιν, καὶ τὴν τῆς θεώσεως ἡμῖν ἐδωρήσατο χάριν. Καὶ τιμήσωμεν ἀναστροφῇ βίου κατηγλαϊσμένου ταῖς ἐντολαῖς τὴν κλῆσιν τῆς χάριτος, ὑπ' οὐδεμιᾶς ἡδονῆς, ἢ τῆς οἰασοῦν ὀδύνης καθ' ὁτιοῦν δονούμενοι · καὶ δείξωμεν δι' ὧν ποιοῦμεν ἢ πάσχομεν, ὅτι μόνου Θεοῦ *τοῦ ὑπὲρ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν λύτρον* τε καὶ ἀντάλλαγμα περιεχόμεθα, πᾶσαν αὐτῷ πιστεύσαντες ἡμῶν τὴν ζωὴν, τὴν παροῦσάν τε καὶ τὴν μέλλουσαν · ὡς ἐξ *αὐτοῦ* τῷ τῆς παραγωγῆς ὄντες λόγῳ, καὶ *δι' αὐτοῦ* τῷ τῆς ἀγωγῆς ὑπάρχοντες τρόπῳ · καὶ *εἰς αὐτὸν* τῷ κατὰ τὴν χάριν μυστηρίῳ τῆς ἐλπιζομένης θεώσεως λήξοντες · καὶ τὸ ἀεὶ εὖ εἶναι, διὰ τοῦ νῦν φεῦ εἶναι δοκοῦντος, ἀπολάβωμεν, δείξαντες ἡμῶν, δι' ὧν πάσχομεν, τὴν περὶ Θεὸν κεκρυμμένην διάθεσιν, μηδενὶ τρόπῳ τῶν συμπιπτόντων ἡμῖν ἀλγεινῶν ἀλλοιουμένην.

stodi domino Georgio acciderunt, commodum recreavit, accepta, Pater sancte, sacra, quam scripsisti, epistola; partim quidem, quod exoptatæ omnibus valetudinis tuæ nuntium auspicato afferret; partim vero, quod rectæ confessionis in Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum constantiam roburque animi significaret : quod nempe laborum cruciatuumque probatione firmatum, immutabilem tranquillissimæ mentis habitum reddidisti, vitæ præsentis nihil miseriam ducens, cujus olim spreta felicitate, ad ea solum quæ in spe reposita sunt, animi totum desiderium convertisti : cujus fides, bonaque conscientia notæ propriæ esse habent atque insigne : altera quidem, doctrinam quæ ex pietate est, nullo falsæ opinionis modo contaminatam servans; altera vero, vitam, quæ mandatorum observatione præstatur, Deo acceptam efficiens. Ambobus enim (doctrina scilicet et vitæ disciplina) opus habeat, cui constitutum, ut sapientiæ convictum rebus omnibus anteponat : quo nimirum, tum mysterium, quo se nostri causa per carnem citra ullam mutationem universorum Deus exinanivit, pie profiteamur; Christum scilicet vere Deum simul et hominem confitentes : quorum primum nullius causa, sui ipsius gratia sit; alterum postmodum nostri causa effectus sit, ut neque id quod erat, ejus causa quod factus est, amiserit (quippe cum sit immutabilis), neque id quod factus est ratione ejus quod erat, abdicaverit; quippe qui humanissimus ac benignissimus sit. Ei enim qui solus vere ac proprie sit, potentiæ abundantia concessum erat, ut citra omnem inconfuse mutationem fieret, quod non erat; vereque ac proprie utrumque maneret, tum nempe quod erat, tum quod factus est. Qui nimirum **335** personalis suæ unitatis summa singularitate nullam divisionem admittat, idcirco quod eorum, ex quibus compositus est, distinctio post unionem in ipso natura incolumis manet : quippe cum carni intelligentium more animatæ personaliter unitus, ex miraculis, id quod erat citra omnem mutationem manere, ostenderetur; exque perpessionibus ærumnisque ac cruciamentis, id quod factus erat illæsum servare cerneretur; atque ambobus (tum nempe miraculis, tum perpessionibus ac malis) et peccatum sustulerit, et deificationis nobis munus impartierit. Tum vero vitæ conversatione mandatorum præclare observantia fulgente, vocationis gratiæ honorem habeamus, qui nullius voluptatis lenocinio, nullaque doloris acerbitate, quidquam quatiamur; atque his quæ agimus, aut quæ mala sustinemus, soli nos, Deo adhærere, *Qui dedit semetipsum redemptionem pro nobis* [n], ostendamus : qui nempe quidquid nobis vitæ est, tum præsenti ævo, tum et futuro, ei crediderimus; ut qui *ex illo* [o], qua ratione edidit in rerum naturam; *et per illum* [p], disciplinæ modo ac institutionis, simus; *inque illum* [q], ejus quam speramus deificationis mysterio, desinamus ac con-

[n] I Tim. II, 6. [o] Rom. XI, 36. [p] ibid. [q] ibid.

VARIORUM NOTÆ.

[81] Ισ. τῷ. [82] Ισ. δεχομένῳ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quiescamus. Qui denique præsentis vitæ existimatis miseriis ac malis, perennis ævi felicitatem recipiamus; dum malis quæ patimur ac sustinemus, occultam erga Deum nullis adversorum casuum molestiis fatiscentem, animi affectionem ostenderimus.

Ne ergo deficiamus in tribulationibus [r], venerande Pater, quos non lateat tribulationem patientiam operari; patientiam autem, probationem; probationem vero, spem; spem autem, non confundere [s]: quæ firmam habeat, eorum nomine quæ perpetimur, æternorum bonorum beatam possessionem ac dulcedinem; sed quæ accidunt mala, generoso animi proposito feramus, respicientes in auctorem salutis nostræ Jesum [t], qui Deus verus cum esset, sponte pro nobis suscepit mortem; ut crucialibus affecti, gaudeamus, qui per mortem, ad resurrectionem vitæ insolubilis fermentati, facti ei simus complantati [u]. Id enim nobis divina lege indicitur, ejusque propensioris consilii ea ratio est, ut bene facientes injuste patiamur, velut Christi discipuli, ad damnationem peccati; ejus nimirum, quod spiritalis serpens (seducendo **336** auctor homini factus [v], ut divinum transgrederetur mandatum [x], ac temporanea bona æternis præhaberet) superinduxit; cujus calcandi facta nobis potestas est [y], dum mandatorum observatione custodientem nos gratiam tutam ipsi custodiamus: quæ nimirum observatio, nonnisi carnis afflictatione, tum sponte assumpta, tum illata aliena vi, his qui Dominum metuunt, prudenti rationis judicio præstatur. In quem cum omne animi desiderium defixeris, vitæ ærumnas ac molestias, Pater sancte, non persentiscis: cui nempe ævi præsentis molestiarum victrix, bonorum in spe repositorum præsto jucunditas sit; quorum utinam omnes potiamur, Christo magno Deo ac Salvatore nostro [z], qua novit ipse ratione, hæc nobis, pro eo, ac cujusque merita ferunt, distribuente, intercessione intemeratæ sanctissimæque ejus Matris semper virginis, et omnium sanctorum. Amen.

A Μὴ τοίνυν ἐκκακήσωμεν ἐν ταῖς θλίψεσι, τίμιε Πάτερ, εἰδότες ὡς ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, βεβαίαν ἔχουσα τὴν ὑπὲρ ὧν πάσχομεν αἰωνίων ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν· ἀλλὰ γενναίως ἐνέγκωμεν τὰ συμβαίνοντα, πρὸς τὸν ἀρχηγὸν ἀφορῶντες τῆς σωτηρίας ἡμῶν Ἰησοῦν· ὃς Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θέλων κατεδέξατο θάνατον· ἵνα πάσχοντες χαίρωμεν, σύμφυτοι αὐτῷ γινόμενοι διὰ θανάτου πρὸς ἀνάστασιν ζυμούμενοι ζωῆς ἀκαταλύτου. Ἐπειδὴ θείου νόμου καθέστηκε βούλησις, καλοποιοῦντας ἡμᾶς πάσχειν ἀδίκως, ὡς Χριστοῦ μαθητὰς εἰς τὴν τῆς ἁμαρτίας κατάκρισιν· ἣν δι' ἀπάτης ὁ νοητὸς ὄφις παραδῦναι τὴν θείαν ἐντολὴν, καὶ τῶν αἰωνίων προτιμῆσαι τὰ πρόσκαιρα B παρεπείσας τὸν ἄνθρωπον, ἐπεισήγαγεν· ὃν πατεῖν ἐξουσίαν ἐλάβομεν, τὴν φυλάττουσαν χάριν φυλάττοντες τῇ τηρήσει τῶν ἐντολῶν φρουρουμένην· ἧτις μόνη κακοπαθείᾳ σαρκὸς ἑκουσίῳ τε καὶ ἀκουσίῳ, συλλογισμῷ σώφρονι κατορθοῦται τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον. Ὧ πᾶσαν προσηλώσας σου τὴν ἐπιθυμίαν, οὐκ αἰσθάνῃ τῶν θλιβερῶν, ὅσιε Πάτερ· νικῶσαν ἔχων τὴν παροῦσαν θλῖψιν, τὴν χαρὰν τῶν ἐλπιζομένων· ἣν τύχοιμεν ἅπαντες, Χριστοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ταῦτα, καθὼς εἶδεν, ἡμῖν ὡς ἕκαστος ἄξιός ἐστι διανέμοντος· τῇ πρεσβείᾳ τῆς ἀχράντου καὶ παναγίας αὐτοῦ Μητρὸς ἀειπαρθένου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

[r] Ephes. III, 13. [s] Rom. V, 3-5. [t] Hebr. II, 10. [u] Rom. VI, 5. [v] Hebr. V, 16. [x] Gen. III. [y] Luc. X, 19. [z] Tit. II, 13.

XVII. — *Ejusdem ad Julianum scholasticum Alexandrinum, de ecclesiastico dogmate quod attinet ad Dominicam incarnationem.*

Ingenti gaudio ac lætitia spiritali, me humilem ac peccatorem, unaque mecum universam, ut sic loquar, sanctam Dei catholicam Ecclesiam, venerabilis Deo charissimi ejusque præsidio tuti, domini mei epistola, implevit: quæ, fausto nuntio et auspicato, firmum nobis et immobilem, ipsius pariter, ac cum eo domini mei hericque sapientissimi scholastici Christopempti, animum, ad rectam quod attinet, piamque ac salutarem Christi veri Dei nostri fidei confessionem, significavit: qui idcirco homo factus est, ut in se ipse humanum genus colligeret, ac a motu, quo in se male fertur, seu potius adversum se tumultuatur ac scinditur, nullaque potitur quiete (qua circa res singulas animi instabilitate ac erratice jactatur) cohiberet. Quamobrem omnes Deo pro vobis gratias agentes, venerabilissimi, tametsi peccatores sumus, sine intermissione oramus ac petimus, ut in omne tempus

C IΖ. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰουλιανὸν Σχολαστικὸν Ἀλεξανδρέα, περὶ τοῦ κατὰ τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου ἐκκλησιαστικοῦ δόγματος.*

Χαρᾶς μεγάλης καὶ εὐφροσύνης πνευματικῆς ἐνέπλησέ με τὸν ταπεινὸν καὶ ἁμαρτωλὸν, καὶ σὺν ἐμοὶ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ καθολικὴν Ἐκκλησίαν, τὸ τίμιον τοῦ θεοφυλάκτου μου δεσπότου γράμμα, κομίσαν ἡμῖν εὐαγγέλια τῆς στερρᾶς καὶ ἀμεταθέτου γνώμης, αὐτοῦ τε καὶ τοῦ σὺν αὐτῷ δεσπότου μου κυρίου Χριστοπέμπτου τοῦ σοφωτάτου Σχολαστικοῦ, περὶ τὴν ὀρθὴν καὶ εὐσεβῆ καὶ σωτήριον ὁμολογίαν τῆς κατὰ Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν ἡμῶν Θεὸν πίστεως· τὸν διὰ τοῦτο γενόμενον D ἄνθρωπον, ἵνα τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων πρὸς ἑαυτὸν συναγάγῃ, καὶ στήσῃ τοῦ φέρεσθαι κακῶς πρὸς ἑαυτὴν, μᾶλλον δὲ καθ' ἑαυτῆς στασιάζουσάν τε καὶ μεμερισμένην, καὶ μηδεμίαν ἔχουσαν στάσιν, διὰ τὴν περὶ ἕκαστον τῆς γνώμης ἀστάθμητον κίνησιν. Διὸ πάντες εὐχαριστοῦντες ὑφ' ὑμῖν τῷ Θεῷ, τιμιώτατοι, δεήσεις ἀπαύστως ποιούμεθα, κἂν ἁμαρτωλοὶ τυγχάνωμεν, συντηρῆσαι ὑμᾶς ἀκλονήτως τε

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ἀσείστως εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον τὴν σωτήριον τῆς πίστεως ὁμολογίαν· πιστεύοντας ὅτιπερ ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸς καὶ Λόγος ἐξ ἀνθρώπων, ὑπὲρ ἀνθρώπων, κατὰ ἀνθρώπους χωρὶς ἁμαρτίας ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος, οὐκ ἐτράπη τοῦ Θεὸς εἶναι καὶ γενόμενος ἄνθρωπος· οὔτε μὴν τοῦ ἄνθρωπος ἀληθῶς εἶναι μεμείωται, μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἀεὶ ἔσται κατὰ φύσιν Θεός· ἀλλὰ Θεὸς ὑπάρχων κατ' οὐσίαν καὶ φύσιν δι' ἑαυτὸν, ἀτρέπτως κατ' οἰκονομίαν δι' ἡμᾶς ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος, κατὰ πρόσληψιν δηλονότι σαρκὸς, νοεράν τε καὶ λογικὴν ἐχούσης ψυχήν. Διὸ καὶ Θεὸς φύσει καὶ ἀληθῶς ὁ αὐτὸς, καὶ ἄνθρωπος φύσει καὶ ἀληθῶς ὁ αὐτὸς ὃς τοῦτο κἀκεῖνο κατ' ἀλήθειαν ἀνελλιπῶς ὁ αὐτὸς ὑπάρχων· ἅτε δή τινος τῶν ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως, ἤγουν τελείας ἐνανθρωπήσεως πρὸς ἕνωσιν τὴν καθ' ὑπόστασιν συνενηνεγμένων φύσεων, μηδαμῶς ἑαυτὴν ἠρνημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, ἀλλὰ φυλαττούσης τὸν ἑαυτῆς οὐσιώδη λόγον τε καὶ ὅρον, ἤτοι τὴν φυσικὴν ἰδιότητα πρὸς τὴν ἑτέραν ἀσύγχυτον καὶ ἀμετάβλητον μετὰ τὴν ἕνωσιν. Οὔτε γὰρ ἀναιρεῖ τὴν διαφορὰν τῶν εἰς μίαν ὑπόστασιν συνενηνεγμένων ἡ ἕνωσις· ἀλλὰ τὴν εἰς ἀμφοτέρους αὐτῶν παντελῶς ἐξωθεῖται διαίρεσιν.

A inconcusse ac immobili firmitate, salutarem fidei confessionem teneatis; qui nempe Dei ac Patris Filium et **337** Verbum ex hominibus, pro hominibus, hominum more iisque similem absque peccato vere factum hominem, nihil ab eo quod Deus erat mutatum, tametsi homo factus est, credatis, at neque quin vere homo esset jacturam passum, detritaque in eo hominis natura, quod id massæ erit quod erat, estque ac semper erit, Deus scilicet natura: sed cum Deus essentialiter ac natura esset, sui ipsum ratione ac gratia, immutabiliter secundum dispensationem nostri causa vere hominem factum esse; carnis scilicet assumptione, quæ anima intelligente ac utente ratione prædita esset. Idcirco etiam eumdem natura ac vere Deum, eumdemque ipsum natura vereque hominem; uti utrumque vere, ut et nihil desit, eumdem ipsum exsistentem: quod neutra naturarum, ad mysterium Incarnationis (id est, quo is perfecte hominem induit) personali unione consertarum, unionis causa ullo prorsus modo ipsa abolita sit, sed essentialem suam rationem definitionemque (naturalem scilicet proprietatem) inconfusam incommutabilemque cum altera servet post etiam unionem. Non enim unio eorum quæ in unam personam coiverunt, distinctionem perimit; sed eorum prorsus seorsim exsistentiam divisionemque excludit.

B

Σωζομένων οὖν ἀμειώτως ἐν Χριστῷ κατὰ φύσιν τῶν ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν· πῶς οὐκ ἔστι δίκαιον ὁμολογεῖσθαι τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν; κατά τινας μὴ συνορῶντας ὡς ἐπισφαλές ἐστι καὶ ἐπικίνδυνον, καὶ εἰς ψυχὴν πᾶσαν ἔχον ζημίαν, τὸ πρὸς τὰ δῆλα μάχεσθαι, καὶ τὴν οὖσάν ἀρνεῖσθαι προδήλως; ἀλήθειαν· καὶ μόνων ἐκείνων ἴδιον εἶναι τῶν ἀνάστασιν καὶ κρίσιν τὸ παράπαν μὴ προσδοκώντων. Ἐπεὶ τίνι καταφανὴς οὐκ ἔστι καὶ ἐπίδηλος ὁ τῆς ἀληθείας λόγος, ὡς ἁπλοῦς καὶ ἀπέριττος, καὶ μηδὲν ἔχων γραφῶδες τὸ σύνολον; Εἰ γὰρ Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ Χριστὸς πράγματι καὶ ἀληθείᾳ μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ οὐχὶ μόνον κλήσει καὶ προσηγορίᾳ Θεὸς λέγοιτο εἶναι καὶ ἄνθρωπος· δῆλόν ἐστιν ὡς ὁ λέγων τε καὶ φρονῶν τὸν Χριστὸν Θεόν τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἀληθῶς εἶναι συνωμολόγησε τοῖς ὀνόμασι τὰς φύσεις ὧν εἰσι τὰ ὀνόματα· εἴπερ μὴ ψιλὰς ἐπὶ Χριστοῦ τὰς προσηγορίας κεῖσθαι φρονεῖ, καὶ παντελῶς πραγμάτων ἐρήμους. Τί μὲν οὖν ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ Ἐκκλησία τῶν ἀτόπων πέπραχεν, εἰ τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς ἐν Χριστῷ καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον σώζεσθαι λέγοι κατὰ φύσιν ἀσυγχύτως τε καὶ ἀδιαιρέτως καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν; Τί δὲ τῆς τῶν ἁγίων Πατέρων διδασκαλίας ἀλλότριον πεφρόνηκεν, εἰ μήτε τὴν θείαν τοῦ Λόγου φύσιν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς τετράφθαι φύσιν· μήτε τὴν αὐτῆς τῆς σαρκὸς φύσιν εἰς τὴν τοῦ Λόγου φύσιν μεταπεφοιτηκέναι δοξάζει διὰ τὴν ἕνωσιν, φρονεῖν τε καὶ λέγειν διδάσκει τοὺς πιστοὺς μετὰ τὴν ἕνωσιν; Τί δὲ μᾶλλον οὐ βεβαιοῖ τῆς πατρικῆς παραδόσεως οὕτω φρονεῖν ἐκδιδάσκουσα, καὶ ἕνα Κύριον ὁμολογοῦσα καὶ ἕνα Χριστὸν, καὶ ἕνα Υἱὸν τὸν αὐτὸν, καὶ μίαν αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ

Cum igitur in Christo, ea ex quibus est Christus, post etiam unionem nihil ipsa læsa, natura incolumia exstent; quomodo non æquum ac justum, ut et post unionem ea, ex quibus est Christus, confiteamur? uti nonnulli existimant, nempe non intelligentes, rem male tutam plenamque periculi esse, ac quæ omni perniciem animæ afferat; manifestis pugnare, ipsamque explorate certam veritatem negare; nec aliorum prorsus istud esse, quam eorum qui resurrectionem ac judicium prorsus non exspectent. Nam alioqui cui non perspicua ac manifesta veritatis doctrina, velut ipsa simplex nihilque superflua, ac quæ nihil perplexum aut obscurius habeat? Nam, si Christus reipsa ac veritate post unionem Deus est et homo, et non sola nuncupatione ac voce tenus Deus et homo dicitur, palam est, fore, ut qui Christum post unionem Deum simul et hominem dicat atque sentiat, vere etiam naturas, quarum sunt nomina, una cum nominibus esse confiteatur, nisi forte in Christo nudas solum appellationes velit, **338** ac rebus prorsus destitutas. Quid enimvero sancta Dei Ecclesia catholica absurdi fecit, quod ea ex quibus est Christus, in Christo secundum unionem indivulsam natura incolumia inconfuse ac indivise, post etiam unionem dixerit? Quid vero a sanctorum Patrum doctrina alienum sensit; quod neque divinam Verbi naturam in carnis naturam versam esse, nec carnis ipsius naturam in Verbi naturam vi unionis commigrasse post unionem existimat, et ut fideles sic sentiant ac dicant, magistra auctorque exsistit? Quinimo, quam Patrum traditionem, sic sentire docens, non potius statuit; quæ unum Dominum unumque Chri-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

stum confiteatur, unum eumdemque Filium; unam ipsius Dei Verbi naturam incarnatam; carne ejusmodi, quæ anima rationali ac intelligente prædita sit; eodem ipso sensu, quo sanctus beatusque Pater noster Cyrillus, eam vocem exponit. Qua nimirum voce, *incarnatam*, quod nostræ essentiæ est ac naturæ importari intelligat ac significari, nec carnis Verbi ob unionem naturam neget. Quæ enim natura inconfuse immutabiliterque ac indivise indivulsa unione nulla prorsus labe in Christo post etiam unionem incolumia sunt, omnino etiam maxime doceat sitque æquissimum, ut post unionem ea confiteamur. Veræ enim fidei proprium est, hoc confiteri, quod sentire didicimus. Siquidem igitur ea, ex quibus est Christus, post unionem natura incolumia sunt, omnino etiam æquum est ut in Christo post unionem illa sentiamus. Sin vero æquum est, ut in Christo ea, ex quibus est Christus, post unionem incoluuia esse sentiamus, longe etiam potius æquissimum convenientissimumque sit, ac cunctis qui salutis cura afficiantur consultissimum, ut illa confiteantur; quippe cum veræ fidei demonstratio, ejus sit, ita ut nihil desit, plenaque confessio. Atque hæc quidem hactenus. Neque enim plura loqui necesse est, qui ad vos habeam sermonem; viros scilicet ejusmodi, quos, gratia duce, nihil lateat eorum, quæ spectant ad rectam Christi fidem.

De quibus autem scripsistis, omnium mihi colendissimi, retuli benedicto servo Dei laudatissimo præfecto, datis etiam ei venerabilibus vestris syllabis: qui et prompto animo impleturum se pollicitus est, quidquid a vobis injunctum **339** sit. Nullumque finem in memoriam revocandi facio, donec, reipsa, id quod jubetis omnino præstiterit. Dominus autem ac Deus universorum atque Salvator Jesus Christus, qui pro nobis sponte mortem suscepit, suoque nos sanguine de potestate tenebrarum redemit [a], atque novum mandatum, ut nos tantum diligamus, quantum et dilecti sumus, dedit [b]; ipse teneat manum dexteram vestram et deducat vos in omne opus bonum [c], dirigatque pios gressus vestros; portans vos in plenitudine frugum justitiæ in admirabilem sui tabernaculi locum, ubi habitatio est omnium lætantium [d].

A Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, σαρκὶ ψυχὴν ἐχούσῃ τὴν λογικήν τε καὶ νοεράν κατὰ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου Πατρὸς, ἡμῶν Κυρίλλου τὴν φωνὴν ἐκλαμβάνουσα· διὰ τοῦ *σεσαρκωμένην* λέγειν, τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας εἰσκομίζεσθαι νοοῦσα τὴν δήλωσιν, καὶ μὴ ἀρνουμένη τῆς σαρκὸς τοῦ Λόγου τὴν φύσιν διὰ τὴν ἕνωσιν; Τὰ γὰρ σωζόμενα κατὰ φύσιν ἀσυγχύτως τε καὶ ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον ἐν Χριστῷ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν χωρὶς τῆς οἱασοῦν μειώσεως, πάντως καὶ ὁμολογεῖσθαι πρεπωδέστατόν ἐστι καὶ δικαιότατον μετὰ τὴν ἕνωσιν. Ἀληθοῦς γὰρ πίστεως καθέστηκεν ἴδιον, ὁμολογεῖν ὅπερ φρονεῖν ἐδιδάχθημεν. Εἰ τοίνυν σώζεται κατὰ φύσιν τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ φρονεῖν αὐτὰ πάντως εἶναι δίκαιόν B ἐστιν ἐν Χριστῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν. Εἰ δὲ φρονεῖν σώζεσθαι τὰ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς δίκαιόν ἐστι μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ ὁμολογεῖν αὐτὰ πολλῷ μᾶλλον ἂν εἴη δικαιότατόν τε ὁμοῦ καὶ πρεπωδέστατον, καὶ πᾶσι τοῖς σωτηρίας φροντίζουσι σποδδαιότατον· εἴπερ ἔνδειξις πίστεως καθέστηκεν ἀληθοῦς, ἡ κατ' αὐτὴν ἀνελλιπὴς ὁμολογία. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων. Οὔτε γὰρ πλείονα λέγειν ἀνάγκη, πρὸς ὑμᾶς γε ποιούμενον τὸν λόγον, καὶ τοὺς μηδὲν διὰ τῆς χάριτος τῶν εἰς τὴν ὀρθὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν ὁρώντων ἀγνοοῦντας.

Περὶ δὲ ὧν γεγράφατέ μοι, πάντων μοι τιμιώτατοι, ἀνήγαγον τῷ εὐλογημένῳ δούλῳ τοῦ Θεοῦ, τῷ C πανευφήμῳ ἐπάρχῳ, δοὺς αὐτῷ καὶ τὰς τιμίας ὑμῶν συλλαβάς· καὶ ὑπέσχετο προθύμως πᾶσαν ὑμῶν πληρῶσαι κέλευσιν. Καὶ οὐ παύομαι ὑπομιμνήσκων αὐτὸν, ἕως ἂν πάντως εἰς πέρας ἀγάγοι τὴν ὑμετέραν κέλευσιν. Ὁ Κύριος δὲ καὶ Θεὸς τῶν ὅλων καὶ Σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἑκουσίως καταδεξάμενος θάνατον, καὶ τῷ οἰκείῳ αἵματι λυτρωσάμενος ἡμᾶς τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ δοὺς ἡμῖν τὴν ἐντολὴν καινὴν ἐν τῷ τοσοῦτον ἡμᾶς ἀλλήλους ἀγαπᾷν, ὅσον καὶ ἠγαπήμεθα· αὐτὸς κρατήσαι τῆς χειρὸς ὑμῶν τῆς δεξιᾶς, καὶ ὁδηγήσαι ὑμᾶς εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καὶ κατευθύναι ὑμῶν τὰ κατ' αὐτὸν διαβήματα· φέρων ὑμᾶς ἐν πληρώματι καρπῶν δικαιοσύνης εἰς τὸν θαυμαστὸν τόπον τῆς D σκηνῆς αὐτοῦ, ἔνθα πάντων εὐφραινομένων ἡ κατοικία.

XVIII. — *Ejusdem, ex persona Georgii laudatissimi præfecti Africæ, ad moniales quæ Alexandriæ a catholica fide discesserant.*

Sane quidem ego vere reipsa probe constantiitas rebar, animique gressus a recta piaque inculpatæ ac inoffensæ Christi fidei confessione pariter atque spe, immobiles habere, Dei gratiam, quæ vocaverat, reveritas, vivoque et integro et inculpato sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ corpori so-

IH'. — *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ προσώπου Γεωργίου τοῦ πανευφήμου ἐπάρχου Ἀφρικῆς, πρὸς ἀσκητρίας ἀποστάσας τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.*

Ἐγὼ μὲν ᾤμην ὑμᾶς ὡς ἀληθῶς ἐστηρίχθαι καλῶς, καὶ ἀμεταθέτους ἔχειν τὰς τῆς ψυχῆς βάσεις ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀμώμητον καὶ ἄπταιστον πίστιν τοῦ Χριστοῦ ὀρθῆς καὶ εὐσεβοῦς ὁμολογίας τε καὶ ἐλπίδος, τὴν καλέσασαν ὑμᾶς τοῦ Θεοῦ χάριν αἰδουμένας, καὶ τῷ ζῶντι καὶ ἀρτίῳ καὶ ἀμωμήτῳ σώ-

[a] Coloss. I, 13. [b] Joan. XIII, 34. [c] Psal. LXXII, 24. [d] Psal. LXXXVI, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ματι τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἐνώσασαν· καὶ ἤδη καταρρυείσας φθινάδι νόσῳ πλάνης τε καὶ ἀγνοίας ῥώσασαν, καὶ μέλος εὔχρηστον τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας σώματος ποιησαμένην· καθ' ἣν ὁ εὐσεβὴς, καὶ ὀρθὸς καὶ ἀληθὴς καὶ σωτήριος τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ἀκμάζων κηρύττεται λόγος, πᾶσαν ἐντὸς ἑαυτοῦ ποιούμενος τὴν ὑπ' οὐρανόν· καὶ τὸ λεῖπον ἀεὶ τῷ ἤδη συνειλημμένῳ προσάγων καὶ προστιθέμενος· καὶ μίαν ἁπάντων τῶν ἀπὸ περάτων τῆς γῆς ἕως τῶν περάτων αὐτῆς, καὶ ψυχὴν καὶ γλῶσσαν εἶναι δεικνὺς τῷ πνεύματι κατὰ τὴν ὁμόνοιαν καὶ ὁμοφωνίαν τῆς πίστεως· ἣν ἀῤῥήτως ἐξ ἀνθρώπων, ὑπὲρ ἀνθρώπων, κατ' ἀνθρώπους ἀληθῶς προσλήψει σαρκὸς ψυχὴν ἐχούσης λογικήν τε καὶ νοεράν, καὶ οὐ τροπῇ θεότητος ἄνθρωπος γενόμενος, δηλονότι χωρὶς ἁμαρτίας, ὁ τῶν ἀνθρώπων δημιουργὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξεν ὁμολογεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι, μηδεμίαν αὐτοῦ καθάπαξ ἀρνουμένους φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἤγουν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν· μήτε τὴν θείαν, καθ' ἣν Θεὸς ἀεί τε δι' ἑαυτὸν καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος ἔστι τε καὶ διαμένει· μήτε τὴν ἀνθρωπίνην, καθ' ἣν ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἀληθῶς δι' ἡμᾶς γέγονεν, ὡς φιλάνθρωπος, καὶ ἡμῖν ἐστιν ὁμοούσιος. Οὔτε γὰρ ἐτράπη τοῦ ὅπερ ἦν τε καὶ ἔστιν, καὶ εἰς ἀεὶ ἔσται κατὰ φύσιν Θεός· οὔτε μὴν τοῦ ὅπερ γέγονεν ἄνθρωπος καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον σαρκὸς ἐψυχωμένης τὴν φύσιν μετέβαλεν, εἷς ὢν καὶ ὁ αὐτὸς Θεός τε καὶ ἄνθρωπος· οὐ κλήσει μόνον καὶ προσηγορίᾳ Θεὸς ὑπάρχων καὶ ἄνθρωπος, ἀλλὰ πράγματι καὶ ἀληθείᾳ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος καὶ ὑπάρχων κυρίως, καὶ ἀληθῶς ὀνομαζόμενος. Τὸ ἐκ τῆς ἑνώσεως ἓν τε καὶ μοναδικὸν καθ' ὑπόστασιν, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν ἔχων, ὡς οἱ Πατέρες [83] διδάσκουσι, φάσκοντες, « Εἰ γὰρ καὶ τὸ συναμφότερον ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ συνόδῳ· » καθ' ἣν οἰκονομικῶς δι' ἡμᾶς ὡς ἀγαθὸς, σύνθετος γενέσθαι καταδεξάμενος, τὸ κατὰ φύσιν ἁπλοῦν, καθ' ἣν ὁμοφυής ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ ὁμοούσιος διαμένει, φυλάττων ἀλώβητον καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν. Οὐ γὰρ ταυτὸν θεότης καὶ ἀνθρωπότης. Κἂν γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς νοερῶς καθ' ὑπόστασιν ἀδιασπάστως ἑνωθείσης αὐτῷ γέγονεν ἄνθρωπος. Διὸ καὶ Θεός ἐστιν ὁ αὐτὸς κυρίως καὶ ἄνθρωπος, ὡς ἐκεῖνο ὢν καὶ τοῦτο γενόμενος· καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ὑπάρχων ἀνελλιπῶς· μήτε τῷ ἄκρως μοναδικῷ τῆς ὑποστάσεως συγχεόμενος, καθ' ἣν ὁ τῆς διαφορᾶς παντελῶς ἄπεστι λόγος· μήτε τῷ ἀκραιφνεῖ τῆς ἑτερότητος τῶν ἐξ ὧν συνέστηκε φύσεων διαιρούμενος· καθ' ἣν ὁ τῆς διαφορᾶς διὰ τὴν ἕνωσιν οὐδαμῶς ἀνῄρηται λόγος.

Τῆς οὖν διαφορᾶς τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων ὁ Χριστὸς ἀσυγχύτως σωζομένης καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν, οὐκ ἔστιν, ὡς οἶμαι, παντελῶς ὁ δεῖξαι δυνάμενος λόγος, δίκαιον εἶναι τὸ ποσὸν τῶν φυσικῶς διαφερόντων καὶ ἐν Χριστῷ σωζομένων καθ' ἕνωσιν ἀδιά-

ciaverat : jamque tabido erroris ac ignorantiæ morbo diffluentes sanaverat, ac communis Ecclesiæ corporis membrum utile reddiderat ; in qua pia rectaque et vera ac salutaris apostolicæ fidei vigens prædicatur doctrina, universum terrarum orbem intra suum cogens gremium ; semperque, quod desideratur, eorum quos jam complexa est, cœtui adjungens, unamque omnium a finibus terræ usque ad fines ejus animam linguamque spiritu, concordia fidei atque consensu esse ostendens : quam nempe nullis verbis explicabili ratione ex hominibus hominum causa, simili hominum ratione, assumpta vere carne, anima rationali prædita et intelligente, non deitatis mutatione factus homo (nulla scilicet peccati contagie) hominum conditor Dei Sermo, nos homines confiteri docuit atque amplecti : sic plane, ut post unionem (ex quo scilicet homo factus **340** est) neutram omnino ejus naturarum negemus : neque divinam, qua tum semper est sui gratia, tum Patri consubstantialis est ac manet ; neque vero humanam, qua idem ipse vere nostri causa homo factus est, velut humanitate propensissimus ejusdemque nobiscum substantiæ est. Neque enim ab eo quod et erat et est, eritque in sempiternum (nempe ut sit Deus natura) mutatus est ; neque vero ejus quod factus est (homo scilicet) per unionem indivulsam, animatæ carnis naturam mutavit, qui unus idemque Deus et homo exsistat ; nempe, non sola nuncupatione ac voce tenus ipse Deus ac homo, sed qui reipsa et veritate Deus et homo tum sit proprie, tum vere nuncupetur : unum esse ac singularem personaliter nactus est ex unione, non naturæ ipsa ratione, uti docent ac loquuntur Patres. « Quanquam enim etiam utrumque unum, non tamen natura, sed coitu ac conjunctione ; » secundum quam, dispensatione, nostri causa, ut bonus, compositionem admisit, qui naturæ simplicitatem et incarnatus illibatam servans, ea, unius cum Patre naturæ manet ac essentiæ. Non enim idem deitas humanitasque exsistunt. Licet enim Dei Verbum homo factum est, id tamen carnis assumptione intelligentium more animatæ, personali ei ratione indivulse unitæ. Quamobrem etiam idem ipsum vere ac proprie Deus et homo est : quod alterum cum esset, alterum factum est ; hocque ac illud, ita ut nihil desit, perinde perfectum est, ut nec ex persona summe una ac singulari, secundum quam distinctio ac diversitas prorsus exsulat, confundatur ; neque vero naturarum, ex quibus consistit, vera diversitate, dividatur ; secundum quam ob unionem distinctionis ratio minime sublata sit.

Cum ergo naturarum, ex quibus est Christus, distinctio, etiam post unionem citra omnem confusionem incolumis sit ; nulla, puto, ratio omnino afferri potest, cur non justum æquumve videatur confiteri eorum quantitatem, quæ ipsa natura dis-

VARIÆ LECTIONES.

[83] Greg. or. 36, p. 582.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

(*l*) *Τὸν υἱὸν αὐτοῦ.* Accepit Maximus quo pacto Vulg. et reliqui fere interpretes, de ipso ejus filio, nempe regis Moab; qui ferali ea victima litandum Deo, dum extreme laborat, putaverit: forte etiam Abrahami exemplo, qui filii immolatione tentata, etsi non peracta, tantopere Deo placuerit: quod ita sensit R. Sal. Peræque tamen Græca vox αὐτοῦ, *suum* reddatur, referendo ad regem Moab, et *ejus*, referendo ad regem Edom, in quem facta irruptione rex Moab cum septingentis delectis suis, ad ipsum quidem non pervenerit, ejus tamen primogenitum ceperit, sicque super muros jugulaverit et incenderit; vel cum jam eum in captivis haberet; cujus etiam liberandi causa pater sociale bellum cum regibus Juda et Israel inierit: ejusque dissolvendæ societatis, ipsa hæc dira cædes et immanitas illi causa exstiterit, conversa ejus facinoris invidia in eos, qui belli auctores exstitissent, et ad eas angustias regem Moab redegissent. Hebr. perinde ambigua בנו *filium suum*, vel *ejus*: quo altero modo Pagn., Malvend., Munster, etc., interpretati sunt. Sic etiam qui Am. II, 1, incensa Idumææ regis ossa usque ad cineres, cujus rei causa sic Deus Moabitis comminatur, de hac cæde et holocausto exponunt; quorum sententiam parum pulsant rationes Santii, inque illis hæc potissima, quod rex dicatur illo Amos, cum IV Regum primogenitus regis solum appelletur, quod ad regis titulum non sufficit, ac nisi pater jam in eum jura regni transtulerat. Nam et hoc intellexerunt οἱ LXX, ὃς ἐβασίλευσε, quibus reddiderunt, ὃν ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ, *quem sui loco regem constituerat*; vel, ut codex Alex. ὃς ἐβασίλευσε, *qui ipse regnum capessiverat*. Proinde quod Hebr. futuri temporis est, pro præterito positum intellexere. Quod item de ossibus ad cineres usque combustis exaggerat propheta, haud necesse trahere ad ossa e sepulcro effossa, cum nihil occurrat in Scriptura, quo referri possit ea tumuli ossiumque violatio; sed potest intelligi, sic in cineres et favillam redactum hujus principis corpus, relato de eo holocausto, ut nec ossa superfuerint, uti se fere habebant Romanorum ac gentium aliarum busta. In hac itaque satis probabili expositione non satis faveat istud exemplum Maximi scopo; velut scilicet divino instinctu, ad præfigurandum Christi mysterium, quasi piaculari hostia, sic captum hostem rex Moab holocausto obtulerit, eaque victima a se iram depulerit: quomodo etiamnum barbari Canadenses et alii hostes immolant, eorumque laute carnibus epulantur, nullo certe divino instinctu, quo sic mala depellenda intelligant, sed ferina immanitate, ac diabolo instigante, qui sic humano delectetur cruore, Deumque olim æmuletur, nec ignobiliori quam humana sibi hostia, quibus impetrare possit, fieri velit. Christi sacrificium varie Deus in animalium victimis adumbravit; in hominum, nunquam, præterquam in uno Abrahamo et Isaaco, ad usque duntaxat propositi animi manifestationem. Et in ipso Christo victima fuit, quod se ipse obtulit, Judæorum malitia utens, nec tormenta abnuens, ut divinæ satis justitiæ fieret, non velut ipse seipsum interficiens, quod fecere gentilium quidam, nihil prorsus affini Christo exemplo, sed diabolico plane commento.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ὀργῆς, τοὺς δὲ ὑπηκόους διεσώσατο. Τοῖς μὲν οὖν Ἕλλησι τὰ ἐξ αὐτονομίας ἐπιτελεῖν συγχωρῶν ὁ Θεὸς, εἰς τὴν τοῦ μεγάλου μυστηρίου παραδοχὴν σοφῶς ἐσφετερίζετο· τῷ δὲ Ἰσραηλίτῃ λαῷ νόμον δίδους, δι' ὅλου τὸ μέλλον διετύπου μυστήριον. Ὅθεν μετὰ τὸ φανῆναι, καὶ κατ' ἐνέργειαν γενέσθαι τὸ τῆς ἡμῶν σωτηρίας μυστήριον, ταῦτα κἀκεῖνα ἐξ Ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων κατήργησεν, ὅσα πρὸ τούτου δέδωκεν, ἢ γίνεσθαι συνεχώρησεν πρὸς τὴν τοῦ μέλλοντος διατύπωσιν. *Ἐξ αὐτοῦ γὰρ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα*, ὅσα γέγονεν ἢ γενήσεται, κατὰ πάντα καιρὸν ἢ τρόπον· τὰ μὲν, κατ' εὐδοκίαν· τὰ δὲ, κατ' οἰκονομίαν· τὰ δὲ, κατὰ συγχώρησιν. Οὐκ ἔστιν οὖν μῦθος τὸ τοῖς ἀρχαίοις μνημονευόμενον· ἀλλὰ γέγονεν ἀληθῶς, καὶ ἐπηκολούθησεν αὐτῷ, τὸ ἐφ' ᾧ γέγονεν ἀλέξημα. Τὸ δὲ κατὰ λεπτὸν περὶ τῶν γραφέντων, σὺν Θεῷ παρ' ὑμῖν γινόμενος ἅμα γυμνάζωμεν [96]. Ἠλὴν ὁ γνοὺς πῶς καὶ ὄφεως σάρκες δύνανται θεραπεύειν διὰ τέχνης νοσοῦντας, δέξεται πιστῶς τῆς θείας προνοίας τὴν μέθοδον.

A salutem impetravit. Græcos igitur ea quæ ex propriarum legum rationibus essent, Deus sinens peragere, sapienti consilio ad magnum suscipiendum mysterium adigebat; Israelitico autem populo data lege, quod futurum erat mysterium, undique figurabat. Quamobrem ubi ille apparuit, fuitque reipsa exhibitum salutis nostræ mysterium, tum hæc, tum illa, ex Græcorum pariter Judæorumque moribus ac ritu abolevit: quæ scilicet superioribus temporibus, ad rei futuræ adumbrationem, vel dederat ipse, vel permiserat. *Ex ipso* enim *et per ipsum et in ipso sunt omnia* [c], quæcunque per omne tempus et modum et facta sunt, et futurum est, ut fiant: alia quidem secundum propensam voluntatem; alia, secundum dispensationem; alia, B secundum indulgentiam ac permissionem. Non ergo inter fabulas existimandum, quod antiquis historiarum monumentis proditur; sed ita reipsa contigisse putandum, secutamque esse mali depulsionem, cujus id causa fuerat usurpatum. De his autem quæ scripta sunt, subtiliorem disputationem habituri sumus, ubi, Deo dante, apud vos me esse contigerit. Cæterum qui novit qua ratione etiam viperæ carnes arte medicatæ sanandis morbis conferant, haud gravate eam divinæ providentiæ methodum rationemque fide suscipiet.

ΚΖ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην κουβικουλάριον.*

Οἱ μὲν κατὰ κόσμον, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην στησάμενοι, τῆς ἀλλήλων χρῄζουσι σωματικῆς παρουσίας πρὸς τὴν ταύτης συντήρησιν, διὰ τὴν λήθην τὴν καταμαραίνουσαν φυσικῶς πάντα τὸν περὶ μόνα τὰ σώματα συνιστάμενον πόθον· ᾧ συγκατασβέννυσθαι πέφυκεν ἡ μνήμη τῶν οὕτω πρὸς ἀλλήλους διακειμένων. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ συντηρεῖν δύνασθαι δοκοῦν τὴν κατὰ κόσμον πρὸς ἀλλήλους σχέσιν, διίστησι κόρος ἐπιγενόμενος, καὶ ὅλην τὴν προλαβοῦσαν ἀφανίζων διάθεσιν. Καὶ ἐπίλειψίς δέ τινος πολλάκις τῶν ταύτης πορισικῶν αἰτιῶν, ἢ καὶ μικρά τις παρεμπεσοῦσα πρόφασις, ταχεῖαν ποιεῖται τῆς οὕτω συνισταμένης ἀγάπης τὴν εἰς μῖσος περιτροπήν. Οἱ δὲ κατὰ Θεὸν τῷ δεσμῷ τῆς ἀγάπης ἀλλήλοις ἀλύτως καταδεθέντες, καὶ σὺν ἀλλήλοις ὄντες, καὶ ἀλλήλων ἀπόντες, μᾶλλον τὸν ταύτης δεσμὸν ἐπιτείνουσι· διὰ Θεὸν ταύτην ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, τὸν καὶ ἀγάπην ὄντα, καὶ τὴν τοῦ ἀγαπᾶν δύνασθαι τοῖς ἀξίοις παρεχόμενον δύναμιν· καὶ μάλα γε, καθάπερ οἶμαι, δικαίως. Τοῖς γὰρ κατὰ φύσιν ῥευστοῖς συναπορρεῖν πέφυκε καὶ ἡ τῶν κατ' αὐτὰ πρὸς ἀλλήλους διακειμένων διάθεσις· τοῖς δὲ σταθεροῖς καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσιν, ἀκλόνητος παντάπασι καὶ ἀτίνακτος συνδιαμένειν εἴωθε, καὶ ἡ τῶν κατ' αὐτὰ πρὸς ἀλλήλους διακειμένων στοργή· τοσοῦτον αὐτοῖς ἐπιτείνουσα τὸν εἰς ἀλλήλους πόθον πρὸς τὸ ἄριστον, ὅσον ὁ ταύτης τῆς σχέσεως αἴτιος πρὸς ἑαυτὸν ἕλκειν τοὺς ἀλλήλων ἠρτημένους τῷ πνεύματι πέφυκε Θεός.

XXVII. — *Ejusdem ad Joannem cubicularium.*

Qui sæculi ritu alii aliis amicitia juncti sunt, necessariam mutuam præsentiam habent, ad eam conservandam · oblivionis scilicet causa, cujus ea vis ac indoles, ut omnem amorem circa corpora solummodo versantem consumat; quocum pariter exstingui solet, eorum qui sic inter se animis afficiuntur, memoria. Quin et quandoque contingat, ut hoc ipsum quod ad mundanam illam inter aliquos fovendam amicitiam valere plurimum videbatur, superveniens tædium dirimat, omnemque antea vigentem animi affectionem aboleat. Sæpe etiam, si vel minimum quid desit, eorum, ex quibus illa proclive conflatur, vel exigua quædam incidat occasio **360** ac prætextus, sic constantem amicitiam cito in odium vertit. Qui vero divinæ dilectionis vinculo inter se indissolubiliter vincti sunt, sive simul versentur, sive alii aliis absentes sint, ejus arctius nexum astringunt: propter scilicet Deum secum eam habentes, qui et ipse D dilectio sit [d], et his qui digni sunt, vim præbeat ac facultatem ut diligere possint; idque, ut videtur, jure optimo. Una enim cum rebus natura fluxis, illi ut diffluat comparatum est, quæ penes illa conflata ac coalita mutua animorum affectio est; cum his vero quæ firma ac stabilia sunt, eodemque modo se semper habent, inconcussa omninoque immota permanere solet, eorum qui penes illa invicem animis cohæserunt, amoris vis; tanto eis, quo se mutuum prosequuntur, in immensum amorem augmento accumulans, quantum hujus ipsius affectionis auctor Deus, eos, qui inter se spiritu devincti sunt, ad se proclive trahit.

[c] Rom. XI, 36. [d] I Joan. IV, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[96] *Ισ.* γυμνάσωμεν.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

In hunc igitur modum cum te diligam, mihi plurimum diligende ac charissime, jugiter animo præsentem inseparabilem, alte spiritu impressum expressumq e habeo; ut quamvis longa sunt temporis spatia, ingensque locorum interjecta media intercapedo est, nunquam mente cernere, animoque complecti ac osculari desinam; a quo vicissim paribusque modis (nisi et majoribus) cum me diligi persuasum habeam, non abnuo quin justa necessitate impigre scribam, qui unam amborum per spiritum factam animam cognoscam. Nec te puto injuriæ ducturum, quod hoc audias; qui tecum ipse tremendam Dei ad hominem, omniqueque mentis cogitatu ac sermonis vi majorem inclinationem reputes. Suscipe igitur placide eum, qui modicam hanc affert syllabam, cunctaque illi efficere, quæcunque is qui ita sanxit, ut homines socia inter se sorte ærumnas vitæque mala dividerent; sicque proximum sibi quisque asciscceret suumque nimia quadam necessitudine vellet, ut ne alius quidem videretur, pro reciproca illa animi affectione qua in se invicem velut commearent. Nedum enim *gaudere cum gaudentibus, sed et flere cum flentibus* [e]; nec quovis modo diligere proximum, sed diligere sicut seipsum [f], divinus sermo præcipit; ne novum mandatum dicam, quo dilectionis causa [g], ipsas quoque alii pro aliis animas ponere **361** jubemur, ubi certaminis tempus appetierit; quod utique ipse qui dedit, Dominus, opere implevit, qui pro nobis animam ponere non recusaverit [h]; perfectæ nobis ac absolutæ virtutis præbens exemplum, qua paulatim pravi in nobis ac cæci amoris lex exstinguitur; quæ scilicet jam initio voluptatum illecebris captos, a Deo, invicemque alios ab aliis fraude abducens, Deique unius loco, plura numina (seu nullum prorsus) existimandum docens, facultatem in nobis rationis omnino carni illiserit; inque multas partes, natura, quæ una sit, dissecta, iræ in nobis vim, qua alii in alios, ferarum more, voluptatis causa sæviamus, furore accenderit. Esto igitur, uti dicebam illi omnia qui tua eget ope, ut ipse talem nanciscaris Deum, qui omnia omnibus fieri, præ summa humanitate ac clementia voluerit.

A Κατὰ τοῦτον τοίνυν τὸν τρόπον ἀγαπῶν σε, λίαν ἠγαπημένε, διὰ παντὸς ἀχώριστον ἔχω συνόντα κατὰ ψυχὴν, εἰς βάθος τετυπωμένον τῷ πνεύματι, κἂν πολὺ τοῦ χρόνου μῆκός ἐστι, καὶ μέγα τὸ διαμέσου τῶν τόπων διάστημα, μηδέποτε τοῦ βλέπειν νοητῶς καὶ ἀσπάζεσθαι παυόμενος. Ὑφ' οὗ κατὰ τὸ ἴσον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἀγαπᾶσθαι πιστεύων, ἀόκνως περὶ ὧν χρεία γράφειν οὐ παραιτοῦμαι, μίαν ἀμφοτέρων ἡμῶν γεγενῆσθαι ψυχὴν γινώσκων διὰ τοῦ πνεύματος. Καὶ οἶδα ὅτι οὐ νομίζεις ὑβρίζεσθαι τοῦτο ἀκούων, τὴν πρὸς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ φοβερὰν, καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον συγκατάβασιν λογιζόμενος. Δέχου τοίνυν τὸν τὴν παροῦσαν ἐπιφερόμενον μετρίαν συλλαβὴν εὐμενῶς. καὶ γενοῦ αὐτῷ πάντα, ἅπερ ὁ τὰς ἀλλήλων ἐπιμερίζεσθαι συμφορὰς τοῖς ἀνθρώποις B ἐνομοθέτησε· καὶ τοσοῦτον οἰκειώσασθαι τὸν πέλας, ὅσον μὴ ἄλλον ἐκεῖνον νομίζεσθαι, κατὰ τὴν ἀντιδοθεῖσαν τῶν εἰς ἀλλήλους μεταποιηθέντων διάθεσιν. Οὐ γὰρ *μόνον χαίρειν μετὰ χαιρόντων*, ἀλλὰ καὶ *κλαίειν μετὰ κλαιόντων*· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀγαπᾷν, ἀλλ' ὡς ἑαυτὸν τὸν πλησίον, ὁ θεῖος διαγορεύει λόγος· ἵνα μὴ λέγω τὴν καινὴν ἐντολὴν, τὴν καὶ αὐτὰς ὑπὲρ ἀλλήλων ἀγάπης χάριν, ἡνίκα καιρός ἐστιν ἀγωνίζεσθαι, τὰς ψυχὰς τιθέναι προστάσσουσαν· ἣν ὁδοὺς ἔργῳ πεπλήρωκε Κύριος, ὑπὲρ ἡμῶν θεῖναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν μὴ παραιτησάμενος· ἡμῖν ὑποτύπωσιν τελείας εὐαρεστήσεως, καθ' ἣν ὁ τῆς φιλαυτίας ῥέμα κατασβέννυται νόμος, ὁ κατ' ἀρχὰς δι' ἡδονῆς ἡμᾶς ἀπατηλῶς Θεοῦ καὶ ἀλλήλων ἀπαγαγών· καὶ ἀνθ' ἑνὸς Θεοῦ, πολλοὺς εἶναι ἢ οὐδένα τὸ σύνολον νομισθῆναι διδάξας, παντελῶς τὴν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου πρὸς τὴν σάρκα κατέραξε [97] δύναμιν, καὶ εἰς πολλὰς τὴν μίαν φύσιν κατατεμὼν μοίρας, ὑπὲρ ἡδονῆς κατ' ἀλλήλων τὴν τοῦ ἐν ἡμῖν θυμοῦ δύναμιν ἐθηρίωσε. Γενοῦ τοίνυν, ὡς εἶπον, πάντα τῷ χρῄζοντι τῆς σῆς ἐπικουρίας, ἵνα τοιοῦτον εὕροις τὸν Θεόν σοι γινόμενον, τὸν πάντα πᾶσι γίνεσθαι διὰ φιλανθρωπίαν καταδεχόμενον.

XXVIII. — *Ejusdem ad Cyrisicium episcopum.*

Qui divinæ in terra bonitatis, pro concessa tibi

ΚΗ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κυρισίκιον* (*m*) *ἐπίσκοπον.*

Τῆς θείας ἐπὶ γῆς κατὰ τὴν δοθεῖσάν σοι χάριν

[e] Rom. XII, 15. [f] Matth. XXII, 39. [g] I Joan. III, 16. [h] Joan. X, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[97] Suid. κατέῤῥαξε.

NOTÆ.

(*m*) *Πρὸς Κυρισίκιον.* Haud a mendo abesse videtur, quod ita prænotatur. Ac num πρὸς Κυζικηνόν, *ad* Joannem scilicet *Cyzicenum episcopum*, ad quem ipsum abhinc secunda et tertia, affini plane argumento; etsi ibi sedis locus tacetur, nec nisi *ad Joannem episcopum* dicitur; vel num hæc et sequens ad Constantinopolitanum ipsum episcopum, a quo ad se revocari petat, si modo timor abscesserit hostium? Alias et alias subinde Maximus videtur mutasse sedes, nedum cum in Africam commeavit, Persarum metu, verum etiam aliis casionibus, quo factum est, ut sit obscurum, cujus potissimum episcopi conspectibus aliis aliisque epistolis petat restitui. Omnes tamen hæ quinque ad eumdem videntur spectare, ex ipsa argumenti affinitate; exque Georgii abbatis et presbyteri secunda et quarta mentione, conjectura firmatur, eumdem ipsum Joannem episcopum Cyzicenum Maximo amicissimum, probeque orthodoxum, illis omnibus compellari, quod præcipue non sic ei cum sede Constantinopolitana conveniebat, cum hæc [illegible] iberet, et jam depulsus Persarum timor videre-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τῆς ἀρχιερωσύνης, τίμιε Πάτερ, μιμητὴς εἶναι λα- A summi sacerdotii gratia, venerande Pater, nactus
γὼν ἀγαθότητος, οὐδένα τῶν χαρακτηριζόντων αὐ- es ut imitator esses, nullos modos ac officii partes,
τὴν τρόπων ἀπλήρωτον εἴασας· ἀλλὰ πάντας ἀλλή- quibus ceu nota hæc insigniatur, omisisti, quin
λοις ἐφεξῆς συνομαρτοῦντας ἔχων, τῷ ἄνωθεν ἐξ- etiam etiamque impleres; sed qui omnes inter se
υφασμένῳ διὰ τοῦ Πνεύματος χιτῶνι τῶν ἀρετῶν ordine consertas ac cohærentes obtineas, contexta
ἰσπούδασας καλλωπίσαι τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης μυστή- desuper Spiritus opera virtutum tunica [i] summi
ριον· ὄντινα χιτῶνα· σχίσαι οὐδέποτε δύνανται, οὔτε ejusdem sacerdotii mysterium eximie ornare stu-
πλῆθει πειρασμῶν, ὑμᾶς σταυροῦντες οἱ δαίμονες. duisti; quam ne quidem dæmones unquam scin-
Σπούδασον οὖν τὰ διεσκορπισμένα τέκνα τοῦ Θεοῦ dere possunt, qui tentationum turba vos in crucem
συναγαγεῖν εἰς ἕν. Χαρακτὴρ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς agunt. Cura igitur, ut filios Dei, qui dispersi sunt,
θείας ἐστὶν ἀγαθότητος· καὶ ὡς κεφαλὴ τοῦ τιμίου congreges in unum [i] (nam hoc quoque divinæ bo-
σώματος τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας γενόμενος, nitatis nota est atque insigne); velutque vene-
τὰ μέλη συναρμολόγησον ἀλλήλοις διὰ τῆς ἀρχιτε- rabilis sanctæ Dei Ecclesiæ corporis effectus caput,
κτονίας τοῦ Πνεύματος· καὶ κάλεσον φωνῇ μεγάλῃ membra secum invicem per Spiritus fabricatio-
ὡς κῆρυξ τῶν θείων διδαγμάτων καταστάς, τούς τε nem committe atque compone; magnaque voce
μακρὰν, καὶ τοὺς ἐγγύς· καὶ ἑαυτῷ κατάδησον τῷ tanquam divinorum documentorum constitutus
ἑαυτῷ δεσμῷ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος· εἴπερ μέν- præco, voca tum eos qui longe, tum qui prope sunt
τοι ἀπέδρα, καὶ παντελῶς ἐξηφάνισται ἡ τῶν ἐχθρῶν eosque tibi ipse insolubili vinculo dilectionis Spi-
προσδοκία· δι' ἣν τοσοῦτον τῆς ἐνεγκούσης ἀπεξ- ritus astringe; dummodo tamen exspectatæ hosti-
ενώθησαν· ἵνα καὶ σοὶ ἐξὸν ᾖ χριστοπρεπῶς λέγειν· um incursionis metus aufugerit, ac prorsus evanu-
B erit; cujus causa tandiu, sicque procul patria ex-
Ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. sules alienum solum habuit; quo nimirum ipse
Ἀλλ' ἀξίωσον τὸν σὸν ταπεινὸν καὶ ἀνάξιον δοῦλόν quoque, Christi æmula voce, dicere **362** possis:
καὶ ἱκέτην περὶ τούτου τιμίων σου συλλαβῶν, ἅγιε *Ecce ego, et parvuli, quos dedit mihi Deus* [k]. Quæso
Πάτερ· καὶ δι' εὐχῶν παραθέσθαι τῷ Θεῷ προσφέ- autem, sancte Pater, ut me humilem et indignum
ρων θυσίαν αἰνέσεως μὴ ἀπαξιώσῃς. atque supplicem servum tuum venerabilibus tuis litteris in eam rem impartiri digneris, nec me Deo precibus commendare, cum laudis victimas offers, abnueris.

Κθ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

C

XXIX. — *Ejusdem ad eumdem.*

Ὁ μὲν Θεὸς ζητῶν κατῆλθεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ πο- Deus quidem ut quæreret e cœlo descendit,
λῶν τὸ πρόβατον ἐνεδύσατο· καὶ οὕτως σώσας τὸ ovemque, amore in ipsam ac desiderio, induit, ac
πλανώμενον, πρὸς τὰ σύννομα τῶν ὤμων ἐπιθεὶς, sic errantem recipiens, inque humeros imponens
συμπαθῶς ἐπανήγαγε. Σὺ δὲ, πανάγιε Πάτερ καὶ ad gregales miseranter revexit [l]. Tu vero, sanctis-
ποιμὴν, μόνον Πνεύματος ἁγίου πληρώσας τῆς δι- sime Pater ac pastor, Spiritus sancti doctrina so-
δασκαλίας τὸν δόναξ, πρὸς ἑαυτὸν ἐπανήγαγες lummodo fistulam implendo, plenum ad te gregem
πλήρη, τὴν ἀκουσίως μὲν τῆς πατρίδος ἀποφοιτή- ovium rationalium reduxisti: qui cum illubens pa-
σασαν ἀγέλην τῶν λογικῶν προβάτων, ἑκουσίως δὲ tria excessisset, ad tuam boni ac periti pastoris
προστρέχουσαν τῇ φωνῇ σου τοῦ καλοῦ ποιμένος libens occurrat vocem, ut qui nimirum, quid ex
καὶ ἐπιστήμονος, ὡς τελείαν διάγνωσιν ἔχουσαν τοῦ ejus rationibus sit, perfecte dijudicare noris: Non
D *συμφέροντος*. Οὐ γὰρ πλανηθεῖσα τὰ μακρὰ διεπέ- enim errandi vagandique studio longa maris spatia
ρασε πελάγη, τῆς θείας κατολιγωρήσασα νομῆς· trajecit, quasi divinæ contemptu pascuæ duceretur,
ἀσφαλείας δὲ χάριν σωστικῆς τῶν κατὰ ψυχὴν θείων sed ut divinas animi dotes sibi incolumes tutasque
ἀναθημάτων. Ἀλλὰ δέξαι ποίμνην, οὐ μόνον ἀνεπί- præstaret. Enimvero gregem ejusmodi suscipe, qui
βατον λύκοις διαμείνασαν, ἀλλὰ καὶ λύκων ἀναιρε- nedum lupis impervius manserit, sed e lupis exi-
τικὴν γενομένην, καὶ πολλοῖς πλουτοῦσαν τοῖς κατὰ tio factus sit, multisque abundet animi bonis: *In-
ψυχὴν ἀγαθοῖς· Καὶ ἔντεινον, καὶ κατευοδοῦ, καὶ tendeque, prospere procede et regna, propter veri-
βασίλευε, ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ tatem et mansuetudinem et justitiam* [m]; tanquam divi-
δικαιοσύνης· ὡς τῶν κατ' εὐσέβειαν θείων δογμά- norum pietatis decretorum doctor, vitæque puræ ac
των διδάσκαλος, καὶ βίου καθαροῦ, καὶ σεμνῆς πο- honestæ disciplinæ magister, ac rectæ in omnibus

[i] Joan. xix, 23. [j] Joan. xi, 52. [k] Gen. xxxiii, 5. [l] Matth. xviii, 12; Luc. xv, 4. [m] Psal. xliv, 5.

NOTÆ.

tur, Pyrrho forsitan jam episcopo, vel etiam intruso Paulo, per cujus intrusi grassationem Pyrrhus Maximum convenit in Africa, quocum disputans, errorem agnovit. Non tamen de ejus tropæo loqui videtur, cum altera hinc epistola gregi sic peregre profecto, et qui ingentia maris spatia trajecerat, gratulatur, quod lupos exstiterit. *Lupos extremeris*; Severianos potius significet, de quibus majori epistola ad Joann. cubicularium, vel etiam Monothelitas in Africa per fugæ ab urbe et patria occasionem, hæresis semina spargentes, quibus comprimendis celebratæ Africæ synodi Theodoro Romano pontifice: qua in re, non unius Maximi, sed reliquorum sodalium monachorum, qui vere orthodoxi essent, enituerit opera.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

discretionis legislator, assumpto præsertim cum eo, quem dixi, sacro grege, sanctificato quoque domino Georgio abbate presbytero, viro sacro, paribusque cum vita doctrinæ ornamentis prædito. Verum, quod magna absorptus tristitia sum, nec ab illis disjungi feram, aut me cum eis assumite, subque alas vestras reficite, aut vestris precibus ad sustinendum fortiter, quem charissimorum ipsa abjunctio dolorem consciscit, confirmate.

A λιτείας ὑφηγητής, καὶ ταῖς ἐν πᾶσιν ὀρθῆς διακρίσεως νομοθέτης· προσλαβόμενος μάλιστα μετὰ τῆς εἰρημένης ἱερᾶς πομπῆς, καὶ τὸν ἡγιασμένον κύριον ἀββᾶν Γεώργιον [95] τὸν πρεσβύτερον, ἄνθρωπον ἱερὸν, ἴσον τῷ λόγῳ κεκτημένον τὸν βίον· καὶ δι' ἀμφοτέρων ὄντα τῆς πονηρᾶς καθαιρέτην δυνάμεως. Ἀλλ' ἐπειδὴ μεγάλῃ κατεπόθην λύπῃ μὴ φέρων τὴν τούτων διάζευξιν, ἢ κἀμὲ προσλάβετε, καὶ ὑπὸ τὰς ὑμετέρας καταπαύετε πτέρυγας· ἢ στηρίξατε δι' εὐχῶν πρὸς τὸ γενναίως φέρειν τὴν ἐπὶ τῷ χωρισμῷ τῶν φιλτάτων ὀδύνην.

363 XXX. — *Ejusdem ad Joannem episcopum.*

Aiunt, qui naturam rerum ratione disquisierunt, eam ignis vim esse, ut subjectam omnem trahat materiam; huicque symbolice Deum comparantes, qui divina exponunt mysteria, ipsum etiam ejusmodi asserunt, ut omnes trahat qui ejus velint obsequi legibus, ac qui vitam sanctis moribus institutam amplecti sustineant: cujus velut egregie pictis coloribus expressam imaginem sacerdotium cum dicant, ipsum quoque per gratiam miserationis lege, omnes sub eadem contentos natura, trahere affirmant. Hanc igitur tu, Pater sancte, in terra nactus Dei imaginem, blandis ad te miserantis animi moribus sermonibusque eos voca, qui ad te redire summopere cupiunt, hocque vel maxime votis agitant, ut te pastore ac rectore gaudeant, verisque pollicitationibus per venerabiles tuas syllabas, tuam in eos, Deo auspice, in omnibus ratam facito providentiam ac curam: si modo prorsus hostium cessavit fœtida exspectatio; cujus gratia tantam sustinuerunt fugam, quibus tutum visum est, ut divinæ legi obsequerentur, diserte clamanti: *Si vos fugaverint ex ista civitate, fugite in aliam* [a]; ac qui laudabilem formidinem audaciæ prætulerunt: quo nimirum tuis secundum Deum fidem habentes verbis, intrepide revertantur, atque a laboribus, quibus virtutis causa, et ut Deo jubenti fugiendos esse persecutores, morem gererent, per formidabilis hujus exsilii ac peregrinationis molestias, oppressi sunt, remissionem ac solatium, benignam tuam in omnibus opitulationem ac curam consequantur. Ne ergo, Pater sancte, supplicem tuum ac servum obsecrantem suscipere dedigneris; sed tuis honora syllabis, velut qui ipse reipsa merito honore dignus sis, nullo prorsus dignum honore; precibusque Christo commenda, quem solum deceat honor, ac qui suo ipse munere, inhonorum magnifice hominem honoraverit: quem Dominum herumque in omnibus imitatus, illum alterum per gratiam Spiritus teipsum aspectandum reddideris.

Λ. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην* [96] *ἐπίσκοπον.*

Φασὶν οἱ τὴν τῶν ὄντων φύσιν λογικῶς διασκεψάμενοι, παντὸς ἑλκτικὴν εἶναι τοῦ ὑποκειμένου τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν· ᾧ παραβάλλοντες συμβολικῶς τὸν Θεὸν, οἱ τῶν θείων ἐξηγηταὶ μυστηρίων, ἑλκτικὸν καὶ αὐτὸν εἶναί φασι πάντων τῶν βουλομένων τοῖς αὐτοῦ πείθεσθαι νόμοις, καὶ τὸ ζῆν ὁσίως ἀνεχομένων ἀσπάζεσθαι· πρὸς ὃν, ὥσπερ ἐν εἰκόνι γραφὴν εὐφυῶς τὴν μίμησιν ἔχουσαν ὑπάρχειν λέγοντες τὴν ἱερωσύνην, καὶ αὐτὴν τῷ ἴσῳ κατὰ τὴν χάριν συμπαθείας νόμῳ, πάντων ἑλκτικὴν εἶναι τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν φύσιν διαγορεύουσι. Ταύτην οὖν καὶ αὐτὸς, ἄγιε Πάτερ, ἐπὶ γῆς τοῦ Θεοῦ τὴν εἰκόνα ἔχειν λαχὼν, κάλεσον πρὸς ἑαυτὸν συμπαθείας τρόποις καὶ λόγοις, τοὺς πρὸς σὲ ποθοῦντας ἐπανελθεῖν, καὶ ὑπὸ σοῦ ποιμανθῆναι κατ' εὐχὰς ἐπιθυμοῦντας· καὶ πίστωσον ἐπαγγελίαις ἀληθέσι διὰ συλλαβῶν σου τιμίων, τὴν εἰς αὐτοὺς σὺν Θεῷ περὶ πάντα σου πρόνοιαν· εἴπερ παντελῶς ἡ τῶν ἐχθρῶν δυσώδης ἀπεγένετο προσδοκία· δι' ἣν τοσαύτην ὑπέμειναν φυγὴν, οἱ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατακολουθεῖν ἀσφαλὲς ἡγησάμενοι, τῷ διαῤῥήδην βοῶντι· *Ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην*· καὶ τὴν ἐπαινετὴν δειλίαν τοῦ θράσους προκρίναντες· ἵνα μετὰ Θεὸν τοῖς σοῖς πιστεύοντες λόγοις, ἀφόβως ποιήσωνται τὴν ἐπάνοδον· καὶ τῶν πόνων οἷς ὑπὲρ ἀρετῆς, καὶ τοῦ πεισθῆναι Θεῷ τοὺς διώκοντας φεύγειν κελεύοντι, κατὰ τὴν φοβερὰν ταύτην ξενιτείαν, ὑπεπιάσθησαν, ἀνέσιν εὕρωσιν, ἐλέημονα τὴν σὴν περὶ αὐτοὺς κατὰ πάντα συγκρότησιν. Μὴ τοίνυν ἀπαξιώσῃς, ἄγιε Πάτερ, τὸν σὸν ἱκέτην καὶ δοῦλον παρακαλοῦντα προσδέξασθαι· ἀλλὰ τίμησον οἰκείαις συλλαβαῖς, ὡς τίμιος, τὸν μηδεμιᾶς τιμῆς ἄξιον· καὶ δι' εὐχῶν παράθου τῷ Χριστῷ τῷ μόνῳ τιμίῳ, καὶ τὸν ἄτιμον πολυτίμως δι' ἑαυτοῦ τιμήσαντι ἄνθρωπον· ὄντινα Δεσπότην καὶ Κύριον κατὰ πάντα μιμούμενος, ἄλλον ἐκεῖνον κατὰ χάριν τοῦ Πνεύματος σεαυτὸν τοῖς ὁρῶσι κατέστησας.

364 XXXI. — *Ejusdem ad eumdem.*

Quemadmodum radius pupillam ejus sana sit,

ΛΑ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Ὥσπερ ἀκτὶς ἐπισπᾶται προσηνῶς τὴν ὑγιαίνου-

[a] Matth. x, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[95] Num hic Georgius, qui postea sedit patriarcha CP. divinare est. [96] Joannes hic, forte Cyzicenus, magni tunc nominis episcopus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σαν ὄψιν κατὰ φύσιν προσχαίρουσαν φωτὶ, καὶ τῆς οἰκείας λαμπρότητος μεταδίδωσιν· οὕτως καὶ ἡ ἀληθὴς ἱερωσύνη χαρακτὴρ οὖσα διὰ πάντων τῆς μακαρίας θεότητος τοῖς ἐπὶ γῆς, πᾶσαν ψυχὴν κατὰ τὴν ἕξιν φιλόθεόν τε καὶ θείαν ἐφέλκεται πρὸς ἑαυτὴν, καὶ τῆς ἰδίας μεταδίδωσι γνώσεως, εἰρήνης τε καὶ ἀγάπης· ἵνα πρὸς τὸ πέρας τῆς οἰκείας ἐνεργείας, ἑκάστην τῆς ψυχῆς ἐνέγκασα δύναμιν, Θεῷ παραστήσῃ διὰ πάντων θεωθέντας τοὺς ὑπ' αὐτῆς μυσταγωγουμένους. Τέλος γὰρ τῆς κατὰ ψυχὴν λογικῆς ἐνεργείας, ἡ ἀληθὴς γνῶσίς ἐστι· τῆς ἐπιθυμητικῆς δὲ, ἡ ἀγάπη· τῆς δὲ θυμικῆς, ἡ εἰρήνη· ὥσπερ καὶ τῆς ἀληθοῦς ἱερωσύνης, τὸ διὰ τούτων θεοποιεῖσθαί τε καὶ θεοποιεῖν. Ἐφ' ᾧ γὰρ ζητεῖν τὸν Θεὸν ἔχομεν φυσικῶς τὸ λογίζεσθαι, καὶ αὐτὸν μόνον ποθεῖν τὴν ἐπιθυμίαν ἐλάβομεν, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγωνίζεσθαι μόνου τὸν θυμὸν ἐκομισάμεθα. Τέλος δὲ τῆς μὲν ζητήσεως, ἡ ἀληθὴς γνῶσίς ἐστι· τοῦ δὲ πόθου, ἡ διηνεκὴς καὶ διάπυρος ἀγάπη· τῶν δὲ θείων ἀγώνων, ἡ πάντα νοῦν ὑπερέχουσα εἰρήνη.

Τούτων ὄντας τῶν ἄκρων ἀγαθῶν ποιητάς τε καὶ διδασκάλους τοὺς παναγίους καὶ παμμακαρίστους ὑμᾶς γινώσκουσα ἡ ὄντως δούλη τοῦ Θεοῦ, καὶ θυγάτηρ καὶ μήτηρ κυρία Εὐδοκία ἡ ἐγκλειστὴ, μετὰ τῆς ἱερᾶς αὐτῆς ἀγέλης, πρὸς ὑμᾶς ἐπανῆλθε, νικητὰς ἀποδείξασα τοὺς θεοτιμήτους ὑμᾶς πάντων τῶν πρὸς ἑαυτοὺς ἔχειν αὐτὴν σπουδασάντων. Δούλη γὰρ ἀληθῶς ἐστιν, ὡς τῶν θείων ἐντολῶν πληρωτικὴ· θυγάτηρ δὲ, ὡς διὰ πάντων κατὰ τὴν ἕξιν ἀπαράλλακτον ἔχουσα πρὸς τὸν Θεὸν τὴν ἐμφέρειαν· μήτηρ δὲ, ὡς καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ἐν ἄλλοις ἕξεως γεννητική. Ἀλλ' εὐφραίνεσθε τὸ λοιπὸν καὶ ἀγαλλιᾶσθε, τὸ τιμιώτερον μέρος τῆς ὑμετέρας ἁγίας ἐπαναλαβόντες ποίμνης· καὶ μάλιστα προσλαβόμενοι καὶ τὸν ἡγιασμένον κύριόν μου Γεώργιον τὸν πρεσβύτερον [1], τὸ ὄντως θεῖον γεώργιόν τε, καὶ θείου καὶ μεγάλου Γεωργίου γεωργὸν δοκιμώτατον, ἱκανὸν ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, κατὰ τὴν ψυχῶν γεωργικὴν ἐπιστήμην, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσιν ἐπέραστον τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον. Ἀλλ' ἐπειδὴ τέως ἐγὼ κατέστην ἡμιθνὴς καὶ ἡμίτομος, τῆς ἐπωφελοῦς αὐτῶν ἀπερρώγως συζυγίας, ἢ κἀμὲ προσλάβετε ὡς μέλος νενοσηκὸς, καὶ θεραπεύσατε, ἢ δι' εὐχῶν με παραμυθήσασθε, καὶ πείσατε ἀπαθῶς φέρειν τὸν χωρισμόν. Καὶ τοῦτο γὰρ τῆς θείας καὶ ἀληθοῦς ἱερωσύνης καθέστηκεν ἴδιον.

A ac natura luce gaudeat, blande attrahit, suoque eam splendore impartit; sic et verum sacerdotium, cum in omnibus beatæ deitatis figura vivumque simulacrum mortalibus sit, omnem animum Dei cultorem atque divinum, sicque habitu comparatum ad se illicit, suæque illum scientiæ, pacisque ac charitatis consortem facit: quo nimirum singulas quasque animæ vires in finem ducens suæ operationis, cunctos abs se institutos Deo exhibeat per omnia deitate imbutos. Finis enim rationalis animi operationis, vera scientia est; cupiditatis vero, dilectio; iræ autem, pax; sicut etiam veri sacerdotii, horum munere tum imbui deitate, tum imbuere. Idcirco enim rationis vim natura nacti sumus, ut Deum quæramus; cupiditatis vero, B ut unum ipsum appetamus; iræ denique, ut pro illo solum decertemus. Inquisitionis vero finis, vera scientia est ac cognitio; desiderii atque amoris, jugis accensaque dilectio: divinorum certaminum, pax, quæ omnem exsuperat sensum [a].

Horum eximiorum bonorum auctores vos ac magistros, sanctissimos beatissimosque intelligens, Dei vere ancilla et filia, materque domina Eudocia inclusa, cum sacro suo grege ad vos reversa est; vicisse vos in Deo colendissimos eos omnes ostendens, qui studuerunt apud se eam retinere. Vere enim ancilla est, ut quæ implendis divinis mandatis religiosa sit; filia vero, ut quæ in omnibus expressam nihilque evariantem cum Deo similitudinem habitu nacta sit; mater denique, quod C et in aliis virtutis habitus exsistat parens. Cæterum lætamini jam et exsultate, qui nobiliorem gregis vestri partem receperitis; ac vel maxime, quod et sanctum dominum meum Georgium presbyterum, divinam vere pro nominis ratione culturam, divinique ac magni Georgii cultorem probatissimum, abunde accepistis: virum opere ac sermone idoneum coram Deo et omni populo, quod attinet ad animorum solertem culturam: quo fit, ut omnibus diligentibus Deum **365** charissimus sit. Quia vero ego hactenus semivivus alteraque dissectus parte ab eorum oppido avulsus utili societate remansi, aut me quoque velut languidum ægrumque membrum assumite ac curate, aut recreate vestris pre- D cibus, et ad ferendam tranquillo animo ac imperturbato sejunctionem vos ipsi animos facite. Nam hoc quoque divini verique sacerdotii muneris est.

ΛΒ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἀββᾶν Πολυχρόνιον.*

Ἐπειδὴ ταφὴν τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν νεκρωθέντος καὶ ταφέντος κατὰ σάρκα Χριστοῦ, καὶ ἀνάστασιν ἑορτάζειν μέλλομεν, σκοπήσωμεν εἰ καὶ ἡμεῖς ἐνεκρώθημεν, καὶ ἐτάφημεν κατὰ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, καὶ ἀνέστημεν κατὰ τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν ἀνακαι-

XXXII. — *Ejusdem ad abbatem Polychronium.*

Quandoquidem Christi pro nobis secundum carnem mortui atque sepulti sepulturam ac resurrectionem sumus celebraturi, consideremus num et nos mortui simus atque sepulti secundum veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris; ac secundum novum resurrexe-

[a] Philipp. IV, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Hic Georgius indicio est, ad eumdem scriptam hanc epistolam, ad quem duæ superiores.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rimus, qui renovatur secundum imaginem ejus, qui creavit [p]. Signum autem prioris demortui, plena perfectaque liberatio a vitiis ac affectibus; signum vero posterioris suscitati, incontaminata veraque conscientiæ libertas, mentisque scientiæ munere illustratio. Ac siquidem hæc in nobis ita contigere, una cum Christo festum diem agamus; sin minus, hoc saltem enitamur, ne in morem Judæ, Verbum vitiis libidinibusque prodamus; neve Petri instar ipsum negemus [q]; ne forte pœnitentiam agere non valeamus, nulloque lucro pœnitudine ducti abducamur; aut fleamus amare, ac negationis stricturas eluamus. Verbi enim negatio est, nolle præ timore quod bonum ac officii est, agere; proditio vero, peccati in actu ac destinata voluntate, molitio: quorum absit ut unquam periculum faciamus.

A νούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος. Σημεῖον δὲ τῆς μὲν τοῦ πρώτου νεκρώσεως, ἡ τῶν παθῶν παντελὴς ἐλευθερία· τῆς δὲ τοῦ δευτέρου ἀναστάσεως, ἡ κατὰ συνείδησιν ἀκηλίδωτος καὶ ἀληθὴς παῤῥησία· καὶ ὁ κατὰ νοῦν φωτισμὸς τῆς γνώσεως. Καὶ εἰ μὲν ταῦτα γεγόνασιν ἐν ἡμῖν, Χριστῷ τῷ Θεῷ συνεορτάζωμεν· εἰ δὲ μήγε, ἀγωνισώμεθα κἂν μὴ προδοῦναι τοῖς πάθεσι τὸν Λόγον κατὰ τὸν Ἰούδαν, ἢ μὴ ἀρνήσασθαι κατὰ τὸν Πέτρον· μή πως οὐκ ἰσχύσωμεν μετανοῆσαι, καὶ ἀπαχθῶμεν ἀκερδῶς μεταμελούμενοι· ἢ πικρῶς κλαῦσαι καὶ πλῦναι τὰ τῆς ἀρνήσεως στίγματα. Ἄρνησις γάρ ἐστι τοῦ Λόγου, ἡ τοῦ πράττειν τὸ ἀγαθὸν διὰ φόβον παραίτησις· προδοσία δὲ, ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐμπρόθετος πρὸς ἁμαρτίαν ὁρμή· ὧν μὴ γένοιτο ἡμᾶς πεῖραν λαβεῖν.

B

XXXIII. — *Ejusdem ad eumdem.*

Siquidem ita rebus comparatum est, ut, quod ait magnus tentationum edomitor Jobus: *Tentatio sit vita hominum* [r]; *Mundusque*, uti protulit Dominus, *in maligno positus sit* [s]; ac: *Multæ sint tribulationes* **386** *justorum* [t], ut pronuntiat magnus David; prorsusque necesse est, ut est auctor sanctus Apostolus, ut justo Dei judicio cum tentationes, tum luctam sive adversus homines, sive adversus dæmones habeamus [u], enixe Deo supplicemus ut patientiam tribuat, quo a vitiorum affectuumque cœno avelli valeamus, ac supra firmam petram consistere, imperturbati scilicet animi in Christo tranquillitatem, exstinctis in nobis ac emortuis, tum quæ tentat, vita; tum qui malignatur, mundo; tumque hominibus, tum dæmonibus, hoc est, luxuriosa vita, sensusque libidinoso errore ac carnalibus affectibus, animique vitio ac libidine concretis motibus, ac quæ horum causa invitis mala inferuntur, *tribulationes* nuncupata. Patienter ergo feramus, ut salutem consequamur. Nam qui patienter sustinuerit in finem, salvus erit [v]. Pax Christi nobiscum. Amen.

C

ΛΓ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Εἰ κατὰ τὸν μέγαν νικητὴν τῶν πειρασμῶν Ἰὼβ, *Πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ὁ κόσμος*, ὡς εἶπεν ὁ Κύριος, *ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται*· καὶ, *Πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων*, ὡς ὁ μέγας ἀποφαίνεται Δαβὶδ, καὶ τοὺς πειρασμοὺς, καὶ τὴν πάλην, ἢ πρὸς ἀνθρώπους, ἢ πρὸς δαίμονας κατὰ τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ, πάντως ἔχειν ἡμᾶς δεῖ, κατὰ τὸν ἅγιον Ἀπόστολον, παρακαλέσωμεν τὸν Θεὸν ὑπομονὴν δοῦναι, πρὸς τὸ δυνηθῆναι ἡμᾶς ἐκ τῆς ἰλύος τῶν παθῶν ἀνασπασθῆναι, καὶ στῆναι ἐπὶ τὴν ἀσειστον πέτραν, τὴν ἐν Χριστῷ λέγω· διὰ τῆς χάριτος ἀπάθειαν· νεκρωθέντων ἐν ἡμῖν τοῦ τε πειράζοντος βίου, καὶ τοῦ πονηρευομένου κόσμου, καὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν δαιμόνων, τουτέστι, τῆς ἐμπαθοῦς ζωῆς, καὶ τῆς κατ' αἴσθησιν ἡδονικῆς ἀπάτης, καὶ τῶν σαρκικῶν παθημάτων, καὶ τῶν ψυχικῶν ἐμπαθῶν κινημάτων, καὶ τῶν ἐπὶ τούτοις ἀκουσίων ἐπαγωγῶν, αἵτινες *θλίψεις* ἐκλήθησαν. Ὑπομείνωμεν οὖν ἵνα σωθῶμεν· ὅτι ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος σωθήσεται. Ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ μεθ' ἡμῶν, Ἀμήν.

XXXIV. — *Ejusdem ad eumdem.*

Pacem Dominus ad mortem proficiscens nobis dimisit; iterumque resurgens ex mortuis, pacem nobis dedit [x]. Quidnam vero utrisque subindicans? Nempe operæ pretium esse, ut contrariis rerum eventus ac tempora imperturbati animi tranquillitate feramus, ut neque molestis casibus succumbentes, meliori spe destituamur; neque lætis rebus acquiescentes iisque nobis placentes, erudientem nos rationem repellamus; sed iidem, sive adversis rebus sive prosperis, consistamus. Id vero non aliter fiat, quin prius super aspidem et basiliscum ambulaverimus [y] (superiores scilicet evaserimus, quam ut divinis sermonibus non obtemperemus,

D

ΛΔ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Εἰρήνην ἀπιὼν πρὸς τὸ πάθος ὁ Κύριος ἀφῆκεν ἡμῖν· καὶ πάλιν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν εἰρήνην δέδωκεν ἡμῖν. Τί διὰ τούτων αἰνιττόμενος; Τὸ δεῖν τοὺς ἐναντίους καιροὺς ἀπαθῶς διαφέρειν ἡμᾶς, μήτε ταῖς λυπηραῖς περιστάσεσιν ὑποπίπτοντας, κρείττονος ἐλπίδος εἶναι χωρὶς, μήτε ταῖς φαιδραῖς ὑποθέσεσι συμπεριφερομένους, τὸν παιδαγωγοῦντα ἡμᾶς λογισμὸν ἀπωθεῖσθαι· ἀλλὰ τοὺς αὐτοὺς εἶναι καὶ πάσχοντας καὶ εὐπαθοῦντας. Τοῦτο δὲ οὐ γίνεται, εἰ μὴ πρότερον ἐπιβῶμεν ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον· τουτέστιν ὑπεράνω γενώμεθα παρακοῆς τῶν θείων λόγων, καὶ παραδοχῆς τῶν πονηρῶν λογισμῶν· καὶ καταπατήσωμεν λέοντα καὶ δράκοντα, τουτέστι θυ-

[p] Ephes. IV, 22-24. [q] Matth. XXVI, 70. [r] Job VII, 1. [s] I Joan. V, 19. [t] Psal. XXXIII, 20. [u] Ephes. VI, 12. [v] Marc. XIII, 13. [x] Joan. XIV, 27; Joan. XX, 19. [y] Psal. XC, 13.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μὸν καὶ ἐπιθυμίαν· ὧν ἀπογευομένων, πᾶσα ἡμῖν ἔσται εἰρήνη, μηδενὸς ἡμᾶς κινῆσαι δυναμένου πρὸς μηδὲν τῶν ὧδε μενόντων. Κρατήσωμεν θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας, καὶ ὅλον ὁμοῦ τὸν οἶκον τῶν ἀλλοφύλων μετὰ τῶν ἐν αὐτῷ κατεβάλομεν, τὴν ἐμπαθῆ ζωήν τε καὶ ἀγωγὴν τοῖς πάθεσι συναποκτείναντες.

A pravasque cogitationes animo admittamus), et conculcaverimus leonem et draconem [z], iram scilicet et cupiditatem: per quarum absentiam omni pace fruemur; cum nihil sit quo deinceps ad aliquid terrenorum moveri valeamus. Iram subigamus ac cupiditatem, omnisque nobis alienigenarum cum tota familia eversa domus erit, ut qui libidinosam vitam ac disciplinam, una cum perturbationibus vitiisque sustulerimus.

—

ΑΕ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Εἰ μετὰ τὴν μεγάλην καὶ φοβερὰν ἐκείνην ἔρημον, ὁ Ἰσραηλίτης λαὸς τὴν γῆν λαμβάνει τῆς ἀναπαύσεως, καὶ τὸ πάντων καταπληκτότερον [καταπληκτικώτερον] ἄκουσμα, ὁ δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος Θεὸς ὢν καὶ πάντων Κύριος, διὰ παθημάτων καὶ σταυροῦ καὶ θανάτου, εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ εἰσέρχεται, οὐκ ὄντος ἄλλου τρόπου ὡρισμένου αὐτῷ, καθὼς γέγραπται· *Οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ;* Μὴ ἐκκακήσωμεν ἐν ταῖς θλίψεσιν ἐκλυόμενοι· ἀλλ' *ἀφίδωμεν εἰς τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν*· καὶ ὑπομείνωμεν τὰ συμβαίνοντα γενναίως. Πάσης γὰρ θλίψεως τέλος ἐστὶν ἡ χαρά· καὶ παντὸς κόπου ἡ ἀνάπαυσις, καὶ πάσης ἀτιμίας δόξα· καὶ ἁπλῶς, πάντων τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς ἀγώνων τέλος ἐστὶ, τὸ μετὰ Θεοῦ γενέσθαι διὰ παντὸς, καὶ τῆς αἰωνίου καὶ πέρας μὴ ἐχούσης ἀνέσεως ἀπολαῦσαι. Ἀλλ' εὔξαι, Πάτερ, ἵνα τύχωμεν αὐτῆς καλῶς τὴν θάλασσαν τοῦ βίου περάσαντες, καὶ ἀβρόχους τὰς νοητὰς βάσεις τῆς ψυχῆς τῆς αὐτοῦ ἅλμης φυλάξαντες

367 XXXV. — *Ejusdem ad eumdem.*

Quandoquidem post magnæ illius ac formidolosæ solitudinis iter, Israeliticus populus promissæ terram quietis nanciscitur; quodque auditu magis stupendum, ipse qui Deus omniumque Dominus cum esset, nostri causa homo factus est, per passiones crucemque ac mortem in gloriam suam intrat, nullo alio ei prædestinato modo, sicut scriptum est [a]: *Nonne hæc oportuit pati Christum, et intrare in gloriam suam* [a]? ne deficiamus animum despondentes in afflictionibus; sed *aspiciamus in auctorem salutis nostræ ac consummatorem Jesum* [b]; strenueque adversos sustineamus casus. Omnis enim afflictionis finis, gaudium est; omnisque laboris, requies; atque omnis ignominiæ, gloria; et ut verbo dicam, omnium virtutis causa malorum et ærumnarum atque laborum finis est, cum Deo versari in sempiternum, æternaque, ac quæ nullum finem habitura sit, requie frui. Verum ora, Pater, ut, præclare superato vitæ pelago siccisque ab ejus solo servatis animi vestigiis, illius compotes efficiamur.

—

ΑϚ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Εὐλογημένος ἐστὶν ὁ δεσπότης ἡμῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ εὐλογημένος ὁ κῆπος τῆς καρδίας αὐτοῦ, ὃν ἐφύτευσεν ὁ ἀληθινὸς γεωργὸς Ἰησοῦς, καὶ πεπλήρωκεν ἀθανάτων φυτῶν δικαιοσύνης· οὗ καὶ ἡμεῖς τῶν καρπῶν μετελάβομεν, τῶν αὐτοῦ πνευματικῶν λαχάνων ἐμφορηθέντες· οἷς καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος οἶδε τρέφειν, τοὺς πρὸς τὴν ἄμεσον τῶν θείων αὐτοψίαν ἐξασθενοῦντας· βρωματίζων αὐτοὺς ὥσπερ λάχανα τὴν φυσικὴν τῶν ὁρατῶν θεωρίαν· καὶ διὰ τῆς τῶν φαινομένων μεγαλοπρεπείας, πρὸς τὸν αὐτῆς κτίστην χειραγωγῶν· ὃν μιμούμενος καὶ ὁ εὐλογημένος ἡμῶν Πατὴρ καὶ διδάσκαλος, φιλοστόργως ἡμᾶς ἐφιλοφρόνησε, ταύτης ἡμῖν τῆς κτίσεως συμβολικῶς παραθεὶς διὰ τῶν λαχάνων τὴν κατανόησιν. Ἀλλὰ μετάδος καὶ στερεᾶς τροφῆς, καὶ κίνησον ἡμῶν ἀνορεκτοῦσαν πρὸς τὰ θεῖα τὴν ταῖς ἡδοναῖς παρειμένην ψυχὴν, ἐπιστύφων τῷ λεπτοτέρῳ τῆς προνοίας καὶ τῆς κρίσεως λόγῳ τὴν ἔφεσιν· ἵνα μὴ μόνον λαχάνοις διατρέφῃς τοὺς σοὺς μαθητὰς, μόνους τοὺς τῶν γινομένων καὶ ἀπογινομένων λόγους διδάσκων· ἀλλὰ καὶ σίτῳ, καὶ οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ, τοῖς τῶν ἀϊδίων στηρίξῃς λόγοις· τόν τε συνεκτικὸν τῶν ἀρετῶν ὡς στερρὸν ἄρτον λόγον διδοὺς, καὶ τῷ κατὰ τὴν ἄλη-

XXXVI. — *Ejusdem ad eumdem.*

Benedictus dominus noster Domino, et benedictus hortus cordis ejus, quem plantavit verus cultor Jesus, et immortalibus justitiæ plantis implevit; cujus et fructibus impartiti sumus, spiritalibus ejus saturati oleribus: quibus et magnus Apostolus eos consuevit alere [c], qui sunt infirmiores, quam ut ipsi immediate divina contueri possint ac inspicere, cibans eos quasi oleribus, rerum in aspectum cadentium naturali speculatione, exque rerum oculis subjectarum magnificentia, ad ipsum qui condidit manu ducens: quem et imitatus Pater noster ac magister, amantis Patris more nos laute excepit, hujus nobis creaturæ considerationem olerum symbolo apponens. Verum solido etiam cibo **368** impartire, divinorumque fastidio nauseantem voluptatibus remissum animum excita, subtiliore providentiæ ac judicii ratione cupiditatem astringens, ne solis oleribus discipulos nutrias, quod nimirum rerum duntaxat quæ oriuntur ac intereunt rationes doceas; sed et frumento, vinoque et oleo [d] (æternorum scilicet rationibus) constabili, ut et sermonem virtutes continentem ac conservantem velut solidum panem tribuas, ejusque

[z] Psal. xc, 13. [a] Luc. xxiv, 26. [b] Hebr. xii, 2. [c] Rom. xiv, 2. [d] Gen. xxvii, 37.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

scientiæ doctrina, quam nulla oblivio inobscuret, tanquam vino, ad deificam exstasim discipulorum tuorum corda concalefacias ; ac denique pacificum tranquillumque lenitatis habitum, olei instar nutrientem in his flammam atque inexstinctam servantem, tuorum animis servorum inseras.

στον γνῶσιν, ὥσπερ οἴνῳ τὴν καρδίαν λόγῳ διαθερμαίνων πρὸς ἔκστασιν θεοποιὸν τῶν σῶν ὀπαδῶν· καὶ τὴν διατρέφουσαν, καὶ ἄσβεστον τὸν ἐν τούτοις διατηροῦσαν πυρσόν· καθάπερ ἔλαιον, τὴν εἰρηνικὴν καὶ ἀτάραχον τῆς πραότητος ἕξιν ἐμποιῶν τοῖς σοῖς οἰκέταις.

XXXVII. — *Ejusdem ad eumdem.*

Iterum venerabiles tuas litteras cum xeniis, Pater sancte, accepimus ; rursumque paribus prioribus bonis potiti sumus : qui nimirum xeniorum quidem munere, vitiorum æstum ac perturbationum, nostrum denigrantem animum, exstinguentes (præ illis enim, spiritales rationes comedimus ; nempe certo persuasum habentes, hæc a te non temere ac frustra nullaque ratione missa esse, qui in omnibus ratione ac spiritu comite movearis, ipsumque corporis cibum, animi nobis efficias doctrinam), in litteris vero, cunctarum parentem virtutum animi modestiam (humilitatem scilicet) offendentes (qua scilicet, tum bona animis procreantur, tum his, qui illis præditi sint, præstantes dotes conservantur), abunde in lacrymas resoluti sumus, intelligentes quantum ipsi ab ea via remoti simus. Tuus enim luctus, malorum, quorum ipsi rei tenemur, redargutio fuit; altoque sopore demersam mentem nostram excitavit, tumidæque jactantiæ peplo contectam nudavit memoriam, atque in nostram ipsorum agnitionem adduxit, percepto tantisper sensu molestiæ peccatorum nostrorum : ac vel modicum sapientiæ participes fecit, nostrorum nactos notitiam delictorum ; siquidem verax est, qui ait : *Qui seipsos agnoscunt,* **369** *sapientes sunt* [a]. Ne ergo cesseveris, venerande Pater, sermone pariter et doctrina nostrum vegetare animum, precibusque ad Deum exorare, ut a malis eruamur : quo ipse horum mercedem, perfectam animi puritatem illibata conscientia, ab eo consequaris.

ΛΖ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Πάλιν σου τίμιον γράμμα μετὰ ξενίων, ἄγιε Πάτερ, δεδέγμεθα : καὶ πάλιν τῶν ἴσων τοῖς προτέροις καλῶν ἀπηλαύσαμεν· τοῖς μὲν ξενίοις, τὴν μελαίνουσαν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καῦσιν τῶν παθῶν κατασβέσαντες· πρὸ αὐτῶν γὰρ τοὺς νοητοὺς λόγους βεβρώκαμεν· οὐκ εἰκῇ καὶ μάτην, καὶ ὡς ἔτυχε ταῦτα παρὰ σοῦ πεπέμφθαι πιστεύσαντες, τοῦ διὰ πάντων μετὰ λόγου κινουμένου καὶ πνεύματος· καὶ ψυχῆς ἡμῖν παίδευμα ποιουμένου, καὶ τὴν βρῶσιν τοῦ σώματος· τῷ δὲ γράμματι τὴν πασῶν μητέρα τῶν ἀρετῶν εὑρηκότες ταπείνωσιν, δι' ἧς ἥ τε γένεσις τῶν καλῶν καὶ φυλακὴ δημιουργεῖται τοῖς ἔχουσιν, ἱκανῶς ἐδακρύσαμεν, πόσον ταύτης ἀπῳκίσμεθα τῆς ὁδοῦ διαθρήσαντες. Τὸ γὰρ σὸν πένθος, τῶν ἐφ' οἷς ἐνεχόμεθα κακῶν ἔλεγχος γέγονε· καὶ βαθὺ κοιμωμένην ἡμῶν ἐξύπνισε τὴν διάνοιαν, καὶ τὴν μνήμην ἐγύμνασε κεκαλυμμένην τῷ πέπλῳ τῆς φυσιούσης οἰήσεως· καὶ πεποίηκεν ἡμᾶς ἑαυτῶν ἐπιγνώμονας, συμμέτρως ἐπαισθομένους τῆς τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ὀχλήσεως. Καὶ ποσῶς σοφίας μετόχους πεποίηκε, τῶν ἰδίων πλημμελημάτων λαβόντας διάγνωσιν, εἴπερ ἀληθὴς ὁ λέγων· *Οἱ ἑαυτῶν ἐπιγνώμονες σοφοί.* Μὴ τοίνυν παύσῃ, τίμιε Πάτερ, καὶ λόγῳ καινίζων ἡμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ δι' εὐχῆς τὴν τῶν κακῶν ἡμῖν αἰτούμενος λύτρωσιν· ἵνα τούτων λάβῃς μισθὸν παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ τὴν τελείαν τῆς ψυχῆς κατὰ συνείδησιν κάθαρσιν.

XXXVIII. — *Ejusdem ad eumdem.*

Gratias tibi ago, venerande Pater, quod te ipse optimæ pœnitentiæ præbueris exemplum, nempe auctor exsistens, ut per confessionem, latentes in nobis tenebrosos vitiorum thesauros nudemus : cujus vi ut confirmetur, quo peccatum prosequimur, odio comparatum est. Nos enim vere sumus qui vitia affectusque fovemus, quorum a patrato delicto memoria molestiam facit : qui nimirum velut cepas, pravarum cogitationum consensum diligamus, cujus labe animi oculus ad virtutem ac scientiam hebetatur, velut fere squamas, rerum in aspectum cadentium libidini conjunctas imagines formasque assumens. Cepe enim (Græce κρόμμυον) ex illis qui nominum rationem reddunt, *pupillæ obductio* (id est, κόρης μύσις) vocatur. Velut autem allia vitiorum actu ac affectuum adimpletionem edamus, qua animus plenus immunditia, verborum

ΛΗ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Εὐχαριστοῦμέν σοι, τίμιε Πάτερ, ὅτι μετανοίας ἀρίστης ἡμῖν σεαυτὸν δέδωκας ὑποτύπωσιν, πείθων δι' ἐξαγορίας τοὺς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς σκοτεινοὺς τῶν παθῶν γυμνῶσαι θησαυρούς· δι' ἧς τὸ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐπικυροῦσθαι πέφυκε μῖσος. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἐπ' ἀληθείας οἱ τὰ πάθη περιέποντες, ὧν ἡ μνήμη μετὰ τὴν πρᾶξιν φέρει τὴν ἀηδίαν· ὡς μὲν κρόμμυα, τὴν τῶν πονηρῶν ἀγαπῶντες λογισμῶν συγκατάθεσιν, καθ' ἣν τὸ τῆς ψυχῆς ὀπτικὸν πρὸς ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἀμβλύτερον γίνεται, λεπίδας ὥσπερ λαμβάνον, τὰς ἐμπαθεῖς τῶν ὁρατῶν φαντασίας. Κόρης γὰρ μύσις κατὰ τοὺς ἐτυμολογοῦντας τὸ κρόμμυον. Ὡς δὲ σκόροδα, τὴν δι' ἐνεργείας τῶν παθῶν συμπλήρωσιν τρώγοντες, καθ' ἣν ὁ νοῦς ἀκαθαρσίας πληρούμενος, τοῖς ἔξω πνεῖ δι' αἰσχρῶν ῥημάτων τε καὶ τρόπων, τὴν ὧν διὰ πράξεως βέβρωκε κακῶν δυσωδίαν. Ἀλλὰ δίδαξον

[a] Prov. xiii, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡμᾶς, ἅγιε Πάτερ, πῶς μετὰ τὴν τούτων ἀποβολὴν ἀγαπήσομεν τὸ μάννα· φημὶ δὲ τὸν λογικὸν τῆς θείας γνώσεως ἄρτον, οὐρανόθεν ἡμῖν ὑόμενον, καὶ φυλάξομεν ἄφθαρτον· μήτε πρὸς τὴν αὔριον, δι' ἀναβολῆς θησαυρίζοντες, ἵνα μὴ βράσῃ σκώληκας παθῶν σαρκικῶν, διὰ τῆς ἀργίας ἀηπόμενον· μήτε δι' ἐπιδείξεως θριαμβεύοντες, ἵνα μὴ γένηται φροῦδον τῇ κενοδοξίᾳ τηκόμενον. Τοιούτοις καὶ πάλιν λόγοις θρέψον ἡμᾶς, τίμιε Πάτερ, τοὺς σοὺς μαθητάς, καὶ παράθου δι' εὐχῆς τῷ Θεῷ, δίχα τῆς σῆς μεσιτείας προσκυνῆσαι μὴ δυναμένους. A morumque turpitudine, eorum quæ per actionem edit, malorum fetorem large illis spirat, qui foris sunt. Verum doce nos, sancte Pater, quomodo ubi hæc abjecerimus, manna diligemus (rationalem scilicet divinæ scientiæ panem, qui nobis e cœlo pluit [f]) incorruptumque servabimus; qui nec in crastinum per dilationem nobis reponamus, ne vermes ebulliat carnalium affectuum, dum per otiositatem computrescit; nec per ostentationem jactemus ac publicemus, ne inanis gloriæ tabo inane nullarumque virium reddatur. Ejuscemodi sermonibus rursus etiam nos ale, venerande Pater, qui tui sumus discipuli, Deoque precibus commenda, qui nisi tua intercessione pii cultores esse non valemus.

ΛΘ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.*

Ἀφθόνως ἡμῶν διατρέφεις, ἡγιασμένε Πάτερ, τόν τε φαινόμενον καὶ τὸν νοούμενον ἄνθρωπον· τῷ μὲν σώματι χορηγῶν τὰ πρὸς σύστασιν· τῇ δὲ ψυχῇ δίδους τὰ πρὸς αὔξησιν τὴν ἐν πνεύματι. Πεποίηκέ σε γὰρ ὁ Θεὸς κατ' ἀμφότερα πλούσιον, εὐλογήσας τὴν εἴσοδόν σου. Εἴσοδον μὲν γὰρ λέγω, τὴν τῶν χορηγουμένων σοι παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων κτῆσιν, πολυπλασιαζομένην διὰ τῆς πράξεως· ἔξοδον δὲ, τὴν ἄλλοις παρὰ σοῦ γινομένην τοῦ λόγου διάδοσιν· καὶ ἐν ἐκείνοις δηλαδὴ τοῖς λαμβάνουσιν, ὥσπερ καρπὸν φέρουσαν τὴν τῶν καθηκόντων ἐνέργειαν. B **370** XXXIX. — *Ejusdem ad eumdem.*

Large nostrum hominem, sancte Pater, alis, tum qui oculis conspicuus est, tum qui mente intelligitur : qui nempe corpori subministres quo illud sustentetur, animo vere tribuas, quibus in spiritu augeatur. Deus enim utrisque te divitem reddidit, benedicens introitum tuum et exitum tuum [g]. Nempe introitum dico, quæ a Deo donorum possessio, actionis cultu multiplicata, tibi præstatur : exitum vero, quam in alios impartiris doctrinam, quæ ipsa in illis (qui videlicet accipiunt), veluti fructum, eorum operationem justamque functionem ferat, quæ officii sunt.

S. MAXIMI EPISTOLÆ ALIQUOT

Ex codice serenissimi Magni Ducis et Romano [a].

M'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν Θαλάσσιον πρεσβύτερον καὶ ἡγούμενον.*

Τῷ σοφῷ καὶ τιμίῳ γράμματι τῆς ὑμετέρας, δέσποτα, πατρικῆς ἁγιωσύνης ἐντυχὼν ἐπιμελῶς· πάντα τε σκοπήσας, καὶ πᾶσάν μου τῆς συνειδήσεως ἀναγνοὺς τὴν βίβλον, οὐδὲν εὗρον ἐμοὶ τῶν ἐμφερομένων..εσω..ολο..θάττον συνέστειλα τῆς ψυχῆς τὸν τόνον, διασφίγξας τὴν χαύνωσιν, ἀλλοτρίων καλῶν ἐπαίνοις προστεθῆναι, μάταιον ἡγησάμενος, καὶ μόνης ἴδιον εἶναι κρίνας ψυχῆς τὴν ῥοπὴν ἐχομένης πρὸς πᾶσαν ἀπάτην ἐπαγωγόν. Τῷ ὄντι γὰρ μάταιον, ὡς ἀρετῆς μεστὸν ἐπαίνους οἰκειοῦσθαι προπετῶς πειρᾶσθαι, τὸν ἐν τοῖς πράγμασι τὸ κλέος τῶν λεγομένων οὐκ ἔχοντα. Ἀλλ' ὁ ἐμὸς δεσπότης ἐκ τῶν οἰκείων τῆς ἀρετῆς πλεονεκτημάτων τὰ τῶν ἄλλων κρίνων, ψηφίζεται, διὰ περιουσίαν θεοειδοῦς τελειότητος τὸ αἶσχος καλύπτων, τὸν πολλοῖς... παθῶν τετρωμένον, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον. Πλὴν ἐγὼ, δέσποτά μου εὐ- C XL. — *Ejusdem ad eumdem Thalassium presbyterum et hegumenum.*

Lectis sedulo sapientissimis venerabilibusque paternæ sanctitatis vestræ, domine, litteris, cunctisque dispectis, ac conscientiæ meæ omni evoluto libro, eorum, quæ illis mihi tribuuntur, nihil in me offendi. Quocirca mentis statim intentionem compressi, animi astringens mollitiem, rem plenam dementiæ ratus, alienæ virtutis laudibus affici, ejusque duntaxat existimans proprium, qui ad omnem proclive errorem abduci se patiatur. Revera enim stultum est, in **371** hoc studere ut laudes quis temere arripiat, ac si virtute ipse præfulgeat, qui eorum, quorum nomine celebratur, in se D decus non habeat. Verum meus dominus, aliorum decora ex virtutis suæ præstantia æstimans, qua pollet deiformis perfectionis abundantia, quod sit probro occultans, multis vitiorum affectuumque.... saucium, approbat ac laudat, ut iis consuetum

[f] Exod. xvi, 15. [g] Psal. cxx, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Suppeditavit, suaque manu exscripsit, ac autographum utendum dedit, V. Cl. idemque eruditissimus D. Emericus abbas Bigotius.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

est qui Dominum diligunt. Cæterum ego, domine mi benedicte, lucidissimæ virtutis laude perfectionis jussionem, promptissimus suscepi : hinc forsitan omni vituperio ac labe onerandus, ut qui præ temeritate..... dilectionem vestram prætulerim..... hac propensius parte domino Thomæ abbati obsequens : nimirum in hoc collatis votis, ut quod sic a vobis jussum est (sufficiens puto argumentum per hiemem) possimus adimplere. Valeas, mihi plurimum, dilecte ac venerabilis Pater, tuisque ad Deum precibus famulum tuum ac servum (addam vero et amantem) serves, tua intercessione a diaboli insidiis omnibus liberans.

Venetiis, Scirrophorionis (i. Maii) exeuntis quinta, anno salutis MDXCIX.

Ὁ αὐτὸς Μάξιμος Μαργούνιος, τοῖς περὶ τὴν ἱερὰν φιλοσοφίαν ἐσχολακόσι, χάριτος θείας ἐπίδοσιν.

488 *Idem Maximus Margunius, his, qui sacræ philosophiæ ponunt operam, divinæ gratiæ augmentum.*

Οἷος μὲν ὁ ἱερὸς Μάξιμος, καὶ οἵους ὑπὲρ τῆς τῶν τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας δογμάτων συστάσεως, πρὸς

Qualis quidem sacer Maximus fuerit, quantaque pro sanctæ Ecclesiæ constabilienda doctrina, adver-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sus hæreticos conserta acie, certamina sustinuerit, tum illius cum impio Pyrrho disputatio, quod duæ in Christo post unitionem astruendæ sint naturæ [voluntates], tum ejus alia plurima monumenta, sapientiæ divinæ plenissima, clare demonstrant: quo item modo solertissimum pacatorem ac judicem arbitrum cum pietate, componendo, quod inter Ecclesias dissidium quandoque emerserat, sese præbuerit; sed et speciatim sanctorum inculpatam omnino fidem atque doctrinam, scriptis illorum monumentis, vindicaverit, tum scripta ad Marinum Cypr. presbyterum epistola, tum eorum Gregorii Nysseni sermonum, qui ad restitutionem in integrum spectant, eaque laborare videntur, lenitio ac curatio, atque ejus generis alia, perspicue admodum ac magnifice prædicant. Cæterum ubi sacræ Scripturæ interpretem agit, sic abditum sacris eloquiis thesaurum, a terreno crassoque involucro ac cortice depurgat, ac qui eis competit doctrinæ morum sensum lepide exornat, pronum ad terrena animum, ad spiritalem decorem perpoliens, atque ad celsam contemplationis arcem, mentem provehens, divinorumque mystas et epoptas (iis doctos ac inspectores) efficiens, ut ad divinum quoddam elegans simulacrum transmutet, ejus formæ, qui est speciosus forma præ filiis hominum [1] mentisque ad potiora ascensionibus ad divinam perfectionem manuducat. Longe vero, quantum mihi assequi licet, reliquos superavit, spiritaliori sublimioreque (mystico et anagogico) exponendi genere. Etenim haud raro, ceu primo quodam involucro relicto, quod Scripturæ humile est, una sensorum sublimitate deliciatur, lautaque præclaris horum convivis instruenda mensa plurimum immoratur. Noverunt sic rem habere, qui haud levius, ejus ad Thalassium presbyterum de variis difficilibus sacræ Scripturæ locis, quæstionibus animum adjecerunt, quater item centenis capitibus de charitate ad Elpidium, necnon ducentis de theologia deque in carne dispensatione; ut et quinquies centenis de virtute et vitio, ejusque ad diversos epistolis, atque aliis ejus generis. His nimirum, quisquis legendo animum satis adhibeat, terrena omni necessitudine superior evadit, velutque assumptis alis, ad divinam, quoad mortali licet, intelligentiam dilectionemque provehit. Judicent alii, quorum major judicii vis et solertia, sancti hujus viri eximiam sæcularis litteraturæ peritiam, actionis vim in contemplatione inque actione contemplationis vim, præclaram revera conversionem, omnique religioso animo longe desideratum par jugumque; quibus omnibus nedum accuratus dogmatum assertor ac theologus, verum etiam philosophus proditur. Ejus generis est, et quæ in manibus versatur præsens lucubratio. *Quorumnam signa sint, quæ in sancta Ecclesia in divina synaxi ejusque ritu peraguntur*, cunctis plane Christianis, ac præcipue iis, quorum in sa-

αἱρετικοὺς διαμαχόμενος, τοὺς ἀγῶνας ὑπέστη· ἥ τε πρὸς Πύρρον τὸν δυσσεβῆ αὐτοῦ προσδιάλεξις, περὶ τοῦ δεῖν δύο μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐπὶ Χριστοῦ φύσεις ὁμολογεῖν, καὶ ἄλλα πλεῖστα τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων, τῆς κατὰ Θεὸν σοφίας πληρέστατα, σαφῶς παριστάνουσιν· ὅπως δὲ καὶ δεξιώτατον μετὰ τοῦ εὐσεβοῦς διαλλακτήν τε καὶ διαιτητὴν παρέσχεν ἑαυτὸν τῆς μεταξὺ τῶν Ἐκκλησιῶν ἀναφυείσης ποτὲ διαμφισβητήσεως· ἀλλὰ καὶ ἐν μέρει ἔστιν οἷς τῶν ἁγίων τὸ πάντη ἀνεπίληπτον ἔν γε τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασι διετήρησεν· ἥ τε πρὸς Μαρῖνον Κύπρου πρεσβύτερον ἐπιστολή, καὶ ἡ τῶν τοῦ ἱεροῦ Νύσσης λόγων, ὅσα γε εἰς τὴν ἀποκατάστασιν ἥκει, γενομένη αὐτῷ θεραπεία, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λαμπρῶς πάνυ ἀνακηρύττουσιν. Ἐν οἷς μέντοι ἑαυτὸν ἑρμηνέα καθίστησι τῆς ἁγίας Γραφῆς, οὕτως ἀνακαθαίρει τοῦ ὑλώδους ἐπικαλύμματος τὸν ἐγκεκρυμμένον τοῖς ἱεροῖς λογίοις θησαυρὸν, καὶ τῶν προσεχόντων αὐτῷ κατακαλλύνει τὸ ἦθος, τὸ πρὸς τὴν ὕλην ἐπίρρεπὲς τῆς ψυχῆς πρὸς κάλλος ἀποξέων πνευματικὸν, πρός τε τὸ ὑψηλὸν τῆς θεωρίας ἀναβιβάζων τὸν νοῦν, καὶ τῶν θείων μύστας τε καὶ ἐπόπτας ἀπεργαζόμενος, ὡς εἰς θεῖόν τι ἄγαλμα τῆς καθ' ὁμοίωσιν ὡραιότητος τοῦ κάλλει ὡραίου παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων μετασκευάζειν αὐτούς· καὶ εἰς τὴν κατὰ Θεὸν τελείωσιν ταῖς ἐπὶ τὰ κρείττω τοῦ νοῦ ἀναβάσεσι χειραγωγεῖν. Πολὺ δὲ, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, τοὺς ἄλλους παρῆλασε τῷ μυστικωτέρῳ τε καὶ ἀναγωγικωτέρῳ τῆς ἑρμηνείας τρόπῳ. Καὶ γὰρ κάτω που καταλείπων πολλάκις τὸ τοῦ λόγου οἱόν τι προκάλυμμα ταπεινὸν, τῷ ὕψει καὶ μόνῳ τῶν νοημάτων ἐντρυφᾷ· καὶ πολύς ἐστιν ἐν τῷ δαψιλῆ τούτων τοῖς τῶν τοιούτων καλοῖς δαιτυμόσι συμπαρασκευάζειν τὴν τράπεζαν. Ἴσασι τοῦτο οἱ μὴ ἐπιπολαιότερον τοῖς πρὸς Θαλάσσιον τὸν πρεσβύτερον περὶ διαφόρων ἀπόρων τῆς ἁγίας Γραφῆς ἐγκεκυφότες ζητήμασι· τοῖς πρὸς Ἐλπίδιον περὶ ἀγάπης τετρακοσίοις κεφαλαίοις· τοῖς περὶ θεολογίας καὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, διακοσίοις· καὶ τοῖς περὶ ἀρετῶν καὶ κακίας πενταχοσίοις· καὶ ταῖς πρὸς διαφόρους αὐτοῦ ἐπιστολαῖς, καὶ ἄλλοις τοιούτοις· δι' ὧν ἕκαστος τῶν μετὰ προσοχῆς ἀναγινωσκόντων, τῆς πρὸς τὴν ὕλην συμπαθείας ἀνώτερος γίγνεται, καὶ οἷον ἀναπτεροῦται πρὸς τὴν τοῦ Θείου δυνατὴν κατανόησιν καὶ ἀγάπησιν. Κρινόντων ἄλλοι, οἵ γε ἡμῶν κριτικώτεροι, τὸ περὶ τὴν ἔξω σοφίαν τοῦ ἱεροῦ ἀνδρὸς περιττὸν, τὸ πρακτικὸν ἐν θεωρίᾳ, τὸ ἐν πράξει θεωρητικὸν, τὴν καλὴν ὄντως ἀντιστροφὴν, καὶ πάσῃ θεοφιλεῖ ψυχῇ ἀξιέραστον ξυνωρίδα· οἷς πᾶσιν οὐ μόνον δογματιστὴς ἀκριβὴς καὶ θεολόγος, ἀλλὰ δὴ καὶ φιλόσοφος ἀναδείκνυται. Τοιούτου δὲ γένους, καὶ τὸ παρόν ἐστι σύγγραμμα, τὸ περὶ τοῦ, *Τίνων σύμβολα τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐπὶ τῆς θείας Συνάξεως τελούμενα, πραγματεία*, τῷ ὄντι πᾶσι Χριστιανοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς περὶ τὰς ἱερὰς τελετὰς κατασχολουμένοις, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν διδάσκειν ἐμπεπιστευμένοις, λυσιτελεστάτη τε

[1] Psal. XLIV, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἅμα καὶ ἀναγκαιοτάτη· ἐν ᾗ τοσοῦτον ἀνώτερος γέγονεν ἑαυτοῦ, ὅσῳ γε τῶν ἄλλων ἡ τοιαύτη θεωρία ὑψηλοτέρα καθέστηκε, τὴν χωρητὴν ἡμῖν τῶν κατὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν τελουμένων μυστηρίων γνῶσιν ἐμποιοῦσα καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς ἱεραρχίαν ἐκμιμεῖσθαι παρασκευάζουσα. Ταῦτ' οὖν ὁλοψύχως ἀποδεξάμενοι, ὦ τῆς εὐσεβείας διάπυροι ἐρασταί, καὶ τῶν ἐν τούτοις καλῶν ἔν γε τῷ μεταξὺ ἀπολαύοντες, ἀντὶ τούτων τοῖς χαρισαμένοις τὴν πρὸς Θεοῦ χάριν ἐκλιπαροίητε, ὅσον οὔπω καὶ τοῖς ἄλλοις τούτου πανσόφοις συγγράμμασιν ἐντευξόμενοι. Ἔρρωσθε ἐν Χριστῷ Σωτῆρι.

A cris iisdem ritibus posita functio, ac quibus concredita docendæ plebis provincia, utilissima simul summeque necessaria: in qua tanto seipso sublimior excessit, quanto nimirum ejusmodi contemplatio ipsa reliquis altior exsistit, eam nobis, cujus capaces simus, mysteriorum, quæ peragantur in Christi Ecclesia, notitiam inserens, et ut cœlestis æmuli hierarchiæ simus, præbens. Hæc igitur totis animis suscipientes, vos pietatis fervore amantes, interimque hisce fruentes, horum gratia, his, qui gratiam intulerunt, gratiam a Deo exorate, quam omni sapientia refertis viri hujus libris aliis recreandi. Valete in Domino Servatore.

Ἐτελήσιν, Ἀνθεστηριῶνος τετάρτῃ φθίνοντος, κατὰ τὸ ,αφιθ' ἔτος τὸ σωτήριον. B

Venetiis, Anthesterionis (i. Septembr., al. April.) exeuntis quarta, anno salutis MDXCIX

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΑ,

ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΤΙΝΩΝ ΣΥΜΒΟΛΑ ΤΑ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΕΠΙ ΤΗΣ ΣΥΝΑΞΕΩΣ ΤΕΛΟΥΜΕΝΑ· ΚΑΘΕΣΤΗΚΕ. [1]

—

SANCTI MAXIMI

MYSTAGOGIA,

QUA EXPLICATUR

QUORUM SIGNA SINT, QUÆ IN SANCTA ECCLESIA PERAGUNTUR IN DIVINA SYNAXI, SEU COLLECTA.

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Πῶς σοφώτερος γίνεται λαβὼν ἀφορμὴν ὁ σοφός· καὶ δίκαιος γνοὺς, προσθήσει τοῦ δέχεσθαι, κατὰ τὴν θείαν Παροιμίαν· σαφῶς αὐτὸς, πάντων μοι τιμιώτατε, κατ' αὐτὴν ἔδειξας τὴν πεῖραν· ἔργῳ διδάξας ὅπερ ὁ θεῖος [2] σοφῶς ὑπαινίσσεται λόγος. Ἅπαξ γὰρ ἀκούσας μου κατ' ἐπιδρομὴν ἐπιτόμως, ὡς οἷόν τε ἦν, ἀφηγουμένου τὰ ἄλλῳ τινὶ μεγάλῳ γέροντι, καὶ ὄντως τὰ θεῖα σοφῷ περί τε τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἐπιτελουμένης ἁγίας συνάξεως, καλῶς τε καὶ μυστικῶς θεωρηθέντα· καὶ, ὡς ἐνῆν μάλιστα διδασκαλικῶς· ἀπῄτεις με κατεπεί-

C

489 PROOEMIUM.

Quomodo sapiens, accepta occasione, sapientior fiet, et Justus, qui cognovit, adjiciet ad recipiendum, ut est divinum Proverbium[a], ipse palam (o omnium mihi maxime venerande) ipsa ostendisti experientia; re docens, quod Scriptura divina sapienter subinnuit, pauloque obscurius consulto aperit. Cum enim ea, quæ ab alio quodam magno sene, et in rebus divinis plane erudito, pulchre ac mystice, et certa quadam (quantum fieri poterat) doctrinæ via ac ratione, de sancta Ecclesia, ac sancta, quæ in ea peragitur, synaxi, spiritali intelli-

[a] Prov. IX, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Cod. Reg. Μαξίμου μοναχοῦ περὶ ἐκκλησιαστικῆς μυσταγωγίας, τινῶν. Scoriacensis regis Catli. Πρὸς τὸν Θεοχάριστον. Fr. ut edita Hœsch [2] Edita σαφῶς ut Fr.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gentia fuerant exposita, me cursim, ac quam brevissime poteram semel edisserentem audiisses; postulasti statim vehementer urgens, ut eorum quæ dicta essent, scriptam narrationem tibi contraderem; nimirum scripturam oblivionis medicamentum, ac memoriæ auxilium habere statuens satagensque, tempus edomans **490** ac deterens omnia, ei natura comes esse aiens, ac ejusmodi, ut honestarum in ea rerum imagines formasque, ita ut ne sentiat quidem, per oblivionem diripere, prorsusque abolere valeat : eamque in rem modo aliquo instaurante egere, cujus munere rationis vis perpetuo vigens, inviolabilem integramque rerum memoriam consuevit servare. Quantum vero sapientius, hoc agere ut et semel audita menti infixa maneant, nec unquam ea avelli queant, quam ut solum auditu percipias, novit plane, quisquis vel minimum ingenuæ rationis curam gerit, nec ab ejus necessitudine prorsus alienus exsistit.

A γων ἐξαυτῆς, ἐγγραφόν σοι ποιεῖσθαι τὴν τούτων διήγησιν· λήθης φάρμακον καὶ βοήθειαν μνήμης ἔχειν τὸ γράμμα βεβουλημένος, φυσικῶς τὸν χρόνον ἐχούσης φάσκων δαμάζοντα· καὶ ἀνεπαισθήτως διὰ λήθης τῶν ἐναποκειμένων καλῶν συλᾷν τε καὶ ἀφανίζειν παντελῶς τοὺς τύπους καὶ τὰς εἰκόνας δυνάμενον· καὶ διὰ τοῦτο πάντως δεομένης τοῦ ἀνακαινίζοντος τρόπου, καθ' ὃν ἡ τοῦ λόγου δύναμις διὰ παντὸς ἀκμάζουσα συντηρεῖν πέφυκε τὴν μνήμην ἀπαθῆ καὶ ἀμείωτον. Ὅσον δὲ τοῦ ἁπλῶς ἀκούειν, τὸ καὶ διαμονὴν ἀκαθαίρετον τῶν ἀκουσθέντων ἐπιζητεῖν, ἐστὶ σοφώτερον, ἐπίσταται πάντως πᾶς ὁ καὶ μικρὸν εὐγενείας λογικῆς ἐπιμελούμενος, καὶ μὴ πάντη τῆς πρὸς τὸν λόγον οἰκειότητος ὑπάρχων ἀλλότριος.

Maximi modestia. Senis illius auctoris operis prædicatio. — Atque ego quidem primum (loquar enim quod reipsa est) hoc impositum argumenti genus suscipere recusans, non hoc agebam, aut sic animo affectus eram, quasi rem vobis (charissimi) gratam votisque expetitam, omni modo, quoad liceret, propense exsequi nollem; sed quod neque ejus gratiæ particeps essem, quæ eos qui digni sint, in hoc inducit, nec facultatis ususque dicendi experientia ulla fultus essem, quippe simplicius ac pene vulgi more educatus, rudisque omnino sermonis ex arte compositi : ejus scilicet, qui in sola gratiam elocutione habet; ac quo vulgus hominum maxime delectatur, dum nempe auditu voluptatem definiunt, tametsi plerumque nihil in profundo atque abditum habet, quod momento videri plurisque fieri merito possit : quodque item (vero propius dicto propriumque) subiret timor, ne vili meo dicendi charactere, beati ejus viri sublimem divinorum eloquentiam intelligentiamque injuria prope afficerem : postea tamen dilectionis (quæ omnibus fortior est) vi cedens, libens, quod ita injunctum erat, in me recepi, potius ducens, ut qui fere animo morosiores exsistunt, promptæ obedientiæ arrogantiæ imperitiæque labem aspergant, risuque excipiant, quam ut cunctando nolle me vobis in omni re honesta favere atque obsequi videar; modi dicendi ac elocutionis cura omni ac sollicitudine in Deum projecta, qui solus est rerum mirabilium effector [b], *docetque hominem scientiam* [c], *et linguam balborum facit disertam* [d]; inque angustiis, ac perplexis rebus, exitum invenit : Atque *a terra suscitat inopem, et de stercore erigit pauperem* [e]; a carnali scilicet sensu ac prudentia, fetidoque vitiorum cœno, pauperem spiritu : vel **491** eum qui vitii ac nequitiæ inops sit, ejusque pauper habitus, id est, illo carens, vel econtra, qui adhuc lege carnis vitiisque teneatur, eamque ob rem virtutis ac scientiæ inops pauperque exsistat.

B Κἀγὼ μὲν ὤκνουν παρὰ τὴν ἀρχὴν, τοῦ λόγου (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς) τὴν ὑπόθεσιν παραιτούμενος· οὐ τῷ μὴ θέλειν ὑμῖν, ἠγαπημένοι, παντὶ τρόπῳ διδόναι κατὰ δύναμιν τὸ καταθύμιον· ἀλλὰ τὸ μήτε τῆς ἐναγούσης πρὸς τοῦτο τοὺς ἀξίους μετειληφέναι χάριτος· μήτε μὴν πεῖραν ἔχειν τῆς πρὸς τὸ λέγειν δυνάμεώς τε καὶ τριβῆς, ἰδιωτείᾳ συντεθραμμένος, καὶ λόγων τεγνικῶν παντελῶς ἀμύητος ὑπάρχων, τῶν ἐν μόνῃ τῇ προφορᾷ τὴν χάριν ἐχόντων· οἷς οἱ πολλοὶ μάλιστα χαίρουσι, τῇ ἀκοῇ τὴν ἡδονὴν περιγράφοντες, κἂν εἰ μηδὲν τῶν τιμίων διὰ βάθους πολλάκις ἔχοιεν· καὶ τὸ, κυριώτερον εἰπεῖν καὶ ἀληθέστερον, δεδοικέναι μὴ καθυβρίσειν τῇ εὐτελείᾳ τοῦ ἡμετέρου λόγου τὴν ἐκείνου τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς περὶ τῶν θείων ὑψηγορίαν τε καὶ νόησιν· ὅμως δ' οὖν ὕστερον τῇ βίᾳ τῆς ἀγάπης C εἶξας, τῆς πάντων ἰσχυροτέρας, ἐδεξάμην ἑκὼν τὸ ἐπίταγμα· γελᾶσθαι μᾶλλον ἐπ' αὐθαδείᾳ τε καὶ ἀπαιδευσίᾳ, δι' εὐπείθειαν παρὰ τῶν μεμψιμοίρων ἑλόμενος, ἢ ὑμῖν διὰ τῆς ἀναβολῆς ἐν παντὶ καλῷ μὴ συμπροθυμεῖσθαι βούλεσθαι νομισθῆναι· τὴν περὶ τοῦ πῶς εἰπεῖν μέριμναν τῷ Θεῷ ἐπιρρίψας, τῷ μόνῳ θαυματουργῷ· καὶ *διδάσκοντι μὲν ἄνθρωπον γνῶσιν, τραυοῦντι δὲ γλῶσσαν μογιλάλων* [a]. καὶ τοῖς ἀπόροις πόρον ἐπινοοῦντι· καὶ *ἐγείροντι μὲν ἀπὸ γῆς πτωχὸν, ἀπὸ δὲ κοπρίας ἀνυψοῦντι πένητα*· τοῦ σαρκικοῦ λέγω φρονήματος, καὶ τῆς δυσώδους τῶν παθῶν ἰλύος· τὸν πτωχὸν τῷ πνεύματι ἢ τὸν κακίας πτωχεύοντα, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν πενόμενον ἕξεως· ἢ τοὐναντίον, καὶ τὸν ἔτι τῷ νόμῳ D τῆς σαρκὸς καὶ τοῖς πάθεσιν ἐνεχόμενον, καὶ διὰ τοῦτο τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν πτωχεύοντα καὶ πενόμενον χάριτος.

Dionysii tractandi ratio sacrorum rituum, alia ac Maximi. — Sed quia a sanctissimo vereque divino interprete Dionysio Areopagita, in libro quem est

Ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ παναγίῳ καὶ ὄντως θεοφάντορι Διονυσίῳ τῷ Ἀρεοπαγίτῃ ἐν τῇ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας πραγματείᾳ, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἱερὰν

[b] Psal. cxxxv, 4. [c] Psal. xciii, 10. [d] Sap. x, 21. [e] Psal. cxii, 7.

VARIÆ LECTIONES.

μογιλάλων cod. A et Fr.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς ἁγίας συνάξεως τελετὴν ἀξίως τῆς αὐτοῦ μεγαλονοίας τεθεώρηται σύμβολα· ἰστέον, ὡς οὐ τὰ αὐτὰ νῦν ὁ λόγος διεξέρχεται, οὔτε διὰ τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ προέρχεται. Τολμηρὸν γὰρ καὶ αὔθαδες καὶ ἀπονοίας ἐγγὺς, ἐγχειρεῖν τοῖς ἐκείνου πειρᾶσθαι, τὸν μήτε χωρεῖν αὐτὸν ἢ νοεῖν δυνάμενον [a]· καὶ ὡς ἴδια προκομίζειν, τὰ ἐνθέως ἐκείνῳ μόνῳ διὰ τοῦ Πνεύματος φανερωθέντα μυστήρια· ἀλλ' ὅσα καὶ ἄλλοις ὡς ληπτὰ παρ' αὐτοῦ φιλανθρώπως βουλήσει Θεοῦ παρελείφθη πρὸς ἔκθεσιν [b] καὶ γυμνασίαν τῆς αὐτῶν ἐκείνων περὶ τὰ θεῖα κατὰ τὴν ἕφεσιν ἕξεως· καὶ δι' ὧν συμμέτρως αὐτοῖς ἡ παμφαὴς τῶν τελουμένων ἀκτὶς κατανοουμένη καθίσταται γνώριμος, καὶ πρὸς ἑαυτὴν κατέχει τῷ πόθῳ περιληφθέντας, ἵνα μὴ παντελῶς οἱ μετ' αὐτὸν ὦσιν ἀργοὶ, τὴν πᾶσαν τοῦ χρόνου τῆς παρούσης ζωῆς ἡμέραν, οὐκ ἔχοντες τὸν πρὸς τὴν θείαν ἐκείνην ἀμπελουργίαν μισθούμενον λόγον, τὸν ὑπὲρ τῆς πνευματικῆς ἐργασίας τοῦ πνευματικοῦ ἀμπελῶνος, τὸ συλωθὲν κατ' ἀρχὰς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δι' ἀπάτης κατὰ τὴν τῆς ἐντολῆς παράβασιν, πνευματικὸν τῆς θείας καὶ βασιλικωτάτης εἰκόνος δηνάριον ἀποδιδόντα.

A elucubratus de ecclesiastica Hierarchia, ea quoque quæ in sacra sanctæ synaxeos celebratione occurrunt symbola, pro eo ac celsum ejus animum, omnique prudentia ornatum decebat, observata sunt ac exposita; sciendum, quod non eadem nostra hæc oratio nunc prosequitur, nec per eadem atque ille grassatur (audaciæ enim et arrogantiæ fuerit, insolentisque adeo dementiæ proximum, ipsa illi expedita, tractanda assumere, cum, qui nec ipsum capere, aut ejus satis mentem assequi, valeat; velutque sua proferre, quæ uni illi per Spiritum divinitus fuere manifestata, mysteria); sed quæ ab eo, aliis quoque, ceu ejusmodi ut capi possint (sic Deo annuente) exponenda benigne relicta sunt, ac quibus ipsorum, quo in divina desiderio feruntur, B habitus exerceatur; per quæ etiam, pro eorum captu temperate, splendidissimus rerum quæ peraguntur radius animo intellectus, notus ellicitur, illosque sibi adhibet, qui illius capti desiderio sunt, ne posteri toto vitæ, quæ hic agitur, tempore, penitus otiosi forent, divino illo sermone carentes, qui ad divinæ vineæ culturam redimitur [f]; cujus utique mercede pro vineæ spiritalis spiritali cultura, qui a principio nequissimi illius fraude, mandati transgressione nobis perierat, direptusque fuerat, spiritalis divinæ, summeque regalis imaginis denarius redditur.

Οὐ πάντα δὲ τὰ τῷ μακαρίῳ γέροντι μυστικῶς θεωρηθέντα λέγειν καθεξῆς ἐπαγγέλλομαι· οὐδ' αὐτὰ τὰ λεγόμενα, ὡς ἐνοήθη τε παρ' ἐκείνου καὶ ἐλέχθη· Ἐκεῖνος γὰρ, πρὸς τὸ φιλόσοφος εἶναι, καὶ πάσης παιδείας διδάσκαλος, δι' ἀρετῆς περιουσίαν καὶ τῆς περὶ τὰ θεῖα χρονιωτέρας τε καὶ ἐπιστημονικωτέρας τριβῆς καὶ φιλοπονίας, τῶν τῆς ὕλης δεσμῶν καὶ τῶν κατ' αὐτὴν φαντασιῶν ἐλεύθερον ἑαυτὸν καταστήσας, τόν τε νοῦν εἰκότως εἶχε ταῖς θείαις αὐγαῖς περιλαμπόμενον, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμενον εὐθέως [e] ὁρᾷν τὰ τοῖς πολλοῖς μὴ ὁρώμενα, καὶ τὸν λόγον ἑρμηνευτὴν ἀκριβέστατον τῶν νοηθέντων· καὶ ἐσόπτρου δίκην ὑπ' οὐδεμιᾶς κηλίδος παθῶν ἐμποδιζόμενον, ἀκραιφνῶς τὰ ἄλλοις μήτε νοηθῆναι δυνάμενα, καὶ φέρειν καὶ λέγειν ἰσχύοντα· ὡς δύνασθαι τοὺς ἀκροατὰς ὅλον μὲν τῷ λόγῳ τὸν νοῦν ὁρᾷν ἐποχούμενον· ὅλα δὲ ὅλῳ τῷ νῷ καθαρῶς ἐμφαίνεσθαι τὰ νοηθέντα, καὶ διὰ τῆς τοῦ λόγου μεσιτείας αὐτοῖς διαπορθμευόμενα δέξασθαι· ἀλλ' ὅσα διὰ μνήμης τε φέρω, καὶ ὡς νοεῖν ἀμυδρῶς, καὶ λέγειν ἀμυδρότερον δύναμαι· πλὴν εὐσεβῶς, χάριτι τοῦ τὰ ἐσκοτισμένα φωτίζοντος Θεοῦ. Μηδὲ γὰρ οἴεσθαι δεῖν ὑμᾶς ὑπολαμβάνω, δικαίως κρίνειν εἰδότας, ἄλλως με νοεῖν ἢ λέγειν δύνασθαι, ἢ ὡς νοεῖν καὶ λέγειν δύναμαι, καὶ ἡ ἄνωθεν χάρις ἐνδίδωσιν, οἰκείως τῆς ἀναλογούσης μοι προνοουμένης δυνάμεως, κἂν ὁ παραδοὺς μάλιστα, καὶ διδάξας ἐστὶν ὑψηλότατος. Ἐπεὶ τὸ τὰ ἴσα ζητεῖν παρὰ τῶν μὴ ἴσων τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν, οὐ πόῤῥω μοι δοκεῖ τυγχάνειν τῶν δείξειν πειρωμένων τῷ ἡλίῳ, κατὰ τὸ ἴσον τὴν σελήνην

Senioris luculenta laus, qui præivit Maximo. Maximi modestia. — Non autem omnia quæ a beato illo sene mystice observata sunt, per ordinem dicturum me profiteor; quin nec illa ipsa quæ dicentur, ita ut ab illo cum spiritaliter animo intellecta, tum verbis deprompta sunt. (Ille enim, ut id quoque excipias, quod philosophus, omnisque sapientiæ magister erat, exsuperanti virtute longiorisque temporis ac sagacitate circa divina usu, impensiorique opera terrenis vinculis exsolutus, ac cum ab eorum visis conceptisque imaginibus liber evasisset, tum mentem jure merito divinis splendoribus illustratam habebat ac propterea sic comparatam, ut statim **492** quæ vulgo inaspecta sint, videre posset ac perspicere, tum sermonem eorum quæ animo intellecta essent, accuratissimum interpretem; instarque speculi nullis affectuum ac vitiorum maculis impeditum, quæ alii ne cogitare quidem D possint ac intelligere, pure eis deferre valentem ac enuntiare; ita ut facili negotio auditores sensum totum ac intelligentiam toti sermoni insidere, universaque intellecta clare menti elucere conspicerent, sermonisque vi ad se transmissa susciperent); sed ea duntaxat quæ memoria teneo, pro eoque ac obscure intelligentia assequi, ac obscurius dicere valeo; pie tamen ac sano sensu, Dei scilicet munere, illustrantis ea, quæ ipsa tenebris horrent. Neque enim existimare vos arbitror, qui æqua judicii libra pensare noveritis, necesse esse, ut alio modo intelligere ac eloqui valeam, quam intelligere

[f] Matth. xx, 2 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[a] τὸν.... δυναμένους c. A. et Fr. [b] ἐκθέσιν c. A. B. et Fr. [e] ἑαυτῷ; c. A. B. et Fr.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ac eloqui facultas est, præstatque superna gratia, pro ejus vis ratione, quam congruo mihi modulo Providentia concessit; tametsi is qui tradidit maxime, atque docuit, eximia sublimitate præcellit. Alioqui enim, quod quis æqualia exigat ab iis, qui tum virtute tum scientia impares sunt, idem propemodum facturus videatur, ac si quis pari cum sole lunam micatu lucere probaverit, ac ea quæ non omnino eadem sunt, per omnia inter se posse convenire (quod nullo modo fieri potest) astruendum assumpserit.

A φωτίζουσαν· καὶ τὰ μὴ πάντη ταῦτα συμβαίνειν ἀλλήλοις κατὰ πάντα δύνασθαι βιαζομένων· ὅπερ ἀμήχανον καὶ ἀδύνατον.

Dei invocatio. Theologia affirmans et negans. — Præcat Deus iis, quæ tum dicenda, tum intelligenda sunt, qui solus eorum mens ac intelligentia est, qui intelligunt, ac quæ intelliguntur; ratioque ac sermo eorum, qui dicunt ac quæ dicuntur: eorum item vita, quæ vivunt, et quæ vitalia redduntur, omniaque omnibus tum est, tum efficitur, ipsa eorum ratione qua sunt ac fiunt, cum sui ipse causa nullo prorsus modo vel sit vel fiat, ex iis, quæ in rebus aliquid sunt, ac fiunt; ut qui ejusmodi sit, ut cum nulla prorsus re naturali, ac velut ejusdem classis commercio gaudeat: idque in causa est, ut non esse, ob essendi excellentiam, tanquam magis proprie de se dictum, admittat. Operæ enim pretium, siquidem id omnino constitutum est, ut quod Deum inter ac creata discrimen est, vere noverimus; ut scilicet eorum quæ sunt ablatio, ejus positio sit, quod omni esse superius est; vicissimque, eorum quæ sunt positio, ejus quod omni esse superius est, exsistat ablatio, possitque utraque circa eumdem proprie [pie], **493** ac neutra proprie, intelligi appellatio, essendi scilicet, ac non essendi. Utraque proprie, tanquam scilicet altera Deum esse affirmante, qua ratione rerum auctor est; altera vero per excellentiam causæ, esse rerum, negante: rursumque neutra proprie; neutra scilicet ipsam secundum essentiam ac naturam, ejus quod quæritur essendi positionem, remque ipsam affirmate repræsentante. Cui enim nihil omnino natura vi causæ conjunctum est, sive ens dicas sive non ens; huic nihil eorum quæ sunt et dicuntur, sive quæ nec sunt neque dicuntur, merito vicinum ac affine est. Habet enim simplicem ignotamque ac cunctis inaccessam substantiam, prorsusque inexplicabilem, atque omni cum affirmatione tum negatione superiorem. Atque hæc quidem hactenus: ad propositum vero tractationis argumentum procedamus.

B Ἡγείσθω δὲ Θεὸς τῶν λεγομένων τε καὶ νοουμένων, ὁ μόνος νοῦς τῶν νοούντων καὶ νοουμένων, καὶ λόγος τῶν λεγόντων καὶ λεγομένων· καὶ ζωὴ τῶν ζώντων καὶ ζωουμένων, καὶ πᾶσι πάντα καὶ ὢν καὶ γινόμενος, δι' αὐτὰ τὰ ὄντα καὶ γινόμενα· δι' ἑαυτὸν δὲ οὐδὲν κατ' οὐδένα τρόπον οὐδαμῶς οὔτε ὢν οὔτε γινόμενος, τῶν ἅ τι τῶν ὄντων ἐστὶ καὶ γινομένων, οἷα μηδενὶ τὸ παράπαν τῶν ὄντων φυσικῶς συντασσόμενος· καὶ διὰ τοῦτο, τὸ μὴ εἶναι μᾶλλον, διὰ τὸ ὑπερεῖναι, ὡς οἰκειότερον ἐπ' αὐτοῦ λεγόμενον προσιέμενος. Δεῖ γὰρ, εἴπερ ὡς ἀληθῶς τὸ γνῶναι διαφορὰν Θεοῦ καὶ κτισμάτων ἐστὶν ἀναγκαῖον ἡμῖν, θέσιν εἶναι τοῦ ὑπερόντος τὴν τῶν ὄντων ἀφαίρεσιν· καὶ τὴν τῶν ὄντων θέσιν, εἶναι τοῦ ὑπερόντος ἀφαίρεσιν· καὶ ἄμφω περὶ τὸν αὐτὸν κυρίως [1] θεωρεῖσθαι τὰς προσηγορίας, καὶ μηδεμίαν κυρίως δύνασθαι· τὸ εἶναι [2] φημι, καὶ μὴ εἶναι. Ἄμφω μὲν κυρίως, ὡς τῆς μὲν τοῦ εἶναι τοῦ Θεοῦ κατ' αἰτίαν τῶν ὄντων θετικῆς· τῆς δὲ καθ' ὑπεροχὴν αἰτίας τοῦ εἶναι πάσης τῶν ὄντων ἀφαιρετικῆς· καὶ μηδὲ μίαν κυρίως πάλιν, ὡς οὐδεμιᾶς τὴν κατ' οὐσίαν αὐτὴν καὶ φύσιν τοῦ τί εἶναι τοῦ ζητουμένου θέσιν παριστώσης. Ὧ γὰρ μηδὲν τὸ σύνολον φυσικῶς κατ' αἰτίαν συνέζευκται, ἢ ὂν ἢ μὴ ὄν· τούτῳ οὐδὲν τῶν ὄντων καὶ λεγομένων, οὐδὲ τῶν μὴ ὄντων καὶ μὴ λεγομένων, εἰκότως ἐστὶν ἐγγύς. Ἁπλῆν γὰρ καὶ ἀγνώστον καὶ πᾶσιν ἄβατον ἔχει τὴν ὕπαρξιν, καὶ παντελῶς ἀνερμήνευτον, καὶ πάσης καταφάσεώς τε καὶ ἀποφάσεως οὖσαν ἐπέκεινα. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων· ἐπὶ δὲ τὴν προκειμένην τοῦ λόγου ὑπόθεσιν ἐλθωμεν.

CAPUT I.

Quomodo, ac quanam ratione Dei imago atque figura sit sancta Dei Ecclesia.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Πῶς τε καὶ ποίῳ τρόπῳ εἰκὼν ἐστι καὶ τύπος Θεοῦ ἡ ἁγία Ἐκκλησία.

Ecclesia Dei typus continentis omnia. — Sanctam ergo Ecclesiam, prima spiritalis intelligentiæ consideratione sensuque, Dei figuram ac imaginem referre dicebat beatus ille senex; ut quæ eamdem ac ille, imitatione atque figura vim ac officium habeat. Quemadmodum enim Deus, qui infinita virtute cuncta creaverit, inque rerum naturam produxerit, ea continet atque colligit, ambitque definite, ac tum invicem, tum sibi ipse, tam quæ in mentem, quam quæ in sensum cadunt, providentiæ rationibus astringit ac nectit; penesque seipsum ut auctorem et principium ac finem, quæ per naturam in-

D Τὴν τοίνυν ἁγίαν Ἐκκλησίαν κατὰ πρώτην θεωρίας ἐπιβολὴν, τύπον καὶ εἰκόνα Θεοῦ φέρειν, ἔλεγεν ὁ μακάριος γέρων ἐκεῖνος· ὡς τὴν αὐτὴν αὐτῷ κατὰ μίμησιν καὶ τύπον ἐνέργειαν ἔχουσαν. Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς πάντα τῇ ἀπείρῳ δυνάμει ποιήσας καὶ εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, συνέχει καὶ συνάγει καὶ περιγράφει, καὶ ἀλλήλοις καὶ ἑαυτῷ προνοητικῶς ἐνδιασφίγγει· τά τε νοητὰ καὶ τὰ αἰσθητά· καὶ περὶ ἑαυτὸν ὡς αἰτίαν καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος πάντα περικρατῶν, τὰ κατὰ τὴν φύσιν ἀλλήλων διεστηκότα, κατὰ μίαν τὴν πρὸς αὐτὸν ὡς ἀρχὴν σχέσεως δύναμιν ἀλλήλοις συννενευκότα ποιεῖ· καθ' ἣν εἰς

VARIÆ LECTIONES.

[1] Fr. εὐσεβῶς. [2] τοῦ εἶναι c. R.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ταυτότητα κινήσεώς τε καὶ ὑπάρξεως ἀδιάφθορον[9] καὶ ἀσύγχυτον ἄγεται τὰ πάντα, πρὸς οὐδὲν οὐδενὸς τῶν ὄντων προηγουμένως κατὰ φύσεως διαφορὰν ἢ κινήσεως στασιάζοντός τε καὶ διαιρουμένου· πάντων πᾶσι κατὰ τὴν μίαν τῆς μόνης ἀρχῆς καὶ αἰτίας ἀδιάλυτον σχέσιν τε καὶ φρουρὰν ἀφύρτως συμπεφυκότων· τὴν πάσας τε καὶ ἐπὶ πᾶσι κατὰ τὴν ἑκάστου τῶν ὄντων φύσιν θεωρουμένας ἰδικὰς σχέσεις, καταργοῦσάν τε καὶ ἐπικαλύπτουσαν· οὐ τῷ φθείρειν αὐτὰς καὶ ἀναιρεῖν καὶ μὴ εἶναι ποιεῖν· ἀλλὰ τῷ νικᾷν καὶ ὑπερφαίνεσθαι, ὥσπερ ὁλότης μερῶν· ἢ καὶ αὐτῆς αἰτία τῆς ὁλότητος ἐπιφαινομένη· καθ' ἣν ἥ τε ὁλότης αὐτὴ, καὶ τὰ τῆς ὁλότητος μέρη φαίνεσθαί τε καὶ εἶναι πέφυκεν· ὡς ὅλην ἔχοντα τὴν αἰτίαν ἑαυτῶν ὑπερλάμπουσαν· καὶ ὥσπερ ἥλιος ὑπερφανεὶς ἀστέρων καὶ φύσιν καὶ δύναμιν, οὕτω τὴν αὐτῶν ὡς αἰτιατῶν αἰτίαν καλύπτουσαν ὕπαρξιν. Πέφυκε γὰρ ὥσπερ ἐκ τῆς ὁλότητος τὰ μέρη, οὕτω δὲ κἀκ τῆς αἰτίας τὰ αἰτιατὰ καὶ εἶναι κυρίως, καὶ γνωρίζεσθαι, καὶ τὴν ἑαυτῶν σχολάζουσαν ἔχειν ἰδιότητα, ἡνίκα τῆς πρὸς τὴν αἰτίαν ἀναφορᾶς[10] περιληφθέντα, ποιωθῇ δι' ὅλου· κατὰ τὴν μίαν, ὡς εἴρηται, τῆς πρὸς αὐτὴν σχέσεως δύναμιν. Πάντα γὰρ ἐν πᾶσιν ὢν, ὁ ἀπείροις μέτροις ὑπὲρ πάντα Θεὸς, μονώτατος τοῖς καθαροῖς τὴν διάνοιαν ὁραθήσεται· ἡνίκα ὁ νοῦς τοὺς τῶν ὄντων θεωρητικῶς ἀναλεγόμενος λόγους, εἰς αὐτὸν καταλήξει τὸν Θεὸν, ὡς αἰτίαν καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος τῆς τῶν ὅλων παραγωγῆς καὶ γενέσεως, καὶ πυθμένα τῆς πάντων περιοχῆς ἀδιάστατον.

A ter se disjunctissima sunt, complectens omnia, per unam, qua ad ipsum comparantur, habitudinis vim, secum mutuo conspirare ac consentire facit; vi cujus ad unam eamdemque motus ac substantiæ rationem, nihil tum discriminis tum confusionis habentem, aguntur universa; ita ut nulla res ab ulla alia primaria ratione per naturæ motusve distinctionem dissideat ac dirimatur, omniaque omnibus per unam solamque principii ac causæ indissolubilem habitudinem ac custodiam inconfuse cohæreant; ejusmodi exsistentem, ut omnes, inque omnibus, **494** pro cujusque rei natura consideratas, proprias habitudines seu relationes, antiquet ac obtegat; non ea ratione ut corrumpat tollatque, et ut minime sint, efficiat; sed sui victoria, ac quod B superior illis eluceat, ac velut tota partium ratio, sive etiam ipsius causa, totius rationis, appareat; per quam cum tota ipsa ratio, tum ejus totius partes, ut appareant ac sint, sortitæ sunt, ut quæ totam causam purius altiusque micantem ac præfulgentem obtineant: quæ nimirum (sicut sol potentiore lumine ac clarius micans, stellarum cum naturam, tum lucendi vim), sic illorum, causæ præstantia, velut effectorum obscuret præstantiam. Sic enim comparatum est, ut sicut ex toto partes, sic quoque ex causa, quæ effecta sunt, tum sint proprie, tum et noscantur; velutque vacantem ac otiosam suam ipsorum proprietatem habeant; cum ea relatione, qua causam respiciunt, comprehensa, C per unam, ut dictum est, ad ipsam habitudinis vim, ejus ex toto qualitatem induerint. Qui enim omnia in omnibus sit, modisque infinitis cunctis emineat, Deus, singularissimus iis conspicietur, qui mundo animo exstiterint; cum nempe animus altiori speculatione collectis rerum rationibus, in ipsum Deum ut auctorem et principium finemque universorum productionis ac ortus, fundumque seu sinum indivisum, cujus ambitu cuncta contineantur, conquieverit.

Κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, τὰ αὐτὰ τῷ Θεῷ περὶ ἡμᾶς ὡς ἀρχετύπῳ[11] εἰκὼν ἐνεργοῦσα δειχθήσεται. Πολλῶν γὰρ ὄντων καὶ ἀπείρων ἀριθμῷ σχεδὸν, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν καὶ παίδων[12], γένει καὶ εἴδει, καὶ ἔθνεσι καὶ γλώσσαις, καὶ βίοις καὶ ἡλικίαις καὶ γνώμαις καὶ τέχναις καὶ τρόποις καὶ ἤθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν· ἐπιστήμαις τε αὖ καὶ ἀξιώμασι, καὶ τύχαις καὶ χαρακτῆρσι καὶ ἕξεσιν, ἀλλήλων διῃρημένων τε καὶ πλεῖστον διαφερόντων τῶν εἰς αὐτὴν γιγνομένων, καὶ ὑπ' αὐτῆς ἀναγεννωμένων τε καὶ ἀναδημιουργουμένων τῷ πνεύματι· μίαν πᾶσι κατὰ τὸ ἴσον δίδωσι καὶ χαρίζεται θείαν μορφὴν καὶ προσηγορίαν, τὸ, ἀπὸ Χριστοῦ καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι· καὶ μίαν τὴν κατὰ πίστιν ἁπλῆν τε καὶ ἀμερῆ καὶ D ἀδιαίρετον σχέσιν, τὴν τὰς πολλὰς καὶ ἀμυθήτους περὶ ἕκαστον οὔσας διαφορὰς, οὐδ' ὅτι κἂν εἰσὶ συγχωροῦσαν γνωρίζεσθαι, διὰ τὴν τῶν πάντων εἰς αὐτὴν καθολικὴν ἀναφορὰν καὶ συνέλευσιν· καθ' ἣν οὐδεὶς τὸ παράπαν οὐδὲν ἑαυτῷ τοῦ κοινοῦ διωρισμένος ἐστί· πάντων συμπεφυκότων ἀλλήλοις καὶ

Eodem etiam modo sancta Dei Ecclesia, eadem circa nos ac Deus præstare, velut imago ac simulacrum, ipsaque exemplar ac princeps forma, monstrabitur. Cum enim propemodum innumerabiles sint, cum viri, tum feminæ atque infantes, genere ac forma nationibusque et linguis ac vitæ instituto atque ætate et animorum propensione, necnon artibus, moribus, studiis, scientiis, dignitatibus, fortunis, vultu, habitu inter se divisi, plurimumque discreti qui ad eam veniunt, atque ab ea regenerationis munus consequuntur, et ut novum spiritu creentur; unam tamen æque omnibus divinam formam ac nuncupationem tribuit, ac elargitur (ut scilicet tum a Christo sint, tum trahant appellationem), unamque pro fidei ratione, simplicem, et quæ scindi ac sejungi non potest, habitudinem; multas, atque adeo numero superiores, **495** quæ in singulis exstant, distinctiones, ne quod sint quidem, cognosci permittentem, dum scilicet omnes in eam generaliter referuntur ac conveniunt: eaque sit, ut nemo prorsus sibi ipse quidquam a communi sejun-

VARIÆ LECTIONES.

[9] ἀδιάφορον c. A et Fr.; ἀδιάφθορόν τε c. R. [10] τῇ ἀναφορᾷ c. A. R. et Fr. [11] Fr. ἀρχετύπου. [12] παιδίων c. R.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ctus sit, cunctis nimirum inter se coalescentibus, inque uno simplicique ac indiviso fidei munere ac potestate conjunctis. *Erat* enim *omnium*, inquit, *cor, et anima una* [5]; ut tanquam ex diversis membris unum corpus tum esset, tum cerneretur, ipsumque adeo reipsa Christo, qui verum est caput nostrum, dignum; *In quo*, ait divinus Apostolus, *non est masculus neque fœmina, nec Judæus, nec Græcus, nec circumcisio, neque præputium, neque barbarus, neque Scytha, nec servus, nec liber, sed omnia et in omnibus ipse* [b], qui per unam simplicis bonitatis infinitam eamdemque sapientissimam vim, in seipso omnia concludit (veluti centrum, ex quo pendent rectæ quædam lineæ), secundum unam simplicem ac singularem causam ac potestatem; non sinens ut una eum finibus principia rerum disjungantur, earum ductus ac porrectiones, velut ducta in orbem linea circumscribens : atque eorum quæ sunt, ipsoque auctore sunt facta, distinctiones ad se reducens, ne omnino aliena ac quasi alia aliis infensa essent, unius Dei effecta, ipsoque auctore condita opera, quibus deesset, qua in re, ac ubi, amicitiam et pacem, eamdemque inter se rationem ostenderent; inque discrimen adducerentur, ne ipsum id quod sunt a Deo sejunctum, eis in nihilum cederet.

A συνημμένων, κατὰ τὴν μίαν ἁπλῆν τε καὶ ἀδιαίρετον τῆς πίστεως χάριν καὶ δύναμιν. *Ἦν γὰρ πάντων*, φησίν, *ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία* · ὡς ἐκ διαφόρων μελῶν, σῶμα ἓν καὶ εἶναι καὶ ὁρᾶσθαι, καὶ αὐτοῦ [13] Χριστοῦ τῆς ἀληθινῆς ἡμῶν κεφαλῆς ὄντως ἄξιον· *Ἐν ᾧ*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *οὐκ ἔστιν ἄρρεν οὐδὲ θῆλυ, οὔτε Ἰουδαῖος οὔτε Ἕλλην, οὔτε περιτομὴ οὔτε ἀκροβυστία, οὔτε βάρβαρος οὔτε Σκύθης· οὔτε δοῦλος, οὔτε ἐλεύθερος· ἀλλὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν αὐτός*, ὁ πάντα κατὰ μίαν ἁπλῆν τῆς ἀγαθότητος ἀπειρόσοφον δύναμιν ἑαυτῷ περικλείων, ὥσπερ κέντρον εὐθειῶν τινων ἐξημμένων αὐτοῦ, κατὰ μίαν ἁπλῆν καὶ ἐνιαίαν αἰτίαν καὶ δύναμιν· τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων τοῖς πέρασιν οὐκ ἐῶν συναφίστασθαι, κύκλῳ περιγράφων B αὐτῶν τὰς ἐκστάσεις [14], καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἄγων τοὺς τῶν ὄντων καὶ ὑπ' αὐτοῦ γενομένων διορισμούς· ἵνα μὴ ἀλλήλων παντάπασιν ἀλλότρια ᾖ καὶ ἐχθρὰ τὰ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ κτίσματα καὶ ποιήματα· οὐκ ἔχοντα περί τί καὶ ὅποι [15] τὸ φίλον τι καὶ εἰρηνικὸν καὶ ταυτὸν πρὸς ἄλληλα δείξωσι· καὶ κινδυνεύσῃ αὐτοῖς καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι εἰς τὸ μὴ ὂν μεταπεσεῖν, τοῦ Θεοῦ χωριζόμενον.

Igitur Dei imago est, sicut dictum est, sancta Dei Ecclesia, eamdem prope ac Deus erga fideles unionem præstans, tametsi proprietatibus distincti, diversisque locis oriundi, atque aliis aliisque moribus sint, qui per fidem in ea sunt uniti. Hanc circa C rerum essentias unionem operari Deus ipse præsto habet; earum distinctionem, ut ostensum est, qua ad ipsum ut causam et principium ac finem referuntur, ipsique uniuntur, tantisper leniens et, ut idipsum exsistant, efficiens.

Εἰκὼν μὲν οὖν ἐστι τοῦ Θεοῦ, καθὼς εἴρηται, ἡ ἁγία Ἐκκλησία, ὡς τὴν αὐτὴν τῷ Θεῷ περὶ τοὺς πιστοὺς ἐνεργοῦσα ἕνωσιν, κἂν διάφοροι τοῖς ἰδιώμασι καὶ ἐκ διαφόρων καὶ τόπων καὶ τρόπων, οἱ κατ' αὐτὴν διὰ τῆς πίστεως ἑνοποιούμενοι τύχωσιν ὄντες· ἣν περὶ τὰς οὐσίας τῶν ὄντων ἀσυγχύτως αὐτὸς ἐνεργεῖν πέφυκεν ὁ Θεός· τὸ περὶ αὐτὰς διάφορον, ὡς δέδεικται, τῇ πρὸς ἑαυτὸν ὡς αἰτίαν καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος, ἀναφορᾷ τε καὶ ἑνώσει παραμυθούμενός τε καὶ ταυτοποιούμενος.

496 CAPUT II.

Quomodo, et quanam ratione sancta Dei Ecclesia sit imago mundi ex substantiis, quæ sub aspectum cadunt, et quæ inaspectabiles sunt, constituti atque conflati?

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τοῦ, πῶς, καὶ τίνα τρόπον εἰκὼν ἐστι τοῦ ἐξ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων οὐσιῶν ὑφεστῶτος κόσμου ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Ecclesiæ partium altera sacerdotibus ac ministris, altera laicis attributa. Consecratur sacrarium rei sacræ in eo consummatione; ναὸς (*ipsa navis ecclesiæ*) *inchoatione.* — Secundum autem alterum sensus spiritalis modum, universi mundi, ex substantiis, quæ in aspectum cadunt, et quæ aspectum fugiunt, constituti, figuram esse ac imaginem aiebat sanctam Dei Ecclesiam; ut quæ scilicet eamdem ac ille cum unionem recipiat, tum discretionem. Quemadmodum enim ipsa, cum ædificatione una domus sit; quadam tamen proprietate distinctionem recipit, ejusmodi scilicet, quæ in figura situque consistit, dum dividitur in eum locum, qui solis sacerdotibus ac ministris attributus est, quem sacrarium vocamus; eumque, in quem cunctis

Κατὰ δευτέραν δὲ θεωρίας ἐπιβολήν, τοῦ σύμπαντος κόσμου τοῦ ἐξ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων οὐσιῶν ὑφεστῶτος, εἶναι τύπον καὶ εἰκόνα, τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ἔφασκεν· ὡς τὴν αὐτὴν αὐτῷ καὶ ἕνωσιν, καὶ διάκρισιν ἐπιδεχομένην. Ὥσπερ γὰρ D αὕτη κατὰ τὴν οἰκοδομὴν εἷς οἶκος ὑπάρχουσα, τὴν κατὰ τὴν θέσιν τοῦ σχήματος ποιᾷ ἰδιότητι, δέξεται διαφοράν, διαιρουμένη εἴς τε τὸν μόνοις ἱερεῦσί τε καὶ λειτουργοῖς ἀπόκληρον τόπον, ὃν καλοῦμεν ἱερατεῖον· καὶ τὸν πᾶσι τοῖς πιστοῖς λαοῖς πρὸς ἐπίβασιν ἄνετον, ὃν καλοῦμεν ναόν. Πάλιν μία ἐστὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν, οὐ συνδιαιρουμένη τοῖς ἑαυτῆς μέρεσι, διὰ τὴν ἑαυτῶν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν διαφοράν· ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τῇ πρὸς τὸ ἓν ἑαυτῆς ἀναφορᾷ τὸ μέρη, τῆς ἐν τῇ κλήσει διαφορᾶς ἀπολύουσα, καὶ

[5] Act. IV, 32. [b] Galat. III, 28; Coloss. III, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[13] αὐτοῦ, A. et Fr. [14] ἐκτάσεις c. A. Fr. [15] ὅπου Fr.

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

τιτὸν ἀλλήλοις ἄμφω δεικνύουσα· καὶ θάτερον θατέρῳ κατ' ἐπαλλαγὴν ὑπάρχον, ὅπερ ἑκάτερον ἑαυτῷ καθέστηκεν ὃν ἀποφαίνουσα· ἱερατεῖον μὲν τὸν ναὸν κατὰ τὴν δύναμιν, τῇ πρὸς τὸ πέρας ἀναφορᾷ τῆς μυσταγωγίας ἱερουργούμενον· καὶ ἔμπαλιν ναὸν τὸ ἱερατεῖον, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς ἰδίας αὐτὸν ἔχον μυσταγωγίας ἀρχήν, μία δι' ἀμφοῖν καὶ ἡ αὐτὴ διαμένει. Οὕτω καὶ ὁ ἐκ Θεοῦ κατὰ γένεσιν παρηγμένος σύμπας τῶν ὄντων κόσμος, διαιρούμενος εἴς τε τὸν νοητὸν κόσμον, τὸν ἐκ νοερῶν καὶ ἀσωμάτων οὐσιῶν συμπληρούμενον· καὶ τὸν αἰσθητὸν τοῦτον καὶ σωματικὸν, καὶ ἐκ πολλῶν μεγαλοφυῶς συνυφασμένον εἰδῶν τε καὶ φύσεων· ἄλλη πως ὑπάρχων ἀχειροποίητος Ἐκκλησία, διὰ ταύτης τῆς χειροποιήτου σοφῶς ὑποφαίνεται· καὶ ἱερατεῖον μὲν ὥσπερ ἔχων τὸν ἄνω κόσμον, καὶ ταῖς ἄνω προσνενεμημένον δυνάμεσι· ναὸν δὲ, τὸν κάτω, καὶ τοῖς δι' αἰσθήσεως ζῆν λαχοῦσι προσκεχωρημένον.

A fidelibus populis liber patet aditus, quem templum (ναὸν Græce) dicimus. Rursus autem una est secundum substantiam, modoque exsistendi, ut quæ non una cum suis partibus dividatur, propter ipsarum inter se partium distinctionem; sed et partes ipsas sui ad unum relatione, a distinctione, quæ in nuncupatione est absolvens, atque ambas inter se idem esse ostendens, alteramque alteri vicissim esse, quod sibi ipsa utraque est (nempe templum potentia sacrarium, quod relatione in finem rei sacræ illud consecretur, vicissimque sacrarium templum, ipsum in actu rei sacræ, quæ in eo peragitur, habens principatum), una atque eadem utrisque perseveret. Sic et qui creatione universus rerum mundus a Deo productus est, dividiturque in mundum intelligibilem, quem mentes incorporeæque substantiæ complent; inque hunc sensibus objectum ac corporeum, exque pluribus cum formis tum naturis magnifice contextum; cum alia quodammodo non manufacta Ecclesia exsistat, per hanc manufactam sapienter typo designatur; et ut, velut quidem sacrarii loco, superum mundum habeat, ac supernis potestatibus addictum; templi autem vice, hunccce inferum, ac quem adeant ipsis pervium, quibus obtigit id vitæ genus, quod sensu transigatur.

B

Πάλιν εἷς ἐστι κόσμος τοῖς ἑαυτοῦ μὴ συνδιαιρούμενος μέρεσι· τοὐναντίον δὲ, καὶ αὐτῶν τῶν μερῶν τὴν ἐξ ἰδιότητος φυσικῆς διαφορὰν, τῇ πρὸς τὸ ἓν ἑαυτοῦ καὶ ἀδιαίρετον ἀναφορᾷ περιγράφων· καὶ ταυτὸν ἑαυτῷ τε καὶ ἀλλήλοις ἀσυγχύτως ἐναλλὰξ ὄντας· καὶ θατέρῳ θάτερον ὅλον ὅλῳ δεικνὺς ἐμβεβηκότα· καὶ ἄμφω ὅλον αὐτὸν ὡς μέρη ἕνα συμπληροῦντας, καὶ κατ' αὐτὸν ὡς ὅλον μέρη ἐνοειδῶς τε καὶ ὁλικῶς συμπληρουμένους. Ὅλος γὰρ ὁ νοητὸς κόσμος ὅλῳ τῷ αἰσθητῷ μυστικῶς τοῖς συμβολικοῖς εἴδεσι τυπούμενος φαίνεται τοῖς ὁρᾷν δυναμένοις· καὶ ὅλος ὅλῳ τῷ νοητῷ ὁ αἰσθητὸς γνωστικῶς κατὰ νοῦν τοῖς λόγοις ἁπλούμενος ἐνυπάρχων ἐστίν. Ἐν ἐκείνῳ γὰρ, οὗτος τοῖς λόγοις ἐστί· κἀκεῖνος ἐν τούτῳ, τρὶς τύποις· καὶ τὸ ἔργον αὐτῶν ἓν, καθὼς ἂν εἴη *τροχὸς ἐν τῷ τροχῷ*, φησὶν ὁ θαυμαστὸς τῶν μεγάλων θεατὴς Ἰεζεχιὴλ, περὶ τῶν δύο κόσμων, οἶμαι, λέγων. Καὶ πάλιν· *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Καὶ εἰ καθορᾶται διὰ τῶν φαινομένων τὰ μὴ φαινόμενα, καθὼς γέγραπται, πολλῷ δὴ καὶ διὰ τῶν μὴ φαινομένων τοῖς θεωρίᾳ πνευματικῇ προσανέχουσι τὰ φαινόμενα νοηθήσεται. Τῶν γὰρ νοητῶν ἡ διὰ τῶν ὁρατῶν συμβολικὴ θεωρία, τῶν ὁρωμένων ἐστὶ διὰ τῶν ἀοράτων πνευματικὴ ἐπιστήμη καὶ νόησις. Δεῖ γὰρ τὰ ἀλλήλων ὄντα δηλωτικὰ, πάντως ἀληθεῖς καὶ ἀριδήλους τὰς ἀλλήλων ἔχειν ἐμφάσεις, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς σχέσιν ἀλώβητον.

C

D

Rursus unus est mundus, nec una cum partibus suis dividitur; contra vero, quam ipsam illæ ex nativa sua proprietate **497** distinctionem habent, relatione ad suam in se unitatem ac indivisionem definiens, tum secum esse, tum invicem vicissim inconfuse unum, ac idem ambos esse; alterumque alterum, ac totum totum inscendere, ambosque totum ipsum tanquam partes unum complere, monstrat, atque in eo ut toto partes uniformiter ac ipsa totius integraque ratione compleri. Totus enim mundus intelligibilis, toto illo qui in sensum cadit mystice symbolicis formis figuratus, iis lucet, quibus ut videant comparatum est; totusque is qui sensu percipitur, in toto illo qui mente intelligitur, scientia ac speculatione animo tenus rationibus simplex inest. In illo enim, noster hic rationibus est; ac ille, in nostro hoc figuris exsistit : estque unum illorum opus, *ac* si *rotam in rota* [1] esse dixeris, ait mirabilis magnarum rerum spectator Ezechiel, cum de duobus puto mundis illi sermo esset, Iterumque ait divinus Apostolus : *Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur* [1]. Atqui, si per ea quæ sunt conspicua, ea quæ minime conspicua sunt, conspiciuntur, uti scriptum est; potiori longe ratione per ea quæ non sunt conspicua, ea quæ sunt conspicua, iis intelligentur, qui spiritali contemplationi animum attendunt. Symbolica enim intelligibilium, per ea quæ in aspectum cadunt, contemplatio, rerum aspectabilium, per eas quæ inaspectabiles sunt, spiritalis scientia ac intelligentia noscitur. Oportet enim, quorum mutua significatio est, veras omnino ac perspicuas inter se invicem repræsentationes habere, et eam quæ est in ipsis habitudinem, seu relationem, nulla ex parte ut integritate minuatur, quidquam lædi posse.

[1] Ezech. 1. 16. [1] Rom. 1, 20.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

CAPUT III.

Etiam solius mundi, qui in sensum cadit, imaginem esse sanctam Dei Ecclesiam.

Rursusque solius mundi qui in sensum cadit secundum se, ac seorsim spectati, symbolum esse aiebat sanctam Dei Ecclesiam, ut quæ cœlum quidem, divinum sacrarium; terram autem, templi decorem obtineat. Similiter autem etiam mundum esse Ecclesiam, qui cœlum quidem, sacrario simile, terræ autem ornatum, templo affinem habeat.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὅτι καὶ μόνου τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου ἐστὶν εἰκὼν, ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Καὶ αὖθις μόνου τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου καθ' ἑαυτὸν τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν εἶναι σύμβολον, ἔφασκεν· ὡς οὐρανὸν μὲν, τὸ θεῖον ἱερατεῖον ἔχουσαν· γῆν δὲ, τὴν εὐπρέπειαν τοῦ ναοῦ κεκτημένην. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν κόσμον ὑπάρχειν Ἐκκλησίαν· ἱερατείῳ μὲν ἐοικότα τὸν οὐρανὸν ἔχοντα· ναῷ δὲ, τὴν κατὰ γῆν διακόσμησιν.

498 CAPUT IV.

Quomodo, et qua ratione hominem symbolice referat sancta Dei Ecclesia, ipsamque vicissim ut hominem homo referat.

Rursus etiam secundum spiritalis intelligentiæ modum, hominem esse aiebat sanctam Dei Ecclesiam : quæ animam quidem, sacrarium habeat, mentemque, divinum altare, ac corpus, templum; ut quæ scilicet ejus imago ac similitudo, qui ad imaginem ac similitudinem factus est (hominis scilicet) exsistat. Quæ nimirum per templum quidem, velut per corpus, moralem prætendat philosophiam; per sacrarium autem, ut per animam, naturalem contemplationem spiritaliter exponat; ac demum per divinum altare, tanquam per mentem, mysticam theologiam proferat. Vicissimque hominem, Ecclesiam mysticam, qui nimirum per corpus tanquam per templum, partem animi agentem, mandata operando, per moralem philosophiam virtutum cultu exhilaret ac perornet, per animam autem, ut sacrarium, eas, quæ ex sensu ducuntur rationes, pure in spiritu, amputata ab eis materia, naturali speculatione per rationem Deo offerat : ac denique per mentem, ut altare, laudatissimum illud quod in penetralibus est, obscuri ignotique clamoris silentium deitatis, per aliud loquax vocalissimumque silentium asciscat; ac, quoad ejus homini concessum est, per mysticam theologiam illi consuescat, talisque fiat, qualem eum esse consentaneum est, qui divina frui præsentia meruit, ejusque longe clarissimis fulgoribus insignitus est.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Πῶς τε καὶ πολῳ τρόπῳ συμβολικῶς εἰκονίζει τὸν ἄνθρωπον ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία· καὶ αὐτὴ ὡς ἄνθρωπος ὑπ' αὐτοῦ εἰκονίζεται.

Καὶ πάλιν κατ' ἄλλον τρόπον θεωρίας, ἄνθρωπον εἶναι τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἔλεγε· ψυχὴν μὲν ἔχουσαν τὸ ἱερατεῖον· καὶ νοῦν, τὸ θεῖον θυσιαστήριον· καὶ σῶμα, τὸν ναόν· ὡς εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὑπάρχουσαν τοῦ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν γενομένου ἀνθρώπου· καὶ διὰ μὲν τοῦ ναοῦ, ὡς διὰ σώματος, τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν προβαλλομένην· διὰ δὲ τοῦ ἱερατείου, ὡς διὰ ψυχῆς, τὴν φυσικὴν θεωρίαν πνευματικῶς ἐξηγουμένην· καὶ ὡς διὰ νοὸς τοῦ θείου θυσιαστηρίου, τὴν μυστικὴν θεολογίαν ἐμβαίνουσαν. Καὶ ἔμπαλιν, Ἐκκλησίαν μυστικὴν τὸν ἄνθρωπον, ὡς διὰ ναοῦ μὲν τοῦ σώματος, τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς ταῖς τῶν ἐντολῶν ἐνεργείαις κατὰ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἐναρέτως φαιδρύνοντα· ὡς δι' ἱερατείου δὲ τῆς ψυχῆς τοὺς κατ' αἴσθησιν λόγους, καθαρῶς ἐν πνεύματι τῆς ὕλης περιτμηθέντας, κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν διὰ λόγου τῷ Θεῷ προσκομίζοντα· καὶ ὡς διὰ θυσιαστηρίου τοῦ νοὸς, τὴν ἐν ἀδύτοις πολυύμνητον τῆς ἀφανοῦς καὶ ἀγνώστου μεγαλοφωνίας σιγὴν τῆς θεότητος, δι' ἄλλης λάλου τε καὶ πολυφθόγγου σιγῆς προσκαλούμενον· καὶ ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, κατὰ μυστικὴν θεολογίαν αὐτῇ συγγινόμενον· καὶ τοιοῦτον γινόμενον, οἷον εἰκὸς εἶναι δεῖ τὸν ἐπιδημίας ἀξιωθέντα Θεοῦ, καὶ ταῖς αὐτοῦ παμφαέσιν αἴγλαις ἐνσημανθέντα.

CAPUT V.

Quomodo, ac quanam rursus ratione, animæ seorsim separatæ, imago sit ac typus sancta Dei Ecclesia.

Neque vero totius hominis, qui ex anima et corpore constituitur (qua scilicet ratione compositus est) posse duntaxat esse imaginem sanctam Dei Ecclesiam, docebat; verum etiam animæ seorsim per rationem consideratæ : quippe qui ex intelligenti et animali facultate universim animam constare aiebat, ac vim quidem intelligentem libere ex voluntate 499 moveri; animalem autem uti natura illi comparatum est citra ullam electionem, motumque liberum, ita manere. Rursusque ad intelligentem quidem facultatem spectare, tum contemplandi vim, tum agendi : atque vim quidem contemplandi,

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Πῶς καὶ πολῳ τρόπῳ πάλιν τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν νοουμένης, εἰκών τε καὶ τύπος ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία.

Καὶ οὐχ ὅλου μὲν τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος κατὰ σύνθεσίν φημι συνεστῶτος, εἰκόνα μόνον εἶναι δύνασθαι τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐδίδασκεν· ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν τῷ λόγῳ θεωρουμένης. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ νοερᾶς καὶ ζωτικῆς δυνάμεως καθολικῶς συνίστασθαι τὴν ψυχὴν ἔφασκε· καὶ τῆς μὲν νοερᾶς ἐξουσιαστικῶς κατὰ βούλησιν κινουμένης, τῆς δὲ ζωτικῆς κατὰ φύσιν ἀπροαιρέτως, ὡς ἔχει, μενούσης. Καὶ πάλιν, τῆς μὲν νοερᾶς εἶναι τό τε θεωρητικὸν, καὶ τὸ πρακτικόν· καὶ τὸ μὲν θεωρητικὸν, καλεῖσθαι νοῦν ἔλεγε· τὸ δὲ πρακτικὸν, λόγον· καὶ τῆς μὲν νοερᾶς δυνάμεως

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

κινητικὸν εἶναι τὸν νοῦν· τῆς δὲ ζωτικῆς προνοητικὸν ὑπάρχειν τὸν λόγον· καὶ τὸν μὲν εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι σοφίαν· φημὶ δὲ τὸν νοῦν, ὅταν παντάπασιν ἀτρέπτους ἑαυτοῦ διαφυλάττῃ [16] τὰς πρὸς τὸν Θεὸν κινήσεις· τὸν δὲ λόγον ὡσαύτως φρόνησιν καὶ εἶναι καὶ καλεῖσθαι, ὅταν σωφρόνως τὴν ὑπ' αὐτοῦ κατὰ πρόνοιαν διοικουμένην ζωτικὴν δύναμιν τοῖς ἐνεργείαις συνάψας τῷ νῷ, δείξειεν ἀδιάφορον· τὴν αὐτὴν αὐτῷ καὶ ὁμοίαν δι' ἀρετῆς ἔμφασιν τοῦ Θείου φέρουσαν· ἣν καὶ ἐπιμερίζεσθαι τῷ τε νῷ καὶ τῷ λόγῳ φυσικῶς ἔλεγεν· ὡς εἶναι μᾶλλον καὶ συνισταμένην δείκνυσθαι προηγουμένως τὴν ψυχὴν, ἐκ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ λόγου, ὡς νοεράν τε καὶ λογικήν· τῆς ζωτικῆς ἐπ' ἀμφοῖν κατὰ τὸ ἴσον δηλονότι, νοῦ τε καὶ λόγου φημὶ, θεωρουμένης δυνάμεως· οὐδ' ὁπότερον γὰρ τούτων ζωῆς ἄμοιρον εἶναι θέμις ἐννοεῖν, καὶ ὑπ' ἀμφοῖν διειλημμένης [17]· δι' ἧς ὁ μὲν νοῦς, ὃν καὶ σοφίαν ἔφαμεν καλεῖσθαι, τῇ θεωρητικῇ ἕξει κατ' ἀπόῤῥητον σιγήν τε καὶ γνῶσιν ἐξαπλούμενος, πρὸς τὴν ἀλήθειαν δι' ἀλήστου τε καὶ ἀκαταλήκτου γνώσεως ἄγεται· ὁ δὲ λόγος, ὃν ἐκαλέσαμεν φρόνησιν, τῇ πρακτικῇ ἕξει σωματικῶς κατ' ἀρετὴν εἰς τὸ ἀγαθὸν διὰ πίστεως καταλήγει· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων ἡ ἀληθὴς τῶν τε θείων καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιστήμη συνέστηκε πραγμάτων· ἡ ὄντως ἄπταιστος γνῶσις, καὶ πάσης τῆς κατὰ Χριστιανοὺς θειοτάτης φιλοσοφίας πέρας.

A mentem dicebat appellari; agendi autem vim, vocari rationem. Ac mentis quidem partium esse, ut intelligendi facultatem moveat; rationis vero, ut facultati vitali, seu animali provideat: atque alterum quidem tum esse, tum appellari sapientiam (mentem scilicet, tum, cum motus quibus in Deum fertur immobiles omnino servarit), ac similiter rationem tum esse, tum appellari prudentiam, quando vim animalem, quam propensiore in eam cura regit, prudenter operationibus copulans, nullo a mente discrimine abjungi ostenderit, nimirum eamdem cum ipsa per virtutem, deitatis ferentem speciem: quam etiam ad mentem pariter ac rationem naturaliter dicebat spectare, ut magis esse, primoque ex mente ac ratione, tanquam intelligendi ac rationis vi prædita, anima ostendatur consistere, ita scilicet ut in utraque ex æquo (mente nimirum ac ratione) vitæ facultas, seu animalis consideretur (nefas enim utrumvis horum vitæ expers cogitare) ac penes utraque dividatur: per quam, mens quidem (quam diximus vocari sapientiam) contemplationis habitu, arcani cum silentii, tum scientiæ vi simplicitate provecta, per scientiam nulla unquam oblivione delendam, aut intermorituram, ad veritatem ducitur; ratio autem (quam prudentiam appellavimus) actionis habitu, corporaliter præstando virtutem, in bonum desinit per fidem: ex quibus ambobus vera cum divinarum, tum humanarum rerum consistit scientia; vera scilicet illa, ac sine errore notitia, quæque divinissimæ omnis Christianorum philosophiæ terminus finisque exsistat.

B

Zeno. — Vive, homo, non solum ut edas et bibas, sed ut quod vivis abutaris ut bene beateque vivas.

Phavorini. — Affectio quædam animum invasit; ac quidem quid illa sit, nescio. Aiunt qui docti sunt ac initiati, amorem esse. Invide ac inconsulte, dæmon, infirmum corpus adortus es, quod te ferre non potest. Abs te abscedo, dæmon; a tua me pugna recipio, non sum tuus miles.

Theophrast. — Amor, nescientis rationem cupiditatis cujusdam exsuperantia est; celerem accessum habens, at quæ tarde dimittat.

θεν, ἀλλ' ἁμαρτήματα, δι' ἃ ἡ νόσος· καὶ νόσον ψυχῆς, οὐχὶ σώματος. A

Θεοτίμου. — Ἔοικεν ἡ ἁμαρτία παραβλήματι κωλύοντι τὴν εὔνοιαν τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν γενέσθαι.

Ἰωσήπου. — Οὐκ ἐκριζωτὴς τῶν παθῶν, ἀλλ' ἀνταγωνιστής ἐστιν ὁ λογισμός.

Οὔτε πῦρ ἱματίῳ περιστεῖλαι δυνατὸν, οὔτε αἰσχρὸν ἁμάρτημα χρόνῳ.

Ἀριστοτ. — Οὐ πόρρω τοῦ ἀναμαρτήτου καθίστησιν ἑαυτὸν, ὁ τὸ ἁμαρτηθὲν ἐπιεικῶς ὁμολογήσας.

Πυθαγόρου. — Τὰ ἁμαρτήματά σου πειρῶ, μὴ λόγοις ἐπικαλύπτειν, ἀλλὰ θεραπεύειν ἐλέγχοις.

Δημοσθ. — Ὥσπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόμενον οὐδὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζεται· οὕτως οὐδὲ ψυχὴ κακῶς φρουρουμένη θεραπεύεται. B

Μοσχίωνος. — Βέλτιον ὀλιγάκις ὁμολογοῦντα κατορθοῦν, σωφρονεῖν πολλάκις, ἢ ὀλιγάκις ἁμαρτάνειν λέγοντα, πλημμελεῖν πολλάκις.

Ζήνων. — Ζῆθι, ὦ ἄνθρωπε, μὴ μόνον ἵνα φάγῃς καὶ πίῃς, ἀλλ' ἵνα τῷ ζῆν πρὸς τὸ εὖ ζῆν καταχρήσῃ.

Φαυωρίνου. — Πάθος τί μου προσέπεσε τῇ ψυχῇ, καὶ τί μέν ἐστιν οὐκ οἶδα. Ἔρωτα δὲ αὐτὸ λέγουσιν (*q*) οἱ μεμυημένοι. Βάσκανε δαῖμον καὶ ἀλόγιστε, ἀσθενεῖ προσελήλυθας σώματι, φέρειν σε μὴ δυναμένῳ. Ἐξίσταμαί σου, δαῖμον· παραχωρῶ σου τῆς μάχης· οὐκ εἰμί σου στρατιώτης. C

Θεοφράστ. — Ἔρως ἐστὶν ἀλογίστου τινὸς ἐπιθυμίας ὑπερβολὴ, ταχεῖαν μὲν ἔχουσα τὴν πρόσοδον, βραδεῖαν δὲ τὴν ἀπόλυσιν.

611 SERMO XXVII.

De ciborum incontinentia ac gula.

Luc. VI, 25. — Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis; væ vobis qui ridetis, quia lugebitis et flebitis.

Jac. V, 5. — Epulati estis deliciose super terram et eluxuriati; enutristis corda vestra sicut in die occisionis.

Prov. XXIV, 15. — Ne seducaris in saturitate ventris tui.

Prov. XXV, 16. — Mel nactus, quantum sufficit edito, ne forte repletus evomas.

Eccli. XL, 30. — Vir respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in computatione vitæ.

Basilii. — Nullum cum ventre fidum commer-

ΛΟΓΟΣ ΚΖ'

Περὶ ἀκρασίας καὶ γαστριμαργίας.

Λουκ. ς'. — Οὐαὶ οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε· οὐαὶ οἱ γελῶντες, ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε.

Ἰακ. ε'. — Ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐσπαταλήσατε· ἐτρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς.

Παροιμ. κδ'. — Μὴ ἀπατηθῇς ἐν χορτασίᾳ κοιλίας σου. D

Παροιμ. κε'. — Μέλι εὑρὼν, τὸ ἱκανὸν φάγε, μή ποτε πλησθεὶς ἐξεμέσῃς.

Σιρ. μ'. — Ἀνὴρ βλέπων εἰς τράπεζαν ἀλλοτρίαν, οὐκ ἔστιν ὁ βίος αὐτοῦ ἐν λογισμῷ ζωῆς.

Βασιλείου. — Γαστὴρ συναλλάκτης ἐστὶν ἀπιστό-

[a] In Gesn. Stob. 87.

NOTÆ.

(*q*) *Ἔρωτα δὲ αὐτὸ λέγουσι.* Istud de amore hac et sequenti sententia, paulo remotius a titulo videtur, ac potius alio spectare. Forte erat novus titulus ac sermo, cujus reliqua exciderint: nisi Maximus subtiliter adjecit, ut significaret esse amorem affectuum omnium principem ac fontem, ipsum plane insuperabilem, ex quo peccatum et injustitia, cum ille pravus est, et qualis viget in natura corrupta nec sanata, experiebanturque ol ἔξω philosophi (Græci scilicet et ethnici) a Christi gratia extranei. Etiam cum ad divina transfertur, velut quamdam passionem vi nominis importat, ipsaque divinius quid et majus charitate videtur, ut Dionysius De divinis nominibus exposuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τατος, ταμεῖον ἀφύλακτον· πολλῶν ἀποτεθέντων, τὴν μὲν βλάβην παρακατέχουσα, τὰ δὲ παραδοθέντα οὐ κατέχουσα.

Αἰχνη γαστὴρ, ἡ ἀεὶ ἀπαιτοῦσα καὶ μηδέποτε λήγουσα. Ἡ λαμβάνουσα σήμερον, καὶ αὔριον λανθανομένη. Ὅταν ἐμπλησθῇ, περὶ ἐγκρατείας φιλοσοφεῖ· ὅταν διαπνευσθῇ, ἐπιλανθάνεται τῶν δογμάτων.

Φοβήθητι τὸ ὑπόδειγμα τοῦ πλουσίου. Ἐκεῖνον παρέδωκε τῷ πυρὶ ἡ διὰ βίου τρυφή. Οὐ γὰρ ἀδικίαν, ἀλλὰ τὸ ἀβροδίαιτον ἐγκληθεὶς, ἀπετηγανίζετο ἐν τῇ φλογὶ τῆς καμίνου.

Ἐκ γὰρ τῆς παχείας τροφῆς καὶ οἴνου, αἰθαλώδεις τινὲς ἀναθυμιάσεις ἀναπεμπόμεναι, νεφέλης δίκην πυκνῆς, τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐλλάμψεις ἐπὶ τὸν νοῦν διακόπτουσι. Διὸ καὶ Μωϋσῆς πρὸς θεωρίαν Θεοῦ ἀναβαίνων διὰ τοῦ νοῦ, ἄσιτος καὶ ἄποτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα διετέλεσεν, ἀθόλωτον διαμένειν αὐτῷ τὸ ἡγεμονικὸν διοικούμενος.

Θεοί. — Ἄϋπνός ἐστι καὶ ἀκοίμητος πρὸς τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις.

Δὸς εἶπε γαστήρ. Ἢν λαβοῦσα σωφρονεῖς,
Δώσω προθύμως· ἢν δὲ τοῖς κάτω δίδως
Κόπρον· λάβοις μὲν, ἀλλ' ὅμως μὴ πλουσίαν.
Εἰ δ' οὖν κατάσχοις, δώσομεν καὶ πλουσίαν.

Ἀκρασία γὰρ ἐμοὶ, πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν καὶ ταῦτα, πεινώντων ἄλλων καὶ δεομένων, τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ καὶ κράματος.

Οὐδὲν οὕτω ἐπίμαχόν τε καὶ φιλόνεικον, ὡς ἡ γαστήρ.

Χρυσοσ. — Φαγὼν καὶ πιὼν καὶ ἐμπλησθεὶς, πρόσεχε σεαυτῷ. Ἀπόκρημνος γάρ ἐστιν ὁ τόπος τῆς τρυφῆς.

Ἰω. Κλίμ. — Θλιβομένης κοιλίας (r) ταπεινοῦται καρδία· θεραπευομένης δὲ, γαυριᾷ λογισμός.

Νυσσ. — Ὄψον σοι γενέσθω ἔνδεια· καὶ τὸ μὴ ἐπιβάλλειν κόρον τῷ κόρῳ, μηδὲ ἀμβλύνειν τῇ κραιπάλῃ τὴν ὄρεξιν.

Ῥίζα τῶν περὶ τὸν βίον πλημμελημάτων ἐστὶν, ἡ περὶ τὸν λαιμὸν ἀσχολία.

Μέχρι τῆς ὑπερώας ἡ τῶν ἡδυσμάτων αἴσθησις τὸν ὅρον ἔχει· ἀπὸ δὲ ὑπερώας, ἀδιάκριτος ἡ τῶν ἐμβαλλομένων διαφορὰ, ὁμοτίμως τὰ πάντα τῆς φύσεως πρὸς δυσωδίαν ἀλλοιούσης.

Φίλωνος. — Ἐγκρατείας μὲν ἴδιον, ὑγίεια καὶ

A cium; penu est incustoditum. Injecta in eum ciborum copia labem retinet; quæ illi credita sunt, non servat.

Venter ligurítor est, qui semper expetit, et nullum unquam finem facit. Qui sumit hodie, nec in crastinum meminit. Cum repletus fuerit ac distentus, de temperantia et victus parcitate philosophatur; ubi vapores discusserint, eorum quæ statuerat oblivio subit.

Formidabile divitis exemplum (*Luc.* xvi). Igni ille traditus est ob vitæ delicias. Nullo enim injustitiæ reatu, sed vitæ lautioris luxuriosæque piaculo in camini flamma cruciabatur.

Ex crassiore cibo vinique potu, fuliginosi quidam vapores sublati, instar condensæ nubis, Spiritus
B sancti illustrationes in animam intercipiunt ac præpediunt. Quamobrem etiam Moyses, cum ad Dei contemplationem mente ascenderet, dies quadraginta absque cibo potuque jejunus egit, hoc inde satagens, ut vis animi atque acies nihil illi turbata constaret.

Theologi. — Nullo torpescit somno, ac perpetuo vigil est humana natura, insana majoris compendii plusque habendi fame.

Da, inquit venter. Si cum acceperis modestus fueris,
Promptè dabo. Sin inferioribus transmittis
Stercus; accipies quidem, sed non opulente.
Sin retinebis, opulente dabimus.

Ad me quod attinet, incontinentia est ac luxuria
C quidquid superfluum ac ultra justam necessitatem est: idque cum alii esuriant ac egestate premantur, **612** qui ex eodem luto massaque concreti sunt.

Nihil tam contentiosum et pronum ad lites, ac venter.

Chrys. — Cum comederis atque biberis fuerisque saturatus, attende tibi et cautus esto: etenim præceps deliciarum locus.

Climaci. — Inter ventris angustias ejusque pressura, cor humiliatur; illius vero curatione superbit animus.

Nyssen. — Obsonii loco tibi sit inopia; et quod satietatem satietate non cumules, nec appetitus hebetetur per crapulam.

Radix errorum, qui in vita versantur, est gulæ
D studium.

Condimentorum sensus ad palatum usque terminatur: deinceps vero eorum quæ injiciuntur, nulla discretio, cuncta ex æquo in putres fæces immutante natura.

Philonis. — Temperatæ victus rationi, comes sa-

NOTÆ

(r) *Θλιβομένης κοιλίας.* Sententia Climaci ipsa aperta, ventris afflictatione maloque inediæ, animum ad humilitatem cogi, ejusque luxuriaet deliciis, ad superbiam erigi; idque Scripturæ phrasi, qua jubemur humiliare animas nostras in jejunio, etc. absone plane Gesn. sive (cujus ille versionem intactam voluit) Ribbitius, *Onerato ventre deprimitur cor: si autem ratio ejus habeatur, exsultat ac gestit animus.* Ergo θλίβεσθαι et θλῖψις, *onerare* et *onus?* Quale, rogo? escarumne? Istud quam morale et dignum Climaco, severissimæ disciplinæ homine, cura ventris exsultare et gestire animum; quasi eam ille curam suadeat, ac si fere medicus præscribat cœliaco, non qua corpus levet, sed qua animum diffundat; non magis ab ea revocet, quasi Pauli verbis, *Carnis curam ne feceritis*, ut animo superbiam detrahat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

litas viriumque robur; incontinentiæ vero ac luxuriæ, infirmitas ac ægritudo ipsa prope mortis interitioni hærens.

Plutarch. — Deliciæ, velut ex castris, ex indisciplinatorum animo, optima quæque auferunt.

Democrit. — Sanitatem a Deo exposcunt homines; cumque ejus apud se virtutem habeant, non intelligunt. Per incontinentiam enim vitæque luxuriam contrarii præstantes, ipsi sanitatis proditores exsistunt.

Quemadmodum unctio non quæ suavis, aut quæ prolixa, bona est, sed quæ sanum præstat; sic cibus, non qui deliciosus aut copiosus, bonus est, sed qui ad valetudinem conducit.

Ne cito nimiaque festinatione comederis: est enim hoc caninum, ac ejusmodi, ut bestiam magis quam hominem deceat.

Catonis. — Is, cum deliciarum sumptus reprehenderet: Quam difficile, aiebat, est ad ventrem, qui auribus careat, verba facere!

Antisth. — Antisthenes interrogatus: Quid sit dici festi celebritas? Gulæ occasio, inquit.

Epicteti. — Cura ne te cibi, qui in ventrem mittuntur, pinguiles alant, sed quæ animo inest lætitia. Illi enim in excrementa vertuntur, unaque cum illis laus defluit; animus autem a corpore sejunctus, incorruptus perpetuo manet.

In conviviis cœnisque obeundis, memento duos esse qui excipiantur, tum scilicet corpus, tum animam; ac quidquid corpori dederis, statim te effudisse: in perpetuum vero servare, quod in animi partem cesserit.

613 *Diogen.* — Quibus in ædibus ingens ciborum copia est, versari et murium feliumque multitudinem; sed et corpora multis cibis inferta, pro eorum ratione multos pariter morbos contrahere.

Crates. — Cum Delphis Phrynes scorti statuam auream vidisset, exclamavit: Hoc nempe tropæum exstat Græcorum impudicitiæ.

Idem juvenem luctatorem videns, vino et carnibus, ac qua exercebat, longe corpulentiorem fieri: O miser, inquit, desine adversus teipsum firmum adeo struere carcerem.

Theognidis.

Multo plures jam satietas, quam fames, perdidit.
Virorum, quos supra quam sors ferat habendi cupido [*incessit.*

Socrates. — Homines vivere ut edant, aiebat; se autem edere ut viveret.

SERMO XXVIII.

De tristitia, animique dolore ac mœstitia.

Matth. v, 5. — Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

II Cor. II, 2. — Quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?

ἰσχύς· ἀκρασίας δὲ, ἀσθένεια καὶ νόσος γειτνιῶσα θανάτῳ.

Πλουτάρχ. — Ἡ τρυφὴ, καθάπερ στρατοπέδου, τῆς τῶν ἀπαιδεύτων ψυχῆς τὰ ἄριστα ἀφαιρεῖται.

Δημοκρίτ. — Ὑγείαν ἔχειν παρὰ Θεοῦ αἰτοῦντες οἱ ἄνθρωποι· τὴν δὲ ταύτης δύναμιν παρ' ἑαυτοῖς ἔχοντες, οὐκ ἴσασιν. Ἀκρασίᾳ γὰρ τὰ ἐναντία πράσσοντες, αὐτοὶ προδόται τῆς ὑγείας γίνονται.

Ὥσπερ ἄλειμμα οὐ τὸ ἡδὺ καλὸν, οὐδὲ τὸ μακρὸν, ἀλλὰ τὸ ὑγιεινόν· οὕτω καὶ τροφὴ, οὐχ ἡ ἡδεῖα καλὴ, οὐδὲ ἡ πολλὴ, ἀλλ' ἡ ὑγιεινή.

Τάχος καὶ ἔπειξις ἀπέστω τοῦ ἐσθίειν· κυνῶδες γὰρ τοῦτο, καὶ θηρίῳ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ πρέπον.

Κάτωνος. — Οὗτος τῆς πολυτελείας καθαπτόμενος, εἶπεν, Ὡς χαλεπόν ἐστι λέγειν πρὸς γαστέρα, ὦτα μὴ ἔχουσαν.

Ἀντισθέν. — Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς, Τί ἐστιν ἑορτὴ, εἶπε, Γαστριμαργίας ἀφορμή.

Ἐπικτήτου. — Φρόντιζε ὅπως σε μὴ τὰ ἐν τῇ γαστρὶ σιτία πιαίνει, ἀλλ' ἡ ἐν τῇ ψυχῇ εὐφροσία. Ἐπεὶ τὰ μὲν ἀποσκυβαλίζεται, καὶ συνεκρεῖ ὁ ἔπαινος· ἡ δὲ ψυχὴ χωρισθεῖσα, διαπαντὸς ἀκήρατος μένει.

Ἐν ταῖς ἑστιάσεσι, μέμνησο ὅτι δύο ὑποδέχονται· τό τε σῶμα καὶ ἡ ψυχή· καὶ ὅ τι ἂν τῷ σώματι δῷς, τοῦτο εὐθὺ ἐξέχεας· ὅ τι δ' ἂν τῇ ψυχῇ διαπαντὸς τηρεῖς.

Διογένης. — Τῶν οἰκιῶν ἔνθα πλείστη τροφὴ, πολλοὺς μῦς εἶναι καὶ γαλάς· καὶ σώματα δὲ τὰ πολλὴν τροφὴν δεχόμενα, καὶ νόσους ἴσας ἐφέλκεσθαι.

Κράτης. — Κράτης ἰδὼν χρυσῆν εἰκόνα Φρύνης τῆς ἑταίρας ἐν Δελφοῖς ἑστῶσαν, ἀνέκραγεν, ὅτι Τοῦτο τῆς Ἑλλήνων ἀκρασίας τρόπαιον ἕστηκεν.

Ὁ αὐτὸς νεανίσκον ἰδὼν ἀθλητικὸν οἴνῳ καὶ κρεοφαγίᾳ καὶ ἀσκήσει σάρκα πολλὴν ὑποτρέφοντα, εἶπεν, Ὦ δαιμόνιε, παῦσαι καθ' ἑαυτοῦ πόνων τὸ δεσμωτήριον ἰσχυρόν.

Θεόγνιδος.

Πολλῷ τοι πλέονας λιμοῦ κόρος ὤλεσεν ἤδη
Ἄνδρας, ὅσοι μοίρης πλεῖον ἔχειν ἔθελον[44].

Σωκράτης. — Οὗτος τοὺς μὲν ἀνθρώπους ἔλεγε ζῆν ἵνα ἐσθίωσιν· ἐγὼ δὲ ἐσθίω ἵνα ζῶ.

ΛΟΓΟΣ ΚΗ'[45].

Περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας.

Ματθ. ε'. — Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

β'. Κορ. β'. — Τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ;

VARIÆ LECTIONES.

[44] Β. ἐθέλουσιν ἔχειν. [45] Est in Gesn. Stob. 240.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Σολομ. — Ὥσπερ σὴς ἱματίῳ (s) καὶ σκώληξ ξύλῳ, οὕτω λύπη ἀνδρὸς βλάπτει καρδίαν. A

Σιράχ λη'. — Ἀπὸ λύπης ἐκβαίνει θάνατος· καὶ λύπη καρδίας κάμψει ἰσχύν.

Βασιλείου. — Ὥσπερ οἱ σκώληκες τοῖς ἁπαλωτέροις τῶν ξύλων ἐντίκτονται μάλιστα, οὕτως αἱ λύπαι τοῖς μαλακωτέροις ἤθεσι τῶν ἀνθρώπων ἐμφύονται.

Ὁ λέγων μὴ πρέπειν τῷ δικαίῳ τὴν θλῖψιν, οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἢ μὴ ἁρμόζειν τῷ ἀθλητῇ τὸν ἀνταγωνιστήν.

Θεολόγου. — Φέρει παραμυθίαν ὀδυνομένῳ κοινωνία τῶν στεναγμῶν.

Ἔστι ποτὲ ἡδονῆς λύπη τιμιωτέρα, καὶ κατήφεια πανηγύρεως· καὶ γέλωτος οὐ καλοῦ, δάκρυον ἐπαινετόν.

Μέγα γὰρ τὸ παρὰ συναλγούντων φάρμακον. Οἱ γὰρ B τὸ ἴσον τοῦ πάθους ἔχοντες, πλέον εἰσὶν εἰς παραμυθίαν τοῖς πάσχουσιν.

Χρυσόστ. — Καιρὸς ἀθυμίας, οὐχ ὅταν πάσχωμεν κακῶς, ἀλλ' ὅταν δρῶμεν κακῶς.

Πλουτάρχ. — Ὁδὸν μὲν τὴν λειοτάτην ἐκλέγεσθαι· βίον δὲ, τὸν ἀλυπότατον.

Ἐπενδύεσθαι δεῖ, τῷ μὲν θώρακι, χιτῶνα· τῇ δὲ λύπῃ, νοῦν.

Σωκράτης. — Ἐρωτηθείς, Τί λύπει τοὺς ἀγαθοὺς, εἶπεν, Εὐτυχία πονηρῶν.

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, Πῶς ἂν τις ἀλύπως διάγει, Τοῦτο ἀδύνατον, εἶπεν· οὐ γάρ ἐστι πόλιν ἢ οἰκίαν οἰκοῦντα καὶ ἀνθρώπους ὁμιλοῦντα μὴ λυπεῖσθαι. C

Λευκίπ. — Τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν ὀφθαλμῶν, ἐν τοῖς μεγάλοις κακοῖς μὴ ἐκχέειν δάκρυον· ἐν δὲ ταῖς μετρίαις συμφοραῖς, ἀφθόνως τὰ δάκρυα καταῤῥεῖ.

Χαρακλ. — Πολλάκις γὰρ τὸ χαρᾶς ὑπερβάλλον, εἰς ἀλγεινὸν περίστησι· καὶ τῆς ἡδονῆς τὸ ἄμετρον, ἐπίσπαστον λύπην ἐγέννησε.

Μοσχίων. — Ἕπεσθαι τοῖς τερπνοῖς εἴωθε καὶ τὰ λυπηρά.

Δημώνακτ. — Δεῖ ὥσπερ φορτίον τὴν λύπην ἀναθέμενον, μὴ στένοντα [στένοντα] φέρειν. D

Χαρικλ. — Οἱ ἄνθρωποι τάφους μὲν κατασκευάζουσι καὶ ἐντάφια ὥσπερ μέλλοντες αὐτοῖς χρῆσθαι· ἀφοβίαν δὲ καὶ ἀλυπίαν τὴν περὶ τοῦ θανάτου ᾗ χρήσονται, οὐ παρασκευάζονται.

Θεοπόμπ. — Εἴ τις πλεῖστα τῶν ἀγαθῶν κεκτημένος μετὰ τοῦ λυπεῖσθαι διάγει τὸν βίον, ἁπάντων ἂν εἴη καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἐσομένων ἀθλιώτερος.

Prov. xxv, 20. — Sicut tinea vestimento et vermis ligno, sic tristitia viri nocet cordi

Eccli. xxxviii, 19. — Ex tristitia provenit mors; et tristitia cordis vim flectet.

Basilii. — Quemadmodum teredines teneroribus lignis maxime innascuntur; sic tristitia ac dolor mollioribus hominum animis ac ingeniis.

Qui negat decere justum, quod affligit ac cruciat, nihil aliud dicit, quam si athletæ adversarium deesse conveniens statuat.

Theologi. — Communio et societas luctus, ei solatio est, qui in dolore agit.

Tristitia quandoque voluptate præstabilior est, festivaque jucunditate mœstitia : inhonesto denique risu meliores laudabiles lacrymæ.

Magnum scilicet ab eis remedium, qui pari sorte dolent. Qui enim æqualiter laborant, plus aliquid laborantibus solatii afferre possunt.

Chrys. — Tunc nimirum indulgendi mœstitiæ tempus est, non cum malis afficimur, sed cum mala patramus.

Plutarchi. — Via quidem eligenda planissima; vita **614** vero, a dolore ac mœstitiæ sensu remotissima.

Thoraci tunicam, menti tristitiam superinduamus operæ pretium est.

Socrat. — Rogatus Socrates : Quid bonis molestum sit : Malorum, inquit, prosperitas.

Idem rogatus, qua quis ratione a tristitia immunis agat: Res, inquit, est impossibilis. Neque enim fieri potest ut quis in urbe, aut domi versetur, hominumque consuetudine utatur, et a tristitia immunis exsistat neque doleat.

Leucippæ. Hoc enim oculorum proprium, ut in magnis malis lacrymas non effundant; in minoribus autem et quæ non prorsus excedant, copiose illis indulgeant.

Characl. — Haud raro namque excellens longeque præstans gaudium, in doloris sensum vertitur; et quæ modum nesciat voluptas, tristitiam una comitem trahit.

Moschion. — Cum iis quæ recreant pariter sequi consueverunt, quæ molesta sunt.

Demonact. — Tristitia velut onus quoddam impositum haud invite ferenda atque gemitu.

Charicleæ. — Mortales sepulcra exstruunt, et quæ ad funus et sepulturam pertinent præparant, quasi his sint usuri : quomodo autem mortis metu et dolore vacent, quorum usus futurus est, nihil tale præparant.

Theopompi. — Si quis pleraque bonorum adeptus, eorum compos effectus cum tristitiâ ægroque animo vitam agit, is, næ mortalium omnium miserabilissimus qui vel exsistunt aut futuri sunt?

NOTÆ.

(s) *Ὥσπερ σὴς ἱματίῳ.* Ait Nobilius non extare in Vulg. quod multi ex eis desiderent. Henten. obelo configens, non invenisse in decem codicibus admonet. Non desunt tamen qui habeant. Hebræa non habent, sed Targum habet, nec aliunde, ut videtur, quam ex Hebræis. Syriaca etiam; proinde non immerito servatum est, seu restitutum in postrema Latinorum Bibliorum recognitione.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ex Epictet., Isocrat. et Democrit. sententiis. — Si vis tristitiæ expertem vitam agere, quæ eventura sunt sic existima, ac si jam accidissent.

Fac animi dolore vaces, non ut doloris ipso sensu careas, brutorum more; nec ut rationis expers, velut insipientes; sed tanquam virtutis cultor, qui videlicet pro doloris remedio rationem habeas.

Illi vir probus gratique animi est, qui non tristis agit, aut dolet ob ea quæ non habet, sed gaudet de iis quæ habet.

Qui ob calamitates tum minime animo discruciantur, tum facto maxime resistunt, ii et civitatum et rudis vulgi præstantissimi habendi sunt.

Epictet. — Interrogatus Epictetus, quonam quis modo hosti dolorem incusserit: Si quis, inquit, ita se comparet, ut quam optime vitam instituat.

Insipientes, tempus; sapientes autem ratio mœrore liberat.

Possidippi. — Nemo est, homo cum sit, qui ab omni immunem dolore ac tristitia vitam **615** egerit; nec cui in finem usque fauste ac prospere cesserit.

Euripid. — In nullo vita inveniri potest ab omni dolore ac tristitia immunis.

Ἐκ τῶν Ἐπικτήτου. Ἰσοκράτ., Δημοκρ. — Εἰ βούλει ἄλυπον βίον ζῆν, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν ὡς ἤδη συμβεβηκότα λογίζου.

Ἄλυπος ἴσθι, μὴ τὴν ἀπάθειαν, ὡς τὰ ἀλόγια τῶν ζώων· μηδὲ τὴν ἀλογίαν, ὡς οἱ ἄφρονες· ἀλλ' ὡς ἐνάρετος, τὸν λόγον τῆς λύπης ἔχων παραμύθιον.

Εὐγνώμων ὁ μὴ λυπούμενος ἐν οἷς οὐκ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐφ' οἷς ἔχει.

Ὅσοι τινὲς πρὸς τὰς συμφορὰς, γνώμῃ μὲν ἥκιστα λυποῦνται, ἔργῳ δὲ μάλιστα ἀντέχουσιν, οὗτοι καὶ τῶν πόλεων καὶ ἰδιωτῶν κράτιστοί εἰσιν.

Ἐπικτήτου. — Ἐρωτηθεὶς πῶς ἄν τις τὸν ἐχθρὸν λυπήσῃ, ἔφη, Ἑαυτὸν παρασκευάζων βέλτιστα πράττειν.

Τοὺς ἄφρονας ὁ χρόνος· τοὺς δὲ φρονίμους ὁ λόγος τῆς λύπης ἀπαλλάττει.

Ποσσιδιπ. — Οὐδεὶς ἄλυπος τὸν βίον διήγαγεν, ἄνθρωπος ὤν· οὐδ' ἄχρι τοῦ τέλους ἔμεινεν εὐτυχῶν.

Εὐριπίδ. — Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον ἐν οὐδενί.

SERMO XXIX.

De somno.

Matth. XXVI, 40, 41; *Marc.* XIV, 37. — Venit Jesus, et invenit discipulos suos dormientes; erant enim oculi eorum gravati, et dicit eis: Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vel Judam videte, quomodo non dormit. Vigilate ergo et orate.

I Thess. V, 6. — Igitur non dormiamus sicut et cæteri, sed vigilemus, et sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus.

Prov. XXIII, 2. — Induitur disrupta et lacera omnis somnolentus.

Eccli. XLII, 9. — Sollicitudo vigiliarum interpellabit dormitationem.

Basilii. — Gratias age, o homo, illi qui et invitis per somnum continuam laboris fatigationem solvit, brevique captata requie ad potentiæ vigorem iterum reducit.

Theologi. — Vir somnolentus somniorum inventor est; somnus enim visa, non res docet.

Chrysost. — Somnus aliud nihil est quam temporanea mors, et quotidianus interitus.

ΛΟΓΟΣ ΚΘ'[66].

Περὶ ὕπνου.

Ματθ. κς'. *Μαρ.* ιδ'. *Λουκ.* κδ'. — Ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς, εὗρε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι, καὶ λέγει αὐτοῖς, Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ. Κἂν τὸν Ἰούδαν θεάσασθε (ι) πῶς οὐ καθεύδει. Γρηγορεῖτε οὖν καὶ προσεύχεσθε.

α' Θεσ. ε'. — Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. Οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσιν· ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν.

Παροιμ. κγ'. — Ἐνδύεται διερρηγμένα καὶ ῥακώδη, πᾶς ὑπνώδης.

Σιράχ λα'. — Μέριμνα ἀγρυπνίας ἀπαιτήσει νυσταγμόν.

Βασιλείου. — Εὐχαρίστει, ἄνθρωπε, τῷ ἀκουσίως ἡμᾶς διὰ τοῦ ὕπνου τῆς συνεχείας τῶν πόνων λύοντι, καὶ ἐκ μικρᾶς ἀναπαύσεως, πάλιν πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς δυνάμεως ἐπανάγοντι.

Θεολόγου. — Ἀνὴρ ὑπνώδης, εὑρετὴς ὀνειράτων· μύστης γὰρ ὕπνος φασμάτων, οὐ πραγμάτων.

Χρυσόστ. — Ὕπνος οὐδέν ἐστιν, ἢ θάνατος πρόσκαιρος, καὶ ἐφήμερος τελευτή.

[66] Apud. Stob. 90.

NOTÆ.

(ι) *Κἂν τὸν Ἰούδαν θεάσασθε.* Hæc perinde, quæ desiderantur in codicibus evangelicis, usurpat Ecclesia Latina, feria 5, in Cœna Domini, ex secretiori forte aliqua Scriptura accepta, additque, *et festinat me tradere Judæis.* Maximus sic olim scripta invenit, quod ita quasi Scripturæ verba produci: nisi Tractatorum aliquis enarrando textum evangelicum adhibuit, quod postea quasi ex textu habitum sit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Γρηγ. Νύσσης. — Ὥσπερ ἐπὶ τῆς καθύγρου γῆς, ἐπειδὰν θερμοτέραις ἀκτῖσιν ἐπιλάμψαι ὁ ἥλιος, ἀτμοί τινες ὁμιχλώδεις ἀπὸ τοῦ βάθους ἀνέλκονται· ὁμοιόν τι γίνεται καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γῇ, τῆς τροφῆς ὑπὸ τῆς φυσικῆς θερμότητος ἀναζεούσης· ἀνωφερεῖς δὲ ὄντες οἱ ἀτμοὶ κατὰ φύσιν καὶ ἀερώδεις, καὶ πρὸς τὸ ὑπερκείμενον ἀναπνέοντες, ἐν τοῖς κατὰ τὴν κεφαλὴν γίνονται χώροις.

Φίλων. — Εἰκότως μελέτην θανάτου· σκιὰν δὲ καὶ ὑπογραμμὸν τῆς αὖθις ἐσομένης ἀναβιώσεως, τὸν ὕπνον οἱ τἀληθῆ πεφρονηκότες ἀπεφήναντο· ἑκατέρων γὰρ ἐναργεῖς φέρει τὰς εἰκόνας, καὶ μεθιστᾷ τὸν αὐτὸν ἐξ ὁλοκλήρου.

Κλήμεντ. — Ὅσα περὶ ὕπνου λέγουσι, τὰ αὐτὰ χρὴ καὶ περὶ θανάτου ἐξακούειν. Ἑκάτερος γὰρ δηλοῖ τὴν ἀποστασίαν τῆς ψυχῆς· ὁ μὲν μᾶλλον, ὁ δὲ ἧττον.

Πᾶσι δέ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, διαμαχητέον ὑμῖν πρὸς τὸν ὕπνον, ὡς πλείονα χρόνον τοῦ ζῆν διὰ τὴν ἐγρήγορσιν μεταλαμβάνειν.

Ὁ γὰρ ὕπνος ὥσπερ τελώνης τὸν ἥμισυν ἡμῖν τοῦ βίου συνδιαιρεῖται χρόνον.

Πολλοῦ γε δεῖ μεθ' ἡμέραν καθεύδειν, τοῖς καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον εἰς ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις.

Δημοκρίτ. — Ἄγρυπνος ἴσο κατὰ τὸν νοῦν· συγγενὴς γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου ὁ περὶ τοῦτον ὕπνος.

Οἱ ἡμερήσιοι ὕπνοι σώματος ὄχλησιν, ἢ ψυχῆς ἀδημοσύνην, ἢ ἀργίην ἢ ἀπαιδευσίαν σημαίνουσιν.

Φιλοστράτ. — Οὐδὲ γὰρ οἱ σώφρονες καὶ σπουδαῖοι νυστάζουσι, κἂν πρόρρω τῶν νυκτῶν σπουδάζουσιν. Οὐ γὰρ ἔξωθεν αὐτοὺς ὁ ὕπνος ὥσπερ δεσπότης, ὑβρίσας εἰς τὸν αὐχένα δεδουλωμένον ὑπὸ τοῦ οἴνου· ἀλλ' ἐλεύθεροί τε καὶ ὀρθοὶ φαίνονται. Καταδαρθέντες δὲ καθαρᾷ τῇ ψυχῇ δέχονται τὸν ὕπνον, οὔτε ὑπὸ τῶν εὐπραγιῶν ἀνακουφιζόμενοι, οὔτε ὑπὸ κακοπραγίας τινὸς ἐκτρώσκοντες. Σύμμετρος γὰρ πρὸς ἄμφω ταῦτα ψυχὴ νήφουσα, καὶ οὐδετέρου τῶν παθῶν ἥττων· ὅθεν καὶ καθεύδει ἡδιστα καὶ ἀλυπότατα, μὴ ἐξισταμένη τοῦ ὕπνου.

Greg. Nyss. — Ut in humente terra, calidioribus solis radiis illustrata ac fota, vapores quidam nebulosi ex imo excitantur; idem propemodum contingit in nostri corporis terra, dum naturali calore cibus effervescit: cumque vapores suapte natura sursum ferantur et aerii sint, exspirentque in locum superiorem, in capitis sede considerent.

Philonis. — Merito mortis meditationem, umbramque et formam futuræ rursus vitæ instaurationis, viri vera sapientes asserte tradiderunt: amborum enim clara fert simulacra ac de integro eumdem ex altero in alterum transfert.

Clementis. — Omnia quæ de somno dicuntur, eadem et de morte dicta accipienda sunt; utrumque enim animi defectionem declarat: hæc magis, ille minus.

Totis viribus, ut summa dicam, cum **616** somno nobis digladiandum, ut per vigiliam, longiora vitæ spatia consequamur.

Somnus velut quidam publicanus, prope dimidium vitæ tempus nobis aufert.

Tantum abest ut interdiu dormiendum sit, ut et noctis partem maximam vigiliæ sit tribuendum.

Democrit. — Mente vigil esto; qui enim illi somnus obvenit, veræ mortis cognatus et affinis exsistit.

Diurni somni corpus gravant, aut animo tædium ac mœstitudinem afferunt, aut otiosi segnisque animi indicio sunt, aut indisciplinati.

Philostrati. — Qui sapientes et sobrii sunt, studiosique ac strenui, nunquam dormitant, etiamsi studia sua in multam noctem producant. Non enim somnus tanquam dominus eos extrudit, cervicem vino subactam contumeliæ habens eamque tentans; sed liberi rectique conspiciuntur. Dormientes vero, pura mente somnum suscipiunt, ut neque secundis rebus levius efferantur, neque ullis adversis dejiciantur. In utrisque enim mens sobria moderationem tenet, neutroque se affectu vinci patitur. Itaque et suavissime et sine molestia, somno non intercepto, dormit.

ΛΟΓΟΣ Λ'[87].

Περὶ μέθης.

Λουκ. κα'. — Προσέχετε ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν αἱ καρδίαι ὑμῶν ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς· καὶ αἰφνιδίως ὑμῖν ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη.

Ῥωμ. ιγ'. — Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν· μὴ κώμαις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις.

Σολ. ζ'. — Ἀγαθὸν πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ εἰς οἶκον πότου.

Παροιμ. κγ'. — Μὴ ἴσθι οἰνοπότης· πᾶς γὰρ μέθυσος πτωχεύσει.

[87] In Gesn. Stobæo 88.

SERMO XXX.

De ebrietate.

Luc. XXI, 34. — Attendite vobis, ne quando graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis hujus vitæ: et superveniat in vos repentina dies illa.

Rom. XIII, 13. — Sicut in die honeste ambulemus: non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis.

Eccle. VII, 3. — Bonum est ire in domum luctus, quam in domum convivii.

Prov. XXIII, 20, 21. — Noli esse vini bibax; omnis enim vino deditus mendicabit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Qui libenter in vini potationibus moratur, in munitionibus suis relinquet infamiam.

Eccli. XXXI, 41. — In convivio vini ne arguas proximum, et non despicias eum in jucunditate illius.

Basilii. — Ut enim aqua adversatur igni, sic vini immoderatus potus rationem exstinguit.

Optimus vini potus modus est, corporis necessarius usus.

617 Ebrietas Dominum non suscipit; Spiritum sanctum expellit. Nam fumus quidem apes fugat; crapula vero spiritalia dona eliminat.

Theologi. — Atque hi quidem ad hunc modum : nos autem in altis et sublimibus lectis, eximiisque, et quæ pene tangere nefas sit, stragulis, splendidi splendide recumbemus. Et quidem illi præclare secum agi putabunt, si vel aqua expleantur; nos autem vini pocula usque ad ebrietatem hauriemus : imo etiam ultra temulentiam, quod saltem ad eos attinet qui majore intemperantia laborant; atque ex pluribus vinis alia rejiciemus; alia, ut suavia et grata, probabimus, de aliis etiam philosophabimur, atque detrimento ducemus, nisi ad patrium, etiam exoticum quoddam vinum inter alia celebre velut tyrannus accesserit. Nos quippe lautos et delicatos, ac supra quam usus exigat, profusiores esse atque haberi decet; perinde atque vereamur ne non mali existimemur, ventrisque ac venereorum mancipia.

Chrysost. — Qui ebrietate et luxuria vitam ducunt, his in noctis tenebras dies vertitur : non velut sol exstinguatur, sed quod eorum animus vini crapula obtenebrescat.

Evagrii. Vinum, corpus; Dei sermo animum roborat.

Plutarchi. — Mundi quidem igni et aquæ labes ac interitus est; luxuriosorum vero opes amoribus corrumpunt et temulentia.

Diogenes. — Cum illi in quodam convivio largius merum propinaretur, id effudit. Quod vero aliqui rem improbabant : Si ebibero, inquit, non solum vinum peribit, sed et me una secum perdet.

Menandri. — Injuria vinumque amicorum mores ac indolem amicis detegere solent.

Multum meri parum sapere cogit.
Non quidem copia potus, si quis observet,
Desipere facit, sed potantis ingenium.
Molestum est autem cum quis præ vino nimis loquitur,
Nihil sciens, simulans vero scire.

Pythag. — Hic aiebat ebrietatem vesaniæ exercitamentum esse.

Cleostrat. — Cleostratus cuidam sibi dicenti : Non te pudet, qui ebrius sis, respondit : Nec vero teipsum pudet, quod hominem ebrium corripis?

Epictet. — Cicades, canoræ sunt; cochleæ autem, mutæ; gaudentque, hæ quidem, **618** humido allabente; illæ vero, calido confovente. Cochleas ros excitat, qua infundente gurgitibus exeunt; cicadas sol ardoribus provocat, per quos stridulum

A Ὃς ἐστιν ἡδὺς ἐν οἴνων διατριβαῖς, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ὀχυρώμασι καταλείψει ἀτιμίαν.

Σιράχ λα'. — Ἐν συμποσίῳ οἴνου μὴ ἔλεγχε τὸν πλησίον, καὶ μὴ ἐξουδενώσῃς αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ αὐτοῦ.

Βασιλ. — Ὥσπερ γὰρ ὕδωρ πολέμιόν ἐστι πυρί, οὕτως ἀμετρία οἴνου λογισμὸν κατασβέννυσι σώφρονα.

Μέτρον ἄριστον τῆς τοῦ οἴνου χρήσεως, ἡ χρεία τοῦ σώματος.

Μέθη. Κύριον οὐχ ὑποδέχεται. Πνεῦμα ἅγιον ἀποδιώκει. Καπνὸς μὲν γὰρ φυγαδεύει μελίσσας· χαρίσματα δὲ πνευματικὰ ἀποδιώκει κραιπάλη.

Θεολ. — Καὶ οἱ μὲν πένητες, οὕτως· ἡμεῖς δὲ ἀνακειτόμεθα λαμπροὶ λαμπρῶς, ἐπὶ στιβάδος ὑψηλῆς τε καὶ μετεώρου, καὶ τῶν περιττῶν καὶ ἀψαύστων ἐπιβλημάτων. Καὶ τοῖς μὲν πολὺς[58] κόρος καὶ B ὕδατος· ἡμῖν δὲ καὶ μέχρι μέθης οἱ τοῦ οἴνου κρατῆρες· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ μέθην τοῖς ἀκολαστοτέροις· καὶ τὸν μὲν ἀποπεμψόμεθα τῶν οἴνων, τὸν δὲ ἐκκρινοῦμεν ὡς ἀνθοσμίαν· περὶ δὲ τοῦ φιλοσοφήσομεν· ζημία δὲ, εἰ μὴ προσέσται τῷ ἐγχωρίῳ, καὶ τῶν ὀνομαζομένων ξένων τις, ὥσπερ τύραννος. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς ἁβροὺς καὶ τῆς χρείας περιττοτέρους εἶναι· ὥσπερ αἰσχυνομένους, εἰ μὴ κακοὶ νομιζόμεθα καὶ δοῦλοι γαστρὸς, καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα.

Χρυσόστ. — Τοῖς ἐν μέθῃ καὶ ἀκολασίᾳ βιοῦσιν, ἡ ἡμέρα πρὸς τὸ τῆς νυκτὸς μεταστρέφεται σκότος· οὐ τοῦ ἡλίου σβεννυμένου, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων διανοίας σκοτιζομένης τῇ μέθῃ. C

Εὐαγρίου. — Ῥώννυσι μὲν οἶνος σῶμα· τὴν δὲ ψυχὴν λόγος Θεοῦ.

Πλουτάρχ. — Φθείρεται μὲν κόσμος πυρὶ καὶ ὕδατι· ὁ δὲ τῶν ἀκολάστων πλοῦτος, ἔρωτι καὶ μέθῃ.

Διογέν. — Ἐν συμποσίῳ τινὶ, πολλοῦ αὐτῷ οἴνου διδομένου, τοῦτον ἐξέχεεν· ἐπεὶ δέ τινες αὐτὸν ἐμέμφοντο, Ἐὰν γὰρ αὐτὸν, ἔφη, ἐκπίω, οὐ μόνον αὐτὸς ἀπόλλυται, ἀλλὰ κἀμὲ προαπόλλυσιν.

Μενάνδρ. — Ὕβρις καὶ οἶνος ἀποκαλύπτειν εἰώθασιν φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.

Ὁ πολὺς ἄκρατος, ὀλίγ' ἀναγκάζει φρονεῖν.
Οὐ γὰρ τὸ πλῆθος, ἂν σκοπῇ τις, τοῦ πότου
D *Ποιεῖ παροινεῖν, τοῦ πιόντος δ' ἡ φύσις.*
Χαλεπὸν ὅταν τις ὢν πίνῃ πλέον λαλῇ,
Μηδὲν κατιδών, ἀλλὰ προσποιούμενος.

Πυθαγ. — Οὗτος ἔλεγε, Τὴν μέθην, μανίας εἶναι μελέτην.

Κλεόστρατ. — Κλεόστρατος πρὸς τὸν εἰπόντα αὐτῷ, Οὐκ αἰσχύνῃ μεθύων, ἔφη, Σὺ δὲ οὐκ αἰσχύνῃ μεθύοντα νουθετῶν;

Ἐπικτήτου. — Οἱ τέττιγες μουσικοί· οἱ δὲ κοχλίαι, ἄφωνοι· χαίρουσι δὲ, οἱ μὲν ὑγραινόμενοι· οἱ δὲ, ἀλεαινώμενοι. Ἔπειτα προκαλεῖται, τοὺς μὲν, ἡ δρόσος· καὶ ἐπὶ ταύτῃ ἐκδύνουσι· τοὺς δ' αὖ διεγείρει ἀκμάζων ὁ ἥλιος, καὶ ἐν αὐτῷ ᾄδουσι. Τοι-

VARIÆ LECTIONES.

[58] B. πολύ τι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γαροῦν εἰ βούλει μουσικὸς καὶ εὐάρμοστος ὑπάρχειν ἀνήρ, ἡνίκα μὲν ἐν τοῖς πότοις ὑπὸ τοῦ οἴνου δροσισθῇ ἡ ψυχή, τότε αὐτὴν μὴ ἔα προϊοῦσαν μολύνεσθαι· ἀλλ' ἡνίκα ἐν τοῖς συνεδρίοις ὑπὸ τοῦ λόγου διαπυρωθῇ, τότε θεσπίζειν καὶ ᾄδειν τὰ τῆς δικαιοσύνης κέλευε λόγια.

Αἰσχίν. — Κάτοπτρον εἶδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.

Ἀνάχαρσις. — Κιρναμένου κρατῆρος ἑφεστίου, τὸν μὲν πρῶτον ὑγείας· τὸν δὲ δεύτερον, ἡδονῆς· τὸν δὲ τρίτον, ὕβρεως· τὸν δὲ τελευταῖον, μανίας.

Πλάτων. — Μεθύων κυβερνήτης, καὶ πᾶς παντὸς ἄρχων, ἀνατρέπει πάντα, εἴτε πλοῖον, εἴτε ἁρμά, εἴτε στρατόπεδον, εἴτε ὅ τί ποτε εἴη τὸ κυβερνώμενον ὑπ' αὐτοῦ.

Σοφοκλείους. — Σοφοκλῆς ἐμέμφετο Αἰσχύλῳ, ὅτι μεθύων ἔγραφε. Καὶ γὰρ εἰ τὰ δέοντα ποιεῖ, φησὶν, ἀλλ' οὐκ εἰδώς γε.

Ἐπικτήτ. — Ἡ ἄμπελος τρεῖ βότρυας φέρει, τὸν μὲν πρῶτον ἡδονῆς· τὸν δεύτερον μέθης· τὸν τρίτον ὕβρεως.

Ἐν οἴνῳ μὴ πολυλόγει, ἐπιδεικνύμενος παιδείαν· χολερὰ γὰρ ἀποφθέγξῃ.

Μέθυσός ἐστιν ὁ τριῶν πίνων πλέον,
Κἂν μὴ μεθύσῃ, ὑπερέβη τὸ μέτρον.

A melos cantilantes edunt. Ergo si musice canorus vir, omnique ex parte aptus esse velis, cum in conviviis animus vino, tanquam rore immaduerit, tum cave ulterius progressus polluatur: sed cum in conciliis ac concessibus ratione incaluerit, tum sancire jube, ac justitiæ placita et oracula canere.

Æschinis. — Speculum formam referens, vas est; vinum, mentem explicans.

Anacharsis. — Ejus poculi quod honestatis causa domi temperatur, primum sanitatis, alterum voluptatis, tertium injuriæ, postremum insaniæ haustum bibi.

Platonis. — Ebrius gubernator, ac quisquis ullo modo præest, omnia evertit, sive navim, sive currum, sive exercitum, sive quidquid tandem illius B curæ regendum commissum fuerit.

Sophoclis. — Sophocles Æschylum reprehendebat, quod ebrius scriberet. Etsi enim, inquit, recta, at non prudentem, ac qui sciat eum facere.

Epicteti. — Vitis tres producit uvas: primam voluptatis; alteram ebrietatis; tertiam contumeliæ.

Inter pocula noli verborum copiam fundere, eruditionis ostentandæ causa; fiet enim ut bile loquaris.

Ebriosus est, qui plura tribus bibit poculu;
Ac licet non fuerit inebriatus, modum tamen excessit.

ΛΟΓΟΣ ΛΑ' [89].

Περὶ παῤῥησίας καὶ τοῦ ἐλέγχου.

Ἰωάν. ζ'.—Οὐδεὶς ἐν κρυπτῷ τί ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι (κ).

α' Ἰω. γ'. Ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκει ἡμῶν, παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ὃ μὲν αἰτοῦμεν, λαμβάνομεν παρ' αὐτοῦ, ὅτι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦμεν, καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ποιοῦμεν [90].

Παροιμ. ιζ'. — Ἐξουσίαν δίδωσι λόγοις, ἀρχὴ δικαιωσύνης.

Σιρὰχ η'. — Μὴ ἐκκαίῃς ἀνθρακας ἁμαρτωλοὺς ἐλέγχων, μὴ ἐμπρησθῇς ἐν φλογὶ πυρὸς ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

Βασιλείου. — Ἔοικεν ὁ μὲν ἔλεγχος τέλος ἔχειν τὴν διόρθωσιν τοῦ ἁμαρτάνοντος· ὁ δὲ ὀνειδισμὸς, ἐπὶ ἀσχημοσύνῃ τοῦ ἐπταικότος γίνεται.

Ὁ ἐφησυχάζων, καὶ μὴ ἐλέγχων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἀδελφοῦ, ἀσπλαγχνός ἐστιν, ὥσπερ ὁ τὸν ἰὸν ἐναφεὶς τῷ δηχθέντι ὑπὸ τοῦ ἰοβόλου.

Θεολόγου. — Πολλῷ βέλτιον βραχέα λυπήσαντα μέγιστα ὠφελῆσαι, ἢ τὸ πρὸς ἡδονὴν διώκοντα ζημιῶσαι τῷ κεφαλαίῳ.

Μεῖζον γὰρ ἀγαθὸν τὸ ἐλεγχθῆναι (υ), τοῦ ἐλέγξαι

SERMO XXXI.

De libertate loquendi et reprehendendi.

C *Joan.* VII, 4. — Nemo in occulto quid facit, et quæritipse clarus esse.

I Joan. III, 21. — Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum: et quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, et ea quæ sunt placita coram eo, facimus.

Prov. XVII, 14. — Potestatem dat sermonibus, principium justitiæ.

Eccli. VIII, 13. — Ne accendas carbones arguendo peccatores, ne incendaris flamma ignis peccatorum ipsorum.

Basilii. — Videtur reprehensio hoc spectare, ut is qui deliquit, emendetur; convicium vero, ut qui offendit, probro afficiatur.

D **619** Qui tacet, nec peccatum fratris coarguit, immisericors est, haud secus ac qui in morsum a serpente venenum immittit.

Theologi. — Longe præstat, minori dolore ac molestia maximam utilitatem afferre, quam persequendo quod voluptate deliniat, ipsius capitalis jacturæ auctorem esse.

Melius existimo argui, quam arguere; quanto

VARIÆ LECTIONES.

[89] In Gesn. Stob. 67. [90] Gesn. τηροῦμ. ποιοῦμ.

NOTÆ.

(κ) *Ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι.* Quod legerat Gesn. αὐτὸ, habetque Ballesd. αὐτῷ, probare non potui, nec ullos interpretes agnovisse deprehendi; emendavi ergo, quod sacer textus vulgatus habet, αὐτὸς, petitque tota series. τὸ, ἐν παῤῥησίᾳ, clarum esse, fama celebrem, et qui omnium præconio celebretur, non prior vidit Beza, sed antiqui præivere interpretes, et in illis qui Poly-lot. exstant.

(υ) *Μεῖζον τὸ ἐλεγχθῆναι.* Sic bene Gesn. (υ)

potius est te a malo liberari, quam ut alium liberes.

Chrysost. — Quovis modo libere loqui, vulgaris etiam hominis sæpenumero sit; sic vero loqui ut officii ratio poscit, et convenienti tempore, et cum moderatione congrua et prudentia rem præstare, id vero magnum valde animum et admirandum requirit.

Vita legibus instituta, loquendi libertatem facit.

Maxima libertas ac fiducia, existimare eam tibi decesse; ut et contra pudor maximus, justificare seipsum apud Dominum: ac rei testes, Pharisæus et publicanus locupletes sunt.

Phocionis. — Cum aliquando Phocion Atheniensis, non ad gratiam, sed ad utilitatem Athenis concionaretur, eique Damades orator dixisset: Occidet te populus, Phocion, si insanierit: Te vero, inquit ille, si sanæ mentis exstiterit.

Plutarchi. — Nec e mundo sol tollendus, nec loquendi libertas ex hominum eliminanda congressu.

Xenochar. — Xenocharis philosophus de obscenis quibusdam aliquando rogatus, cum nihil responderet, et is qui interrogaverat silentii causam quæreret: De talibus, inquit, te rogare decet, me autem tacere.

Isocratis. — Da libertatem loquendi viris prudentibus, ut de quibus ambigis, habeas qui tecum exquirant ac judicent.

Democrit. — Cum Democritus pro Atheniensibus apud Philippum legatione fungeretur, ac liberius loqueretur, ad eum Philippus: Nunquid times ne tibi caput jubeam amputari? Ad quem ille: Nihil, inquam; nam si caput abstuleris, patria ipsum mihi immortale reponet.

Pythagoræ. — Dicente quodam: Valde me perstringis suggillasque: Sane, inquit; nam splenicis aspera prosunt atque austera et acerba, dulcia vero noxia sunt.

Epicteti et Isocratis. — Neque gladio obtuso, neque inordinata libertate loquendi utendum est.

Ex Ariston. — Quemadmodum mel exulcerata **620** mordet, iis autem quæ sunt ex natura, suave est; sic et philosophorum sermo ac doctrina.

Perinde facit, qui ex oratione libertatem tollit, ac si ex absinthio acrimoniam sublatam velit.

Hermæ et Isidori. — Reprehensio agnita, o regum maxime, eum qui sit reprehensus, ad eorum cupiditatem ducit, quorum antea ignorantia laborabat.

Socrat. — Libertatis loquendi, velut pomorum dulcior gratia congruo tempore exsistit.

A νομίζω· ὅσῳ μεῖζόν ἐστιν, τὸ αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ, τοῦ ἄλλον ἀπαλλάξαι.

Χρυσόστ. — Τὸ μὲν ἁπλῶς παῤῥησιάζεσθαι, καὶ τῶν τυχόντων[61] πολλάκις· τὸ δὲ εἰς τὸ δέον καὶ καιρῷ τῷ προσήκοντι, καὶ μετὰ τῆς ἁρμοττούσης συμμετρίας καὶ συνέσεως τῷ πράγματι χρήσασθαι, μεγάλης λίαν καὶ θαυμαστῆς δεῖται ψυχῆς.

Ἔννομος ζωὴ, παῤῥησίας δημιουργός.

Μεγίστη παῤῥησία, τὸ μὴ νομίζειν ἔχειν παῤῥησίαν· ὥσπερ οὖν αἰσχύνη μεγίστη, τὸ δικαιοῦν ἑαυτὸν ἐνώπιον Κυρίου· καὶ μάρτυς τῶν λεγομένων, ὁ Φαρισαῖος καὶ ὁ Τελώνης.

Φωκίων. — Φωκίωνος ποτὲ τοῦ Ἀθηναίου δημηγοροῦντος, οὐ τὰ πρὸς χάριν, ἀλλὰ τὰ πρὸς ὠφέλειαν B τοῖς Ἀθηναίοις· Δαμάδου δὲ τοῦ ῥήτορος εἰρηκότος αὐτῷ, Ἀποκτενοῦσί σε, ὦ Φωκίων, ὁ δῆμος, ἢν μανῶσι· Σὲ δὲ, εἶπεν, ἂν σωφρονῶσιν.

Πλουτ. — Οὔτε ἐκ τοῦ κόσμου τὸν ἥλιον, οὔτε ἐκ τῆς ὁμιλίας τὴν παῤῥησίαν.

Ξενόχαρ. — Ξενόχαρις ὁ φιλόσοφος, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος περί τινων αἰσχρῶν, καὶ μὴ ἀποκρινόμενος· ἐκείνου δὲ εἰπόντος, Τί σιωπᾷς; Περὶ τοιούτων, ἔφη, σοὶ μὲν ἐρωτᾷν, ἐμοὶ δὲ μὴ ἀποκρίνασθαι πρέπει.

Ἰσοκράτ. — Δίδου παῤῥησίαν τοῖς εὖ φρονοῦσιν, ἵνα περὶ ὧν ἀμφιγνοῇς, ἔχῃς τοὺς συνδοκιμάσοντας.

Δημοκρίτ.—Δημοκρίτου πρεσβεύοντός ποτε ὑπὲρ C Ἀθηναίων πρὸς Φίλιππον, καὶ παῤῥησίᾳ διαλεγομένου· ὁ Φίλιππος, Οὐ φοβοῦ μὴ τὴν κεφαλήν σου, ἔφη, προστάξω ἀφαιρεθῆναι; Οὐ, φησίν· ἐὰν γὰρ σύ μου ταύτην ἀφέλῃς, ἡ πατρίς μοι αὐτὴν ἀθάνατον ἀναθήσει.

Πυθαγ.—Φήσαντός τινος, Λίαν μοι ἐπισκώπτεις, ἔφη; Καὶ γὰρ τοῖς σπληνικοῖς τὰ μὲν δριμαῖα καὶ πικρὰ, ὠφέλιμα· τὰ δὲ γλυκαῖα, βλαβερά.

Ἐκ τῶν Ἐπικτ. καὶ Ἰσοκρ. — Οὔτε μάχαιραν ἀμβλείαν· οὔτε παῤῥησίαν ἄτακτον ἔχειν δεῖ.

Ἐκ τῶν Ἀριστονύμου. — Ὥσπερ τὸ μέλι τὰ ἡλκωμένα δάκνει· τοῖς δὲ κατὰ φύσιν ἡδὺ ἐστιν· οὕτω καὶ οἱ ἐκ φιλοσοφίας λόγοι.

Ὅμοιον ἀψινθίου δριμὺ, καὶ λόγου τὴν παῤῥησίαν D ἐκκόψαι, ὅμοιον.

Ἑρμοῦ καὶ Ἰσιδώ. — Ἔλεγχος ἐπιγνωσθεὶς, ὦ μέγιστε Βασιλεῦ, εἰς ἐπιθυμίαν φέρει τὸν ἐλεγχθέντα, ὧν πρότερον οὐκ ᾔδει.

Σωκράτ. — Τῆς παῤῥησίας ὥσπερ ὀπώρας (x) ἐν καιρῷ ἡ χάρις ἡδεῖα[62].

VARIÆ LECTIONES.

[61] Gesn. τοῦ τυχόντος. [62] Gesn. ἡδίων.

NOTÆ.

contrario sensu reddat; velut etiam habet Ballesd. τοῦ ἐλεγχθῆναι τὸ ἐλέγξαι, cui Maximi ratio pugnat, quæ nititur utili; quod scilicet is, qui reprehenditur, inde melior fiat, eo quod emendetur, cum reprehendenti nihil lucri ejusmodi accedat.

(x) Ὥσπερ ὀπώρας. Erat ὥσπερ ὥρας, nullo prorsus sensu, quidquid Gesn. (seu Ribbitius) conatus reddere. Quid enim frugi quod reddunt, *Libertatis, ut cujusque partium anni, in tempore gratia jucundior.* Ergo et sævissimæ hiemis, etc. Ut vere emendavi, de pomis et fructibus, quorum præcipue proventus autumno, nihil clarius. Nempe ho-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Εὐσεβίου.— Ἐχθρὸς τὰ ἀληθῆ εἰπών, τοῦ προσποιουμένου φίλου πρὸς χάριν, ἐστὶ πάντως αἱρετώτερος[63]. A

Eusebii. — Inimicus qui vera loquatur, pluris omnino faciendus, amico simulato loquente ad gratiam.

ΛΟΓΟΣ ΛΒ'[64].

Περὶ φιλοπονίας.

Ἰωάν. ε'. — Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.

Πράξ. κ'. — Αὐτοὶ γινώσκετε, ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. Πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν, ὅτι οὕτω κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων.

Σολομ. γ'. — Ἀγαθῶν πόνων, καρπὸς εὐκλεής.

Σιρ. να'. — Ἐργάζεσθε τὸ ἔργον ἡμῶν πρὸ καιροῦ, καὶ δώσει τὸν μισθὸν ὑμῶν ἐν καιρῷ αὐτοῦ. B

Βασιλ. — Τὸ γὰρ πόνῳ κτηθὲν περιχαρῶς ὑπεδέχθη, καὶ φιλοπόνως διεφυλάχθη. Ὧν μέντοι πρόχειρος ὁ πορισμός, τούτων ἡ κτῆσις εὐκαταφρόνητος.

Τί τῶν ἀγαθῶν εὔκολον; Τίς καθεύδων τρόπαιον ἔστησε; Τίς τρυφῶν καὶ καταυλούμενος τοῖς τῆς εὐαισθησίας στεφάνοις κατεκοσμήθη; Οὐδεὶς μὴ δραμὼν ἀνεῖλετο βραβεῖον. Πόνοι γεννῶσι δόξαν, κάματοι προξενοῦσι στεφάνους.

Θεολ. — Γενναιότερον ἐκ τοῦ παθεῖν τὸ φιλόσοφον, ὥσπερ ψυχρῷ σίδηρος, οὕτω τοῖς κινδύνοις στομούμενον.

Χρυσόστ. — Πανταχοῦ διὰ δισκολίας καὶ πόνων C τοῖς ἀνθρώποις πέφυκε τὰ χρήσιμα παραγίνεσθαι.

Φίλωνος. — Ὁ μὲν τὸν πόνον φεύγων, φεύγει τὰ ἀγαθά· ὁ δὲ τλητικῶς καὶ ἀνδρείως ὑπομένων τὰ δυσκαρτέρητα, σπεύδει πρὸς μακαριότητα.

Ἰσοκρ. — Γύμναζε σαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ἵνα δύξῃς καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν.

Καρκίν.

Οὐδεὶς ἔπαινον ἡδοναῖς ἐκτήσατο·
Οὐδεὶς ῥάθυμος εὐκλεὴς ἀνὴρ·
Ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν.

Φιλίσκ. — Οὐκ ἔστιν, ὦ μάταιε, σὺν ῥᾳθυμίᾳ τὰ τῶν πονούντων μὴ πονήσαντας λαβεῖν.

Εὐαγρίου. — Ἄτοπόν ἐστιν διώκοντα τὰς τιμάς, D φεύγειν τοὺς πόνους, δι' ὧν αἱ τιμαί.

Πλουτ. — Ὥσπερ ὄργανον ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον ἡδὺ γίνεται, οὕτω καὶ βίος.

Νικίου. — Οὗτος οὕτω φιλόπονος ἦν, ὥστε πολλάκις ἐρωτᾷν τοὺς οἰκέτας, εἰ λέλουται, ἢ εἰ ἠρίστηκεν.

Ἀρχιμήδ. — Ἀρχιμήδην τῇ σανίδι προσκείμενον ἀποσπῶντες βίᾳ οἱ θεράποντες, εἴλειφον· ὁ δὲ, καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος ἀληλιμμένου διέγραφε τὰ σχήματα.

SERMO XXXII.

De laboris studio ac diligentia.

Joan. v, 17. — Pater meus usque modo operatur, et ego operor.

Act. xx, 34. — Ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos

Sap. III, 15. — Bonorum laborum gloriosus est fructus.

Eccli. LI, 38. — Operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

Basilii. — Quod enim labore partum est, majore lætitia accipitur diligentiusque servatur; quorum autem facilis est acquisitio, horum proclive contemnatur possessio.

Quid in eis, quæ de genere bonorum sunt, facile? Quis somno deditus tropæum erexit? Quis deliciis fractisque modulis atque tibiis, pietatis coronas consecutus est? Nemo nisi qui cucurrerit, palmam retulit. Labores gloriam pariunt; sudores strenui anxiique coronarum exsistunt pararii.

Theologi. — Ex malorum perpessione virtus ipsa generosior fortiorque redditur; quæ, sicut ferrum frigida, sic periculis duretur

Chrysost. — Ubique per difficultates et labores, bona hominibus obvenire solent.

Philonis. — Qui laborem fugit, is bona fugit; qui autem tolerante strenuoque mentis proposito quæ dura sunt sustinet, ad beatitatem festine currit.

Isocrat. — Exerce teipsum assumptis sponte laboribus, ut et eos, qui invitis obveniunt, sustinere proberis.

621 *Carcini.*

Nemo unquam laudem voluptatibus consecutus est.
Nullus segnior vir magnifice clarus factus est.
Sed labores fortis animi claritatem adducunt.

Philisci. — Fieri non potest, stulte homo, ut cum segnitie, ipsi non laborantes, laborantium præmia consequamur.

Evagrii. — Absurdum est, ut qui honores consectatur, labores fugiat, quibus honores parantur.

Plutarchi. — Quemadmodum organum alterna remissione ac intensione suave redditur, sic et vita.

Nicias. — Hic adeo labori deditus fuit, ut sæpe famulos rogaret, num lavisset, ac pransus esset.

Archimedes. — Archimedem tabulæ incumbentem, cum famuli per vim abstractum ungerent; ille in ipsa delibuta cute figuras depingebat.

VARIÆ LECTIONES.

[63] Bal. Σωκράτ. [64] In Gesn. Stob. 118.

NOTÆ.

rum cujusque καιρὸς est et tempestas, per quam jucundior eorum gratia; quod ipsum de parabola, arguto sermone et sententia, diversis ejus generis exemplis declarant ipsa divina eloquia.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Demosth. — Demosthenes a quodam rogatus, A quonam modo oratoriam artem nactus esset : Plus, inquit, olei, quam vini insumendo.

Ex Democr. et Isocrat. sententiis. — Corpus quidem laboribus subige iisque exerce ; animum vero ad ferenda strenue fortiterque pericula adhibe.

Idem rogante quodam, qua re differrent viri laboribus strenui, ab iis qui segnes et desides vitam agerent : Qua, ait, pii ab impiis : quod scilicet bona spe freti sunt.

Idem conspecto juvene laboribus strenuo, Pulcherrimum, inquit, senectuti condis obsonium.

Democrit. — Sponte assumpti labores, ut levius sustineamus qui externo agente atque invitis adhibentur, efficiunt.

Δημοσθ. — Ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Πῶς τῇ ῥητορικῇ περιεγένετο, ἔφη, Πλέον ἔλαιον οἴνου δαπανήσας.

Ἐκ τῶν Δημοκρίτ. καὶ Ἰσοκράτ. — Γύμναζε τοῖς μὲν πόνοις, τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν γενναίως ὑπομένειν τοὺς κινδύνους

Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τίνι οἱ φιλόπονοι τῶν ῥᾳθύμων διαφέρουσιν, εἶπεν, ὡς οἱ εὐσεβεῖς τῶν ἀσεβῶν (*y*), ἐλπίσιν ἀγαθαῖς.

Ὁ αὐτὸς ἰδὼν νεανίαν φιλοπονοῦντα, ἔφη, Κάλλιστον ὄψον τῷ γήρατι ἀρτύεις.

Δημοκρίτ. — Οἱ ἑκούσιοι πόνοι, τὴν τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέραν παρασκευάζουσιν.

B

SERMO XXXIII.

De jurejurando.

Matth. v, 34. Ego autem dico vobis non jurare omnino ; neque per cœlum, quia thronus Dei est ; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus.

Jac. v, 12. — Ante omnia autem, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque juramentum. Sit autem sermo vester : Est, est ; Non, non.

Sap. xiv, 30. — Juraverunt injuste in dolo spreta sanctitate. Non enim eorum per quos jurantur virtus, sed peccantium pœna ulciscitur **622** semper injustorum prævaricationem.

Eccli. xxiii, 9, 12. — Ut servus in quem continuo inquiritur, a livore non minuetur ; sic qui jurat Deumque assidue nominat, a peccato non mundabitur.

Vir multum jurans implebitur iniquitate, et non discedet a domo illius plaga.

Qui jurejurando falsum astruit, pessimas inhumanitatis merces elucratur, quod reus perjurii sit.

Basilii. — Turpe est omnino ac dementiæ plenum, accusare teipsum, ac si fidem non merearis, dictisque jurisjurandi firmitatem adjicere.

ΛΟΓΟΣ ΛΓ' [46].

Περὶ ὅρκου.

Ματθ. ε'. — Λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

Ἰακ. ε'. — Πρὸ πάντων δέ, ἀδελφοί μου, μὴ ὀμνύετε· μήτε τὸν οὐρανὸν μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον · ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ, Ναί, ναί, καὶ τὸ, Οὔ, οὔ.

Σολομ. ιθ'. — Ἀδίκως ὤμοσαν ἐν δόλῳ καταφρονήσαντες ὁσιότητος (*z*). Οὐ γὰρ ἡ τῶν ὀμνυομένων δύναμις, ἀλλ' ἡ τῶν ἁμαρτανόντων δίκη, ἐπεξέρχεται ἀεὶ τὴν τῶν ἀδίκων παράβασιν.

C

Σιρὰχ κγ'. — Ὥσπερ οἰκέτης ἐξεταζόμενος ἐνδελεχῶς (*a*), ἀπὸ μώλωπος οὐκ ἐλαττωθήσεται · οὕτως ὁ ὀμνύων καὶ ὀνομάζων Θεὸν διαπαντὸς ἄνθρωπος, ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ καθαρισθήσεται.

Σιρ. κγ'. — Ἀνὴρ πολύορκος πλησθήσεται ἀνομίας, καὶ οὐκ ἀποστήσεται ἀπὸ τοῦ οἴκου αὐτοῦ μάστιξ.

Πιστούμενος τὸ ψεῦδος διὰ τῶν ὅρκων, κακὸν ἐμπόρευμα τῆς ἀπανθρωπίας τὴν ἐπιορκίαν προσκτᾶται.

Βασιλ. — Αἰσχρὸν γὰρ παντελῶς καὶ ἀνόητον ἑαυτοῦ κατηγορεῖν, ὡς ἀναξίου πίστεως, καὶ τὴν τῶν ὅρκων ἀσφάλειαν ἐπιφέρεσθαι.

[46] Al. Demosth. [47] In Gesn. Stob. 113.

NOTÆ.

(*y*) *Ὡς οἱ εὐσεβεῖς τῶν ἀσεβῶν.* Simile superiori erratum Gesn., sed gravius, quo strenui laboribus, impiis similes dicuntur ; inertes, piis, quod et bona spe fulciantur, non industrii et laboribus assidui, contra ac dicit auctor : *Eo modo quo pii ab impiis, spe nimirum bona ;* non ut Gesn. *quo impii a piis*, etc.

(*z*) *Καταφρονήσαντες τὴν ὁσιότητα.* Quasi spreta juramenti religione ; id enim ὁσιότης, quod Vulg. paulo remotius *justitiam* reddit secutique Nobili et Gesn. Illud etiam ἐπεξέρχεται, parum accommodate, *perambulat super injustorum prævarications.* Potius, quasi hostiliter insequitur, invadit, ulciscitur. Pessimum quod Gesn. ὀμνυομένων, *jurantium* reddit, non magis *juratorum*, ut Vulg. vel clarius, *illorum per quos juratur*. Sensus est, etiam cum ficta numina, jurantur, ulcisci Deum, non propter ficta ipsa numina, et quod eorum violata religio, sed quod ipsum hoc scelus (abusus D scilicet juramenti injustitiæ causa) Dei iram gravius provocet.

(*a*) *Ἐξεταζόμενος ἐνδελεχῶς. De quo continue habeatur quæstio.* Stat itaque in hoc simile, quod sicut servus qui sic austero hero utitur, ut continue in illum inquirat, necesse est ut sæpius vapulet, livoremque ac vibices ferat ; sic et qui sæpius jurat, Deumque assidue nominat, ut perjurio, ejusque nominis irreverentia, peccet. Non bene igitur Gesn. *Servus semper vapulans ;* apud quem etiam mendosum, ἀπὸ μάστιγος οὐκ ἐλαττωθήσεται, inauditumque quod reddit, *a flagello non emendatur.* Etsi enim vera sententia, subditicia tamen, nec scriptori sacro intenta. Vox Θεὸν, *Deum*, ex istis in Vulg. et Sixt. supplenda. Balb. Χρυσοστόμου, inscribit. An quod Maximus sic integram sententiam ex Chrysostomo habuit ; aut potius, quod sic Antiquarius lusit ?

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Θεολ. — Ὁ μὲν γὰρ εὐορκῶν, τυχὸν ἄν ποτε καὶ παρασφαλείη· ὁ δὲ μὴ ὀμνύων, τὸν τῆς ἐπιορκίας κίνδυνον διαπέφευγε. A

Ὁ νόμος φησὶν, *Οὐκ ἐπιορκήσῃς*· σὺ δὲ Οὐδὲ ὁμῆ τὴν ἀρχὴν, οὐ μικρὸν οὐ μεῖζον· ὡς τοῦ ὅρκου τὴν ἐπιορκίαν τίκτοντος.

Χρυσόστ. — Οἱ συκοφάνται τὸ ψεῦδος πιπράσκουσιν· ἀλλήλους ψευδόμενοι τοὺς ὅρκους ἀνήλωσαν, εἰς τὸ ὀμνύειν, καὶ μόνον, τὸν Θεὸν ἐπιστάμενοι.

Σωκράτης. — Δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους.

Ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχου διὰ δύο προφάσεις· ἢ σεαυτὸν αἰτίας ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ μεγάλων B κινδύνων διασώζων.

Ἕνεκεν χρημάτων μηδαμῶς Θεὸν ὁμόσῃς· μηδ' ἀνεύορκεῖν μέλλεις· δόξεις γὰρ, τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, τοῖς δὲ φιλοχρημάτως ἔχειν.

Ἀμφίδος.

Ὅστις γὰρ ὀμνύοντι μηδὲν πείθεται,
Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὅλος οὐσία πλήρης ὑπάρχων, θεὸς γὰρ, καὶ ὑπόστασις ὅλος ἀνελλιπὴς [28], Υἱὸς γὰρ, κενωθεὶς μὲν σπορὰ γέγονε τῆς οἰκείας σαρκὸς, ἀῤῥήτῳ δὲ συλλήψει συντεθεὶς αὐτῆς ὑπόστασις γέγονε [29] τῆς προσληφθείσης σαρκός. Καὶ τούτῳ τῷ καινῷ μυστηρίῳ κατ' ἀλήθειαν ἀτρέπτως ὅλος γενόμενος ἄνθρωπος, δύο φύσεων ἀκτίστου τε καὶ κτιστῆς, ἀπαθοῦς τε καὶ παθητῆς, ὁ αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, πάντας ἀνελλιπῶς [30] τοὺς φυσικοὺς, ὧν ὑπόστασις ἦν, λόγους ἐπιδεχόμενος. Εἰ δὲ πάντας οὐσιωδῶς ὧν ὑπόστασις ἦν τοὺς φυσικοὺς ἐπεδέχετο λόγους, B αὐτῷ συνθέτῳ γενομένῳ τῇ προσλήψει [31] τῆς σαρκὸς κατὰ τὴν ὑπόστασιν πάνυ σοφῶς ὁ διδάσκαλος, ἵνα μὴ ψιλὰ νομισθῇ, τὰ τῆς οἰκείας σαρκὸς πάθη προσένειμεν, αὐτοῦ τε τῆς σαρκὸς ὑπαρχούσης καὶ κατ' αὐτὴν ἀληθῶς ὄντι Θεῷ παθητῷ κατὰ τῆς ἁμαρτίας. Οὐσίας τοίνυν, καθ' ἣν καὶ σαρκωθεὶς ἁπλοῦς ὁ Λόγος μεμένηκε [32], καὶ ὑποστάσεως, καθ' ἣν προσλήψει σαρκὸς γέγονε σύνθετος, καὶ Θεὸς παθητὸς οἰκονομικῶς ἐχρημάτισε, δεικνὺς τὴν διαφορὰν ὁ διδάσκαλος ταῦτά φησιν· « Ἵνα μὴ τὰ τῆς ὑποστάσεως κατηγοροῦντες [33] ἐξ ἀγνοίας τῆς φύσεως [34] λάθωμεν κατὰ τοὺς Ἀρειανοὺς Θεῷ φύσει παθητῷ προσκυνοῦντες. » — « Οὐδὲν δὲ χεῖρον εἰπεῖν καὶ ἀνθρωπισθέντι, » προσέθηκεν, οὐ μόνον διὰ τοὺς Ἀρειανοὺς ἀντὶ ψυχῆς (**106** *b*) τὴν θεότητα, καὶ τοὺς Ἀπολιναριστὰς ἄνουν τὴν ψυχὴν δογματίζοντας, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸ τέλειον τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Λόγου περιτέμνοντας φύσεως, καὶ φύσει θεότητος παθητὸν αὐτὸν ποιουμένους, ἀλλ' ἵνα καὶ δειχθῇ τέλειος ἡμῖν γεγονὼς κατὰ ἀλήθειαν [35] ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς Θεὸς, ὡς δι' ἐνεργοῦς φύσει σαρκὸς νοερῶς τε καὶ λογικῶς ἐψυχωμένης, αὐτουργῶν τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, εἴπερ κατὰ πάντα χωρὶς μόνης ἁμαρτίας, ἧς οὐδεὶς τῇ φύσει παντελῶς ἐνέσπαρται λόγος, ἀλλ' οὐ χωρὶς φυσικῆς ἐνεργείας, ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος, ἧς ὁ λόγος, ὅρος τῆς οὐσίας ἐστὶ [36], πάντας χαρακτηρίζων φυσικῶς οἷς κατ' οὐσίαν ἐμπέφυκε. Τὸ γὰρ κοινῶς τε καὶ γενικῶς τινων κατηγορούμενον ὅρος τῆς αὐτῶν οὐσίας ἐστὶν, οὗ πάντως ἡ στέρησις φθορὰν ἐργάζεται φύσεως, εἴπερ οὐδὲν τῶν ὄντων D τοῦ φύσει πεφυκότος στερούμενον ὅπερ ἦν μένει σωζόμενον.

Dei Verbum totum quidem erat plenissima essentia, utpote Deus, et totum erat perfecta hypostasis, utpote Filius, cum se exinaniret, suam sibi carnem seminavit; ineffabili deinde conceptione coalescens carni quam assumpserat idem hypostasin præstitit. Atque ita, novo hoc mysterio, totum Verbum sine ulla conversione factum est homo, idemque hypostasis duarum naturarum, increatæ et creatæ, impassibilis et passibilis, ita ut omnes omnino earum naturarum rationes susciperet essentiales, quarum erat hypostasis. Jam si omnes, ut dixi, rationes naturarum, quarum est hypostasis, essentialiter suscepit in composito facto per susceptionem carnis, secundum hypostasin, sapientissime hicce magister, ne cum illis faceret qui Christum nudum hominem docent, propriæ carnis passiones attribuit, quoniam et ipsius erat caro, et per ipsam Deus vere passibilis fuit pro peccato. Cum igitur magister inter essentiam, secundum quam etiam incarnatus permansit simplex Deus Verbum, et hypostasin, secundum quam carnis assumptione compositus factus est et Deus dispensatione passibilis audiit, differentiam ostendisset, hæc dicit : « Ne quæ hypostasi propria sunt affirmantes cum Arianis Deum natura passibilem ignoranter colamus. » Illa autem verba addidit: « Nihil obstat dicere, etiam inhumanato », non solum propter Arianos, qui deitatem pro anima ponunt, vel Apollinaristas, qui animam Christo ἄνουν attribuunt (quo sane pacto perfectam juxta nos Dei verbi naturam mutilant, ipsumque in deitate passibilem conficiunt, et quidem naturaliter), verum etiam ut ostendatur nobis unigenitum Deum re ipsa factum esse hominem perfectum, nostramque per se operatum esse salutem in carne, quæ naturaliter ageret, et animam haberet mentis rationisque compotem. Quandoquidem vere factus est homo per omnia, solo peccato excepto, cujus nulla in natura radicalis ratio reperitur, non autem excepta operatione naturali; nam per eam ratio essentiæ rei cujusque, cui inest, naturaliter definitur. Quidquid enim communiter et generice de quibuslibet affirmatur, eorum essentiam definit, et proinde eorum essentia destruitur, si illo omnino careant. Nihil enim suis privatum naturalibus perfectionibus perstat id esse quod erat.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου εἰς τό [37] · « *Οὗτος γὰρ ὁ νῦν σοι καταφρονούμενος ἦν ὅτε καὶ*

Ejusdem ex eadem oratione in id : « Hic enim, quem nunc aspernaris, quondam supra te erat : qui nunc

VARIÆ LECTIONES.

[28] ἀνελλειπὴς ed. Gal. [29] γέγονεν ed. Gal. [30] ἀνελλειπῶς ed. Gal. [31] προλήψει ed. Gal. [32] μεμένηκεν ὁ λόγος ed. Gal. [33] καταγοροῦντες ed. Gal., mendose. [34] Verba ἐξ ἀγνοίας τῆς φύσεως desiderantur in ed. Gal. [35] κατ' ἀλήθειαν ed. Gal. [36] ἐστὶν ed. Gal. [37] εἰς τὸ non exstat in cod. Gud.

(2) Greg. Naz. Or. theol. 3, *De Filio*, cap. 18, p. 537; tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

homo est, compositionis expers erat: quod erat permansit, quod non erat assumpsit: in principio sine causa erat (quæ enim Dei causa afferri queat?) at postea quoque certa de causa natus est; nimirum ut tu, contumeliose, salutem consequaris, qui deitatem idcirco conteinnis, quia crassitiem tuam suscepit, per intermediam mentem cum carne conjunctus, atque inferior homo Deus effectus postquam cum Deo coaluit, præstantiorique parte superante unus factus est, ut ipse quoque tantum Deus efficiar quantum ille homo. »

Hic enim, inquit, quem tu nunc aspernaris, fuit aliquando supra te; exstitit enim per se longe supra omne tempus et omnem naturam, quamvis et nunc propter te sub utroque voluit constitui. Qui nunc homo est, fuit expers compositionis, et natura et hypostasi simplex. Nam solummodo Deus erat, nudus corpore et quæ corpus comitantur; quanquam nunc assumendo carnem, anima rationali præditam, quoad hypostasin, compositionem admisit, quam non habuit, quoad naturam vero, simplicitatem, quam habuit, non amisit. Hæc autem ideo ut hominem salvaret; hanc enim solam causam nativitatis habuit, salutem enim naturæ, cujus ille passibilitatem tanquam crassitiem subiit, mediante mente cum carne conjunctus, et factus est homo inferior Deus, imo omnia pro omnibus factus est quæ quidem in nobis sunt, præter peccatum, corpus, anima, mens, per quæ peccatum pervaserat, commune quid ex his homo, Deus visibilis per intellectum. Deus igitur Verbum proprie sine conversione in eam passibilitatem quæ est nostræ naturæ exinanitum, perque suam incarnationem vere sub sensum naturalem veniens, appellari cœpit Deus visibilis et inferior Deus, per carnem natura passibilem efficiens potentiam suam immensam conspicuam. Quoniam caro manifesto cum Deo coaluit, et unus factus est, præstantiori superante; quippe Verbum assumens eam proprie per hypostaticam identitatem deificavit. Unus autem et non unum factum est, inquit magister, ostendere volens etiam in identitate unius hypostaseos conservari sine confusione naturalem unitorum diversitatem. Est enim hypostaseos et naturæ alius atque alius character. Illud autem: « Ut ipse quoque tanquam deus efficiar, quantum ille homo, » non est meum proferre, qui peccatis coinquinatus sum, nec ullo plane appetitu feror ad vitam illam quæ vere vita est. Vestrum potius est, vestrum, inquam, qui naturæ tantam recuperastis perfectionem, ut sola in vobis conspiciatur gratia Dei, quique per ejus efficaciam tantum inclarescere posse videmini, quantum Deus per incarnationem suam de nostra infirmitate partici-

ὑπὲρ σὲ ἦν· ὁ νῦν ἄνθρωπος καὶ ἀσύνθετος ἦν· ὁ μὲν ἦν, διέμεινεν, ὃ δὲ οὐκ ἦν, προσέλαβεν· ἐν ἀρχῇ ἦν ἀναιτίως (τίς γὰρ αἰτία Θεοῦ;)· ἀλλὰ καὶ ὕστερον γέγονε δι' αἰτίαν ἡ δὲ ἦν τὸ σὲ σωθῆναι τὸν ὑβριστὴν, ὃς διὰ τοῦτο περιφρονεῖς θεότητα ὅτι τὴν σὴν παχύτητα κατεδέξατο, διὰ μέσου νοὸς ὁμιλήσας σαρκὶ καὶ γενόμενος ἄνθρωπος ὁ κάτω Θεός, ἐπειδὴ συνανεκράθη Θεῷ καὶ γέγονεν εἷς, τοῦ κρείττονος ἐνικήσαντος, ἵνα γένωμαι τοσοῦτον Θεὸς ὅσον ἐκεῖνος ἄνθρωπος (3). »

Οὗτος γὰρ ὁ νῦν σοι καταφρονούμενος, φησὶν[38], ἦν ὅτε καὶ ὑπὲρ σὲ ἦν, παντὸς αἰῶνος δηλονότι καὶ πάσης δι' ἑαυτὸν ὑπάρχων (**107** *a*) ἐπέκεινα φύσεως, κἂν ὑπ' ἄμφω νῦν διὰ σὲ γεγένηται θέλων. Ὁ νῦν ἄνθρωπος καὶ ἀσύνθετος ἦν, τήν τε φύσιν ἁπλοῦς καὶ τὴν ὑπόστασιν, ἅτε δὴ μόνον Θεὸς, γυμνὸς σώματος καὶ τῶν ὅσα σώματος, κἂν νῦν προσλήψει σαρκὸς ψυχὴν ἐχούσης νοερὰν, ὅπερ οὐκ ἦν γέγονε, τὴν ὑπόστασιν σύνθετος, διαμείνας ὅπερ ἦν, τὴν φύσιν ἁπλοῦς, ἵνα σὲ σώσῃ τὸν ἄνθρωπον. Ταύτην γὰρ τῆς σαρκικῆς αὐτοῦ μόνην αἰτίαν ἔσχε γεννήσεως, τὴν σωτηρίαν τῆς φύσεως, ἧς ὑπελθὼν, καθάπερ τι πάχος, τὸ παθητὸν διὰ μέσου νοὸς ὡμίλησε[39] σαρκὶ, γενόμενος ἄνθρωπος ὁ κάτω Θεὸς, πάντα ὑπὲρ πάντων γενόμενος ὅσα ἡμεῖς, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, σῶμα, ψυχὴ, νοῦς, δι' ὅσων ὁ θάνατος, τὸ κοινὸν ἐκ τούτων, ἄνθρωπος, Θεὸς ὁρώμενος διὰ τὸ νοούμενον. Αὐτὸς οὖν δίχα τροπῆς[40] κυρίως πρὸς τὸ καθ' ἡμᾶς φύσει παθητὸν κενωθεὶς ὁ Λόγος, καὶ ὑπὸ τὴν φυσικὴν ἀληθῶς διὰ σαρκώσεως γενόμενος αἴσθησιν, Θεὸς ὁρατὸς καὶ κάτω Θεὸς προσηγορεύθη, διὰ σαρκὸς φύσει παθητῆς τὴν ὑπεράπειρον ἐμφανῆ ποιησάμενος; δύναμιν, ἐπειδὴ συνανεκράθη Θεῷ πρόδηλος ἡ σὰρξ καὶ γέγονεν εἷς, τοῦ κρείττονος ἐνικήσαντος, ὑποστατικῇ ταυτότητι κυρίως αὐτὴν τοῦ προσλαβόντος Λόγου θεώσαντος. Εἷς δὲ γέγονεν, ἀλλ' οὐχ ἕν, ὁ διδάσκαλος εἶπεν, δεικνὺς ὅτι κἂν τῇ ταυτότητι τῆς μιᾶς ὑποστάσεως μεμένηκεν ἡ φυσικὴ τῶν ἡνωμένων ἑτερότης ἀσύγχυτος· εἴπερ τὸ μὲν ὑποστάσεως, τὸ δὲ φύσεως ὑπάρχει δηλωτικόν. Τὸ γὰρ, « Ἵνα γένωμαι τοσοῦτον θεὸς ὅσον ἐκεῖνος ἄνθρωπος, » οὐκ ἐμὸν (**107** *b*) λέγειν, τοῦ ῥυπωθέντος τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τελείως τῆς ὄντως οὔσης ἀνορεκτοῦντος ζωῆς, ἀλλ' ὑμῶν, τῶν ἀπολήψει τελείᾳ τῆς φύσεως ἐκ μόνης γνωριζομένων τῆς χάριτος, καὶ μελλόντων ἐκ τῆς κατ' αὐτὴν τοσοῦτον διαδειχθῆναι[41] δυνάμεως ὅσον ὁ φύσει Θεὸς τῆς ἡμῶν σαρκωθεὶς ἀσθενείας μετείληφεν, ἀντιμετρουμένης[41'], ὡς οἶδεν αὐτὸς, τῇ αὐτοῦ κενώσει, τῆς τῶν χάριτι σωζομένων θεώσεως, ὅλων θεοειδῶν καὶ ὅλου Θεοῦ χωρητικῶν, καὶ μόνου γενησομένων. Τοῦτο γὰρ ἡ τελείωσις πρὸς ἣν σπεύδουσιν οἱ ταύτην ἀληθῶς ἔσεσθαι[42] τὴν ἐπαγγελίαν πιστεύσαντες.

VARIÆ LECTIONES.

[38] φησὶ ed. Gal. [39] ὡμίλησεν ed. Gal. [40] κυρίως δίχα τροπῆς ed. Gal. [41] Marg. cod. Gud. eadem antiqua manus emendationem ascripsit διδαχθῆναι. [41'] ἀντὶ μετρουμένης ed. Gal. [42] ἔσεσθαι ed. Gal.

(3) Idem ibid. cap. 19, p. 537.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

pavit ; sed solus ille novit cum sua ipsius inanitione eorum comparare deificationem qui per gratiam salvabuntur. Ii toti erunt deiformes, totum ii Deum recipient, et in solo Deo conquiescent. Hæc est illa perfectio ad quam festinant ii qui credunt vere consequi hanc promissionem.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ δευτέρου περὶ Υἱοῦ Λόγου, εἰς τό· « Ὡς μὲν γὰρ Λόγος, οὔτε ὑπήκοος ἦν, οὔτε ἀνήκοος· τῶν γὰρ ὑπὸ χεῖρα ταῦτα καὶ τῶν δευτέρων· τὸ μὲν τῶν εὐγνωμονεστέρων, τὸ δὲ τῶν ἀξίων κολάσεως. Ὡς δὲ δούλου μορφὴ, συγκαταβαίνει τοῖς ὁμοδούλοις καὶ δούλοις, καὶ μορφοῦται τὸ ἀλλότριον, ὅλον ἐν [43] ἑαυτῷ ἐμὲ φέρων μετὰ τῶν ἐμῶν, ἵνα ἐν ἑαυτῷ δαπανήσῃ τὸ χεῖρον, ὡς κηρὸν πῦρ, ἢ ὡς ἀτμίδα γῆς ἥλιος, κἀγὼ μεταλάβω τῶν ἐκείνου διὰ τὴν σύγκρασιν. Διὰ τοῦτο ἔργῳ τιμᾷ τὴν ὑπακοὴν, καὶ πειρᾶται ταύτης ἐκ τοῦ παθεῖν. Οὐ γὰρ ἱκανὸν ἡ διάθεσις, ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν, εἰ μὴ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων χωρήσαιμεν. Ἔργον γὰρ ἀπόδειξις διαθέσεως. Οὐ χεῖρον δὲ ἴσως κἀκεῖνο ὑπολαβεῖν, ὅτι δοκιμάζει τὴν ἡμετέραν ὑπακοὴν, καὶ πάντα μετρεῖ τοῖς ἑαυτοῦ πάθεσι [44] τὰ ἡμέτερα, τέχνῃ φιλανθρωπίας, ὥστε ἔχειν εἰδέναι τοῖς ἑαυτοῦ τὰ ἡμέτερα, καὶ πόσον μὲν ἀπαιτούμεθα, πόσον δὲ συγχωρούμεθα, λογιζομένης μετὰ τοῦ πάσχειν καὶ τῆς ἀσθενείας (4).»

Ejusdem ex secunda oratione de Filio, in id : « Ut enim Verbum, nec obediens erat, nec inobediens, hæc enim iis qui aliorum imperio tenentur conveniunt, quique aliis subsunt, illud nimirum probis atque honestis, hoc improbis atque supplicio dignis. Ut autem servi forma ad conservos, imo ad servos sese demittit atque alienam formam suscipit, totum me simul cum infirmitatibus meis in se ipso ferens, ut, quod deterius est, in se ipso absumat et conficiat, non secus ac ceram ignis, aut terræ vaporem solis radius, atque ipse ob hujusmodi coajunctionem bonorum illius particeps fiam. Quocirca re ipsa obedientiam honore afficit, eamque perpetiendis doloribus experitur. Neque enim sufficiebat animi affectio, quemadmodum nec nobis, nisi manum quoque operibus admovcamus ; opus enim affectionis animi declaratio est. Ac fortasse illud quoque non incommode existimare queamus, cum obedientiam nostram explorare passionibusque suis omnia metiri, arte quadam humanitatis et benevolentiæ erga genus nostrum, ita ut ex suis nostra æstimare queat, quantumque et a nobis exigi et condonari debeat, expensa nimirum cum passionibus virium nostrarum imbecillitate.»

(103) *a*) Ὡς μὲν γὰρ φύσει Θεὸς Λόγος [45], ὑπακοῆς, φησὶ, καὶ παρακοῆς πάντως ἐλεύθερος, ὅτι καὶ φύσει πάσης ἐντολῆς ὡς Κύριος ὑπάρχει δοτὴρ, ἧς ἡ μὲν ὑπακοὴ τήρησίς ἐστιν, ἡ δὲ παρακοὴ παράβασις. Τῶν γὰρ φύσει κινουμένων ὁ κατ' ἐντολὴν νόμος καὶ ἡ κατ' αὐτὸν πλήρωσίς ἐστι [46] καὶ παράβασις, οὐχὶ [47] οὗ φύσει τὸ εἶναι στάσις ἐστίν.

In quantum enim Verbum est naturaliter Deus, ita nec obediens nec inobediens dici potest, quoniam naturaliter Dominus est omnis præcepti, cujus et auctor exsistit ; præcepti porro observatio est obedientia, transgressio autem inobedientia. Adimpletio enim et transgressio legis et præcepti ex eo rerum genere sunt quæ motum habent, nequaquam autem ad eum referri debent, cujus natura et essentia est ipsissima quies.

Ὡς δὲ δούλου μορφὴ [48], τουτέστιν ἄνθρωπος φύσει γενόμενος, συγκατέβη τοῖς ὁμοδούλοις καὶ δούλοις, μορφωθεὶς τὸ ἀλλότριον, ἅμα τῇ φύσει καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς τῆς φύσεως [49] ὑποδὺς παθητόν. Ἀλλότριον γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀναμαρτήτου τὸ τοῦ ἁμαρτήσαντος ἐπιτίμιον, ὅπερ ἐστὶ [50] τὸ διὰ τὴν παράβασιν καταχριθὲν τῆς ὅλης φύσεως παθητόν.

Ut autem servi forma, id est, homo natura factus, demisit se ad conservos, imo servos, in alienam formam mutatus, simul cum natura etiam passibilitatem nostræ naturæ suscepit. Est utique peccantis merces alienum quiddam ei qui per naturam peccare nescit ; illa autem merces est condemnatio totius naturæ, ut patiatur propter transgressionem.

Εἰ δὲ κενωθεὶς μὲν δούλου μορφῆ [51], τουτέστιν ἄνθρωπος, συγκαταβὰς δὲ μορφοῦται τὸ ἀλλότριον, τουτέστιν ἄνθρωπος φύσει γίνεται [52] παθητὸς, κένωσις ἄρα [53] περὶ αὐτὸν ὡς ἀγαθὸν ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον θεωρεῖται καὶ συγκατάβασις, ἡ μὲν ἄνθρωπον ἀληθῶς, ἡ δὲ φύσει παθητὸν ἄνθρωπον ἀληθῶς ὄντα δεικνῦσα γεγενημένον. Διό φησιν ὁ διδάσκαλος·

Si vero exinanitus servi forma, hoc est homo factus fuit, et condescendit in alienam formam, id est, homo fit natura passibilis per exinanitionem, sane in eo conspicitur, et benigno et erga homines benevolo, condescensio, quæ illum demonstrat non solum vere hominem, sed et natura vere passibilem hominem. Quapropter magister dicit : « Totum me

VARIÆ LECTIONES.

[43] ἐν om. cod. Gud. [44] πάθεσιν ed. Gal. [45] ὁ Λόγος ed. Gal. [46] ἐστιν ed. Gal. [47] οὐχ ed. Gal. [48] μορφὴ cod. Gud. [49] τῆς φύσεως om. ed. Gal. [50] ἐστιν ed. Gal. [51] μορφὴ cod. Gud., uti supra. [52] γένεται ed. Gal. [53] παθητὸς κενωθεὶς, ἄρα ed. Gal.

(4) Greg. Naz. Or. theol. 4, *De Filio*, cap. 6, p. 543, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

simul cum infirmitatibus meis in seipso ferens, » hoc est totam humanam naturam per hypostaticam unionem, una cum ejus affectibus inseparabilibus. His ita gestis, et eo absumpto quod erat in nobis deterius, per quod etiam nostræ naturæ insinuavit sese τὸ passibile (hoc autem, ut planius dicam, erat peccati lex et transgressionis, quæ vires sumit a prava nostræ voluntatis inclinatione, quæ naturæ sponte sua passibili affectus superinfundit nunc remissos, nunc vehementes), sub peccato detentos non tantum servavit, verum etiam divinæ virtutis participes effecit, pretium pro nobis ipse deponens. Nam per voluntatis constantiam circa id quod reipsa bonum est, et animæ firmitas et corporis immortalitas innascitur omnibus iis qui tantum gratiam non ficte excoluisse allaborant. Hoc enim est quod sanctissimus magister voluit, cum diceret : « Ut quod deterius est, in se ipse absumat et conficiat, non secus ac ceram ignis, aut terræ vaporem solis radius, atque ipse ob hujusmodi conjunctionem bonorum illius particeps fiam, » id est a passionibus per gratiam mundatus ei similis efficiar. Est porro et alia expositio horum verborum. Alienam formam suscepit, quam ego didici a quodam sancto viro, dictisque et factis sapientissimo. Is igitur a me interrogatus respondit, Verbo Dei per naturam obedientiam, tum subjectionem alienam esse, hanc illę pro nobis, qui præceptum eramus transgressi, præstitit, totumque genus nostrum salvavit, nostrum quidquid erat in seipsum transferendo. Propter hoc reipsam obedientiam honore afficit, novus utique factus Adamus pro illo Adamo veteri, per naturam, eamque dolores patiendo degustat, dum se e nobis unum facit per passiones easdem. Quid enim aliud docet magnus revera magister, dicens : « Fatigatus est, fame affectus est, siti laboravit, mortem expavit, lacrymas emisit [a] ? » corporis nimirum hæc erant omnia, simulque clara demonstratio tum affectus minime inertis, necnon indicium condescensionis erga conservos et servos. Dominus quidem et natura fuit et permansit, sed propter me, qui natura servus eram, factus est servus, ut me ejus faceret dominum, qui per fraudem tyrannice mihi dominabatur. Propter hoc servilem conditionem administravit, ut Dominus, hoc est carnem exaltavit Deus ; itaque potentiam impassibilem et plane dominam etiam in carne demonstravit, quæ per passionem omnem aboleret corruptionem, perque mortem pareret immortalem. Rursus tanquam servus Domini partes administravit, Deum se in carnem demittens, ineffabilem humiliationem declaravit, per quam deificavit genus nostrum universum, in carne passibili, quod per corruptionem

A « Ὅλον ἐν ἑαυτῷ ἐμὲ φέρων μετὰ τῶν ἐμῶν, » τουτέστι τὴν ἀνθρωπείαν [54] φύσιν ὁλόκληρον, ἑνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν μετὰ τῶν αὐτῆς ἀδιαζλήτων παθῶν. Οἷς ἡμῶν δαπανήσας τὸ χεῖρον, διὸ τῇ φύσει τὸ παθητὸν ἐπεισεκρίθη, λέγω δὲ τὸν ἐκ τῆς παρακοῆς νόμον τῆς ἁμαρτίας, οὗ κράτος ἐστὶν ἡ παρὰ φύσιν τῆς ἡμετέρας γνώμης διάθεσις, ἐμπάθειαν τῷ παθητῷ τῆς φύσεως ἐπεισάγουσα κατ' ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν, οὐ μόνον σέσωκεν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κατεχομένους, ἀλλὰ καὶ θείας δυνάμεως (**108** *b*) μεταδέδωκεν ἐν ἑαυτῷ λύσας ἡμῶν τὸ ἐπιτίμιον, ψυχῆς ἀτρεψίαν καὶ σώματος ἀφθαρσίαν ἐργαζομένης ἐν τῇ περὶ τὸ φύσει καλὸν τῆς γνώμης ταυτότητι, τοὺς ἔργῳ τιμᾷν τὴν χάριν σπουδάζουσιν. Ὅπερ οἶμαι διδάσκων ὁ ἅγιός φησιν· « Ἵνα ἐν ἑαυτῷ δαπανήσῃ" B τὸ χεῖρον, ὡς κηρὸν πῦρ, ἢ ὡς ἀτμίδα γῆς ἥλιος, κἀγὼ μεταλάβω τῶν ἐκείνου διὰ τὴν σύγκρασιν· » καθαρὸς δηλαδὴ τῇ χάριτι πάθους ἴσως [56] ἐκείνῳ γενόμενος. Οἶδα δὲ καὶ λόγον ἕτερον περὶ τοῦ, « Μορφοῦται τὸ ἀλλότριον, » παρά τινος ἁγίου σοφοῦ καὶ λόγον καὶ βίον μαθών. Ἔλεγε γὰρ ἐρωτηθεὶς ἐκεῖνος ἀλλότριον εἶναι τοῦ Λόγου φύσει τὴν ὑπακοὴν, ὥσπερ καὶ τὴν ὑποταγὴν, ἣν ὑπὲρ ἡμῶν παραβάντων τὴν ἐντολὴν ἐκτίσας ὅλην εἰργάσατο τοῦ γένους τὴν σωτηρίαν, ἑαυτοῦ ποιούμενος τὸ ἡμέτερον. Διὰ τοῦτο ἔργῳ τιμᾷ τὴν ὑπακοὴν, νέος Ἀδὰμ ὑπὲρ τοῦ παλαιοῦ φύσει γενόμενος, καὶ πειρᾶται ταύτης ἐκ τοῦ παθεῖν, διὰ τῶν αὐτῶν ἑκουσίως ἡμῖν ἐνεχθεὶς παθημάτων. Εἴπερ κατὰ τοῦτον ἀληθῶς τὸν μέγαν C διδάσκαλον, « Ἐκοπίασε, καὶ ἐπείνασε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἠγωνίασε, καὶ ἐδάκρυσε » νόμῳ σώματος, ὃ δὴ σαφὴς ἐνεργοῦς ἐστιν ἀπόδειξις διαθέσεως, καὶ τῆς πρὸς τοὺς ὁμοδούλους τε καὶ δούλους τεκμήριον συγκαταβάσεως. Δεσπότης γὰρ φύσει μεμένηκε, καὶ δοῦλος δι' ἐμὲ τὸν φύσει δοῦλον γενόμενος, ἵνα ποιήσῃ [57] δεσπότην τοῦ δι' ἀπάτης τυραννικῶς κυριεύσαντος, διὰ τοῦτο τὰ μὲν δουλικὰ δεσποτικῶς ἐνεργῶν, τουτέστι τὰ σαρκικὰ θεϊκῶς, τὴν ἀπαθῆ καὶ φύσει δεσπόζουσαν ἐν τοῖς σαρκικοῖς ἐπεδείκνυτο δύναμιν, (**109** *a*) διὰ πάθους, τὴν φθορὰν ἀφανίζουσαν, καὶ διὰ θανάτου ζωὴν δημιουργοῦσαν ἀνώλεθρον [58], τὰ δεσποτικὰ δὲ πράττων δουλικῶς, τουτέστι τὰ θεῖα [59] σαρκικῶς, τὴν ἄφατον ἐνεδείκνυτο κένωσιν, διὰ σαρκὸς παθητῆς τὸ γένος ἅπαν τῇ D φθορᾷ γεωθὲν θεούργησαν. Τῇ γὰρ τούτων ἐπαλλαγῇ σαφῶς ἐπιστοῦτο τάς τε φύσεις ὧν αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, καὶ τὰς αὐτῶν οὐσιώδεις ἐνεργείας, ἤγουν κινήσεις, ὧν αὐτὸς ἕνωσις ἦν ἀσύγχυτος, μὴ δεχομένη διαίρεσιν κατ' ἄμφω τὰς φύσεις ὧν αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, εἴπερ ἑαυτῷ προσφυῶς μοναδικῶς, τουτέστιν ἑνοειδῶς ἐνεργῶν [60], καὶ δι' ἑκάστου τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων τῇ δυνάμει τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἀχωρίστως συνεκφαίνων τῆς οἰκείας σαρκὸς τὴν ἐνέργειαν. Αὐτοῦ γὰρ ἑνὸς ὄντος οὐδὲν ἐνικώτερον,

[a] Joan. IV, 6 ; Matth. IV, 2 ; Joan. XIX, 28 ; Luc. XXIII, 46 ; Joan. XI, 33.

VARIÆ LECTIONES.

[54] ἀνθρωπίνην ed. Gal. [55] δαπανήσει ed. Gal. [56] ἴσως cod. Gud. [57] ποιήσει ed. Gal. [58] ἀνώλεθρον ed. Gal. [59] Θεϊκὰ ed. Gal. [60] In cod. Gud. scriptum ἐνήργει, sed eadem manus litteris superpositis rescripsit ἐνεργῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οὐδ' αὐτοῦ πάλιν τῶν ἑαυτοῦ παντελῶς ἐνικώτερον ἢ σωστικώτερον. Διὰ τοῦτο καὶ πάσχων Θεὸς ἦν ἀληθῶς, καὶ θαυματουργῶν ἄνθρωπος ἦν ὁ αὐτὸς ἀληθῶς, ὅτι καὶ φύσεων ἀληθῶν καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητον ὑπόστασις ἦν ἀληθής. Αἷς καταλλήλως τε καὶ προσφυῶς ἐνεργῶν ἐδείκνυτο σώζων αὐτὰς ἀληθῶς ἀσυγχύτους [61] σωζόμενος· εἴπερ ἀπαθὴς μεμένηκε φύσει καὶ παθητὸς, ἀθάνατος καὶ θνητὸς, ὁρατὸς καὶ νοούμενος, ὡς φύσει Θεὸς καὶ φύσει ἄνθρωπος ὁ αὐτός. Οὕτω [62] μὲν οὖν, κατ' ἐμὲ φάναι, τιμᾷ τὴν ὑπακοὴν ὁ φύσει Δεσπότης, καὶ πειρᾶται ταύτης ἐκ τοῦ παθεῖν, οὐχ ἵνα σώσῃ [63] μόνον τοῖς ἑαυτοῦ τὴν ἅπασαν φύσιν ἀποκαθάρας [64] τοῦ χείρονος, ἀλλ' ἵνα καὶ τὴν ἡμετέραν ὑπακοὴν δοκιμάσῃ, μανθάνων τῇ πείρᾳ τῶν ἡμετέρων τὰ καθ' ἡμᾶς, ὁ πᾶσαν γνῶσιν τῇ [65] φύσει περιγράφων, (169 *b*) πόσον μὲν ἀπαιτούμεθα, πόσον δὲ συγχωρούμεθα πρὸς τὴν τελείαν ὑποταγὴν, δι' ἧς προσάγειν πέφυκε τῷ Πατρὶ τοὺς σωζομένους, κατ' αὐτὸν φανέντας τῇ δυνάμει τῆς χάριτος. Ὡς μέγα καὶ φρικτὸν ὄντως τὸ τῆς ἡμῶν σωτηρίας μυστήριον. Ἀπαιτούμεθα γὰρ ὅσον ἐκεῖνος φύσει τὸ [66] καθ' ἡμᾶς, συγχωρούμεθα δὲ ὅσον αὐτὸς ὑπὲρ ἡμᾶς ἐνώσει τὸ καθ' ἡμᾶς [67]. Εἰ μήπου γνώμης φιλαμαρτήμονος ἕξις πιεῖται κακίας ὕλην τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν. Καὶ δῆλός ἐστι ταύτης ὑπάρχων τῆς ἐννοίας ὁ πολὺς οὗτος διδάσκαλος, τοῖς ἐξῆς αὐτὴν βεβαιῶν. Φησὶ γάρ· « Εἰ γὰρ τὸ φῶς ἐδιώχθη διὰ τὸ πρόβλημα, φαῖνον ἐν τῇ σκοτίᾳ, τῷ βίῳ τούτῳ, ὑπὸ τῆς ἄλλης σκοτίας [68], τοῦ πονηροῦ λέγω καὶ τοῦ πειραστοῦ, τὸ σκότος πόσον, ὡς ἀσθενέστερον; Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐκείνου διαφυγόντος παντάπασιν ἡμεῖς ποσῶς καταληφθείημεν [69]; Μεῖζον γὰρ ἐκείνῳ τὸ διωχθῆναι [70], ἢπερ ἡμῖν τὸ καταληφθῆναι, παρὰ τοῖς ὀρθῶς ταῦτα λογιζομένοις. »

A in terrenas sordes plane degeneraverat. Hac enim communicatione proprietatum constat cum et possedisse naturas, quarum hypostasis erat ipse, et earumdem essentiales operationes motusque, quorum ipse, sine confusione, erat unitio, et quidem talis quæ secundum naturas in eo hypostatice exsistentes nullam caperet divisionem. Certe operatus est congruenter sibi ipsi, una et uniformis erat omnis ejus actio; in unoquoque per eum opere edito una cum deitatis potentia simul declarabat propriæ carnis operationem; unus quippe erat, et eo uno nihil potuit magis esse unum, nec eorum quæ ad eum pertinebant magis unitivum et conservativum, ideoque et qui patiebatur Deus erat revera, et qui miracula patrabat non minus vere B idem homo fuit, quoniam in eo naturæ veræ per unionem ineffabilem hypostaticam vere uniebantur. His, inquam, apposite et congruenter operatus ipsas vere conservabit, ipse interim sine confusione permanens. Erat enim et natura impassibilis et passibilis, immortalis et mortalis, visibilis et intelligibilis, natura Deus et idem natura homo. Hoc modo, ut quod ego sentio loquar, obedientiam in honore affixit Dominus, et ejus experientiam perpetiendis malis capit, non tantum ut salvet nos, totam a vitio purgando naturam, verum etiam ut exploret nostram obedientiam, et nostra omnia intelligat experiendo, qui alias omnem cognitionem sua natura complectitur; ita nimirum dispiceret C quantum et a nobis exigi æquum foret, et quantum condonari, ad perfectam obedientiam; per hanc enim eos suo Patri adducere solet qui salute digni videbantur. Quam magnum, quam vere tremendum est nostræ salutis mysterium! Tantum a nobis exigitur quantum ab ipso in nostra natura constituto. Nisi forte ubi voluntatis ad peccatum pronæ inclinatio naturæ imbecillitate ad mali occasionem abutatur. Hujus opinionis manifesto est magnus hic magister, eamque in sequentibus confirmat. « Nam cum lucem illam propter corporis tegumentum in tenebris, hoc est in hac vita, lucens, tenebræ aliæ, hoc est pravus ille et tentator insectatus sit, quanto magis tenebras ipsas, utpote infirmiores? Et quid mirum, si cum ille hostiles laqueos omnino effugerit, nos quadamtenus comprehendamur? Majus quippe illi est, quod hostis cum persecutus sit, quam nobis, quod nos assequatur atque comprehendat, apud eos utique qui hæc recta ratione perpendunt. »

—

Εἰς τὴν πρὸς Γάϊον τὸν θεραπευτὴν ἐπιστολὴν τοῦ [71] Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, ἐπισκόπου Ἀθηνῶν· « Πῶς, φῄς, Ἰησοῦς, ὁ πάντων ἐπέκεινα, πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶν [72] οὐσιωδῶς συντεταγμένος; Οὐδὲ γὰρ ὡς αἴτιος ἀνθρώπων ἐνθάδε λέγεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς αὐτὸς κατ' οὐσίαν ὅλην ἀληθῶς ἄνθρωπος ὤν. »

In epistolam S. Dionysii Areopagitæ Athenarum episcopi ad Caium monachum. « Quomodo, inquis, Jesus, qui est omnibus superior, in eumdem cum cæteris hominibus essentiæ ordinem redactus est? Neque enim hoc in loco tanquam causa hominum consideratur, sed ut per essentiam totam re ipsa homo. »

Ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἁπλῆν ἐκδοχὴν τῆς ἁγίας Γραφῆς, ὡς πάντων αἴτιος ὁ Θεὸς πᾶσι σημαίνεται τοῖς

Quandoquidem secundum simplicem sacræ Scripturæ intellectum, Deus etiam denominatus ab om-

VARIÆ LECTIONES.

[61] ἀσύγχυτος ed. Gal. [62] Οὕτως ed. Gal. [63] σώζῃ ed. Gal. [64] ἀποκαθείρας ed. Gal. [65] τῇ om. ed. Gal. [66] τῷ ed. Gal. [67] Verba συγχωρούμεθα — — τὸ καθ' ἡμᾶς, quæ desiderantur in ed. Gal., reposui ex cod. Gud. [68] σκοτείας ed. Gal. [69] καὶ καταληφθείημεν ed. Gal. [70] δοχθῆναι ed. Gal. [71] ἁγίου addit ed. Gal. [72] ἐστὶν ἀνθρώποις ed. Gal.

(5) Dionys. Areop. Epist. ad Gaium, tom. I, p. 395, Opp. ed. Venet.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ibus rebus quas produxit, idcirco post incarnationem etiam eodem modo Deum dictum fuisse hominem ne forte existimaret Caius monachus, his verbis eum instruit magnus Dionysius. Ostendit enim quod universorum Deus ab incarnatione non simpliciter dicitur homo, sed tota essentia et vere homo. Hanc essentiam nihil aliud vere declarat, præter solam illam potentiam, quæ ipsius naturam constituit; eam si quis naturalem operationem dixerit, non multum, opinor, a scopo aberraverit : nam et eam proprie et primo definit, utpote ejus specifica et communis operatio, in qua omnis ei naturaliter competens proprietas comprehenditur, extra quam nihil est præter id quod non est; nam ex sententia hujus magni magistri solum id quod nullo modo est nec operationem habet nec exsistentiam. Manifestissime igitur docet Deum incarnatum nihil omnino humani a se alienum existimasse, præter peccatum, quod quidem ad naturam non pertinebat; quare nec hominem simpliciter dixit, sed hominem secundum totam essentiam conceptis verbis designavit. Hujus igitur in sequentibus et essentiam proprie et nomen post inhumanationem progrediendo explicat : « Nos vero Jesum non definimus per hominem. » Neque enim merum hominem esse decernimus, ita enim scinderemus unitatem, quæ intellectum superat, sed de Deo, qui vere secundum nos essentiam nostram assumpsit, nomen hoc, homo, affirmemus essentialiter, non autem ac si solummodo causa hominum esset et effector. Neque enim solummodo homo est, sed et Deus idem est : neque super essentiam nostram solum est, quoniam idem etiam homo est; nec enim merus homo aut nudus Deus est, sed revera homo, præcipuo quodam erga homines amore affectus. Per infinitum erga homines amorem factus est illud ipsum, et quidem verissime, quod amabat, ita tamen ut sua ipsius essentia nihil amitteret per hanc ineffabilem exinanitionem, nec natura humana quidquam omnino vel mutationis vel diminutionis per assumptionem inenarrabilem pateretur. Ab eo habuit definitionem, ab eo et constitutionem. « Supra captum humanum, » quia sine hominis ope « et secundum hominem; » nam more humano, quia per partum. Ex hominis substantia, cum super substantiam subsisteret, substantiam assumpsit. Non enim, secundum nugatores Manichæos, meram carnis suæ speciem et phantasma in seipso nobis forma tenus ostentavit, aut, secundum Apollinarii fabulas, carnem sibi olim consubstantiatam de cœlo secum deduxit, sed secundum essentiam totam vere homo factus est, assumptione scilicet carnis anima et mente præditæ, unitæque sibi per hypostasin.

A τῶν ἐξ αὐτοῦ παρηγμένων ὀνόμασιν, οἰόμενον, τυχόν, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν τούτῳ μόνῳ [73] τῷ τρόπῳ πάλιν (**110** *a*) ἄνθρωπον τὸν Θεὸν ὀνομάζεσθαι τούτοις τὸν θεραπευτὴν Γάϊον ἐπανορθοῦται τοῖς ῥήμασιν ὁ πολὺς Διονύσιος, διδάσκων ὡς οὐχ ἁπλῶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς σαρκωθεὶς λέγεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς αὐτὸ κατ' οὐσίαν ὅλην ἀληθῶς ἄνθρωπος ὤν. Ἧς μόνη τε καὶ ἀληθὴς ἐστιν ἀπόδειξις ἡ κατὰ φύσιν αὐτῆς συστατικὴ δύναμις, ἣν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι [74] τῆς ἀληθείας φυσικὴν φήσας ἐνέργειαν, κυρίως τε καὶ πρώτως χαρακτηριστικὴν αὐτῆς, ὡς εἰδοποιὸν ὑπάρχουσαν κίνησιν, γενικωτάτην πάσης τῆς φυσικῶς αὐτῇ προσούσης περιεκτικῆς [75] ἰδιότητος, ἧς χωρὶς μόνον ἐστὶ τὸ μὴ ὄν, ὡς μόνου τοῦ μηδαμῶς ὄντος, κατὰ τοῦτον τὸν μέγαν διδάσκαλον, οὔτε κίνησιν οὔτε B ὕπαρξιν ἔχοντος. Τρανότατα γοῦν διδάσκει μηδὲν ἠρνῆσθαι [76] παντάπασι τῶν ἡμετέρων τὸν Θεὸν σαρκωθέντα, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, ἐπεὶ μηδὲ τῆς φύσεως ἦν, οὐχ ἁπλῶς ἄνθρωπον, ἀλλ' αὐτὸ κατ' οὐσίαν ὅλην ἀληθῶς ἄνθρωπον ὄντα διαῤῥήδην ἀποφηνάμενος. Οὗ κυρίως εἶναι διὰ τῶν ἐπαγομένων καὶ τὴν κλῆσιν ἀνθρωπικῶς οὐσιωθέντος διατεινόμενός φησιν· « Ἡμεῖς δὲ τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἀνθρωπικῶς ἀφορίζομεν. » Ἐπεὶ μὴ [77] ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν δογματίζομεν, τέμνοντες τὴν ὑπὲρ [78] ἔννοιαν ἕνωσιν. Οὐσιωδῶς γὰρ, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀνθρώπων αἰτίου ἐπ' αὐτοῦ τοῦ φύσει Θεοῦ καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς οὐσιωθέντος τὸ *ἄνθρωπος* ὄνομα λέγομεν. Οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος μόνον, ὅτι καὶ Θεὸς ὁ αὐτὸς, « οὐδὲ ὑπερούσιος μόνον, » ὅτι καὶ C ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, εἴπερ μὴ ψιλὸς ἄνθρωπος μήτε γυμνὸς ὑπάρχει Θεὸς, « ἀλλ' ἄνθρωπος ἀληθῶς ὁ διαφερόντως φιλάνθρωπος. » Ἀπείρῳ γὰρ πόθῳ τῷ πρὸς ἀνθρώπους ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς αὐτὸ φύσει τὸ ποθούμενον (**110** *b*) γέγονε, μήτε τι πεπονθὼς εἰς τὴν [79] ἰδίαν οὐσίαν πρὸς τῆς ἀφθέγκτου κενώσεως, μήτε τι τῆς ἀνθρωπίνης διὰ τὴν ἀπόῤῥητον [80] πρόσληψιν ἀμείψας, ἢ μειώσας τὸ σύνολον φύσεως, ὧν ὁ λόγος κυρίως αὐτῆς καθέστηκε σύστασις. « Ὑπὲρ ἀνθρώπους, » ὅτι θεϊκῶς ἀνδρὸς χωρὶς [81] « καὶ κατὰ ἀνθρώπους, » ἀνθρωπικῶς ὅτι [82] νόμῳ κυήσεως. « Ἐκ τῆς ἀνθρώπων οὐσίας ὁ ὑπερούσιος οὐσιωμένος· » οὐ γὰρ ψιλὴν μόνην ἐφάντασεν ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐν [83] εἴδει σαρκὸς διαμόρφωσιν, κατὰ τοὺς τῶν Μανιχαίων λήρους [84], ἢ σάρκα συνουσιωμένην οὐρανόθεν ἑαυτῷ συγκατήγαγε, κατὰ τοὺς Ἀπολιναρίου D μύθους, ἀλλ' αὐτὸ κατ' οὐσίαν ὅλην ἀληθῶς ἄνθρωπος γεγονὼς, προσλήψει δηλονότι σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης, ἑνωθείσης αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν.

« Est tamen nihilominus supersubstantialitate superabundans, utpote qui semper supra substantiam sit. » Neque enim cum fieret homo naturæ

« Ἔστι δὲ οὐδὲν ἧττον ὑπερουσιότητος ὑπερπλήρης ὁ ἀεὶ ὑπερούσιος. » Οὐ γὰρ ὑπεζεύχθη τῇ φύσει γενόμενος ἄνθρωπος, τοὐναντίον δὲ μᾶλλον συνεπ-

VARIÆ LECTIONES.

[73] μόνον ed. Gal. [74] ἁμάρτῃ ed. Gal. [75] περιεκτικὴν ed. Gal. Hinc corrigenda ejus versio. [76] εἰρμῆσθαι ed. Gal. [77] μηδὲ ed. Gal. [78] πὲρ ed. Gal. [79] τὴν non habet ed. Gal. [80] ἀῤῥήτου ed. Gal. [81] γὰρ χωρὶς ed. Gal. [82] γὰρ ὅτι ed. Gal. [83] ἐν om. ed. Gal. [84] κλήρους cod. Gud.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἦρεν [85] ἑαυτῷ τὴν φύσιν, ἕτερον αὐτὴν ποιήσας μυστήριον, αὐτὸς δὲ [86] μείνας παντάπασιν ἄληπτος, καὶ τὴν οἰκείαν σάρκωσιν λαχοῦσαν γένεσιν ὑπερούσιον μυστηρίου παντὸς δείξας ἀληπτοτέραν, τοσοῦτον καταληπτὸς δι' αὐτὴν γεγονὼς ὅσον [87] πλέον ἐγνώσθη δι' αὐτῆς ἀληπτότερος. « Κρύφιος γάρ ἐστι καὶ μετὰ τὴν ἔκφανσιν, » φησὶν ὁ διδάσκαλος, « ἤ, ἵνα τὸ θειότερον εἴπω, καὶ ἐν τῇ ἐκφάνσει. Καὶ τοῦτο γὰρ Ἰησοῦ κέκρυπται, καὶ οὐδενὶ λόγῳ, οὐδὲ νῷ [88] τὸ κατ' αὐτὸν ἐξῆκται μυστήριον, ἀλλὰ καὶ λεγόμενον ἄρρητον μένει, καὶ νοούμενον, ἄγνωστον. » Τί τούτου πρὸς ἀπόδειξιν θείας ὑπερουσιότητος γένοιτ' ἂν ἀποδεικτικώτερον, ἐκφάνσει (**111** *a*) τὸ κρύφιον καὶ λόγῳ τὴν ἀφασίαν καὶ νῷ δηλούσης τὴν καθ' ὑπεροχὴν ἀγνωσίαν, καὶ τὸ δὴ μεῖζον εἰπεῖν, οὐσιώσει τὸ ὑπερούσιον ; « Ἀμέλει τῇ ταύτης περιουσίᾳ [89] καὶ εἰς οὐσίαν ἀληθῶς ἐλθὼν ὑπὲρ οὐσίαν οὐσιώθη · » τοὺς νόμους δηλαδὴ καινοτομήσας τῆς κατὰ φύσιν γενέσεως, καὶ δίχα τῆς ἐξ ἀνδρὸς ἐν εἴδει σπορᾶς ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος. Καὶ δηλοῖ Παρθένος αὐτὸν ὑπερφυῶς κύουσα τὸν [90] ὑπερούσιον Λόγον χωρὶς ἀνδρὸς ἐκ τῶν αὐτῆς παρθενικῶν αἱμάτων ἀνθρωπικῶς, ξένῳ παρὰ τὴν φύσιν θεσμῷ, διαπλαττόμενον. « Καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνήργει [91] τὰ ἀνθρώπου [92] · » τὴν τῶν στοιχείων ἀπαθῶς καινοτομήσας φύσιν ταῖς βάσεσι. Καὶ δηλοῖ σαφῶς ὕδωρ ἄστατον, ὑλικῶν καὶ γεηρῶν [93] ποδῶν ἀνέχον βάρος καὶ μὴ ὑπεῖκον, ἀλλ' ὑπερφυεῖ δυνάμει πρὸς τὸ ἀδιάχυτον συνιστάμενον · εἴπερ ἀληθῶς ἀβρόχοις ποσὶ, σωματικὸν ὄγκον ἔχουσι, καὶ ὕλης βάρος, τὴν ὑγρὰν καὶ ἄστατον οὐσίαν [94] μεταβατικῶς ἐπεπόρευτο [95], περιπατῶν ἐπὶ θαλάσσης ὡς ἐπ' [96] ἐδάφους, καὶ τῇ δυνάμει τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἀχωρίστως διὰ τῆς [97] μεταβάσεως συνεκφαίνων τῆς οἰκείας σαρκὸς τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν · εἴπερ φύσει ταύτης ἡ μεταβατικὴ καθέστηκε κίνησις, ἀλλ' οὐ τῆς ἡνωμένης αὐτῇ καθ' ὑπόστασιν ὑπεραπείρου καὶ ὑπερουσίου θεότητος. Ἅπαξ γὰρ ἀνθρωπικῶς φύσωθεὶς ὁ ὑπερούσιος Λόγος μετὰ τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ἀμείωτον εἶχεν, ὡς ἰδίαν αὐτοῦ, καὶ (**111** *b*) τὴν γενικῶς αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον χαρακτηρίζουσαν τῆς οὐσίας κίνησιν πᾶσιν οἷς ὡς ἄνθρωπος ἐνήργει [98] φυσικῶς εἰδοποιουμένην · εἴπερ ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος, ἀναπνέων, λαλῶν, βαδίζων, χεῖρας κινῶν, προσφυῶς ταῖς αἰσθήσεσι χρώμενος εἰς ἀντίληψιν τῶν αἰσθητῶν, πεινῶν, διψῶν, ἐσθίων, ὑπνῶν, κοπιῶν, δακρύων, ἀγωνιῶν, καίτοι δύναμις ὢν αὐθυπόστατος, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα οἷς αὐτουργικῶς ψυχῆς δίκην φυσικῶς τὸ συμφυὲς σῶμα κινούσης, τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν κινῶν ὡς αὐτοῦ καὶ γενομένην ἀληθῶς καὶ λεγομένην, ἢ κυρίως εἰπεῖν, αὐτὸς δίχα τροπῆς τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ πραγματικῶς ἡ φύσις γενόμενος ἀφαντάστως [99] τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν πεπλήρωκεν. Οὐκ ἀνεῖλεν οὖν τὴν συστα-

A subjectus fuit, sed potius vice versa ad se sublimavit naturam, in ea aliud mysterium efficiens; ipse enim incomprehensibilis permansit, et suam incarnationem omni mysterio magis incomprehensibilem ostendit, per generationem supra omnem substantiam, tanto quidem per illam factus comprehensibilis, quanto per illam dignoscitur esse magis incomprehensibilis. « Absconditus enim manet etiam post manifestationem, » ut dicit magister ille, « aut, ut divinius loquar, in ipsa manifestatione, etenim hoc etiam ipsius Jesu occultatur mysterium, nec ullo sermone vel intellectu exprimitur, quinimo dum profertur, arcanum, et dum intelligitur, manet ignotum. » Quid est quod divinam supersubstantialitatem plenius hoc demonstrare queat, B quæ per suam manifestationem se occultat, et per sermonem se ineffabilem declarat, et per mentem eminentissime se incognoscibilem probat, et, ut majus aliquid addam, per substantiæ assumptionem se esse supra omnem substantiam ostendit? « Profecto hujus prærogativa etiam cum vere in substantiam veniret, supra substantiam substantiatus est. » Nimirum generationis naturalis legem immutavit, et absque virili semine in specie homo vere factus est; id quod declarat Virgo quæ illum modo supernaturali parit Verbum supersubstantiale, et quidem absque ope viri ex suo virginali sanguine concretum, eo modo quo cæteri homines producuntur, lege tamen nascendi non servata. Et supra C hominum conditionem gessit ea quæ hominis sunt; elementorum enim naturam immutavit, nihil ipse immutatus suis gressibus. Hoc clare demonstrat aqua per se instabilis, quæ pedum ex materia et terra concretorum gravitatem sustinet, neque tamen cedit, sed virtute supernaturali sine diffusione subsistit. Vere utique siccis pedibus, mole, corpore a materia, et pondere prædictis, fluxas et instabiles aquas pertransiens obambulabat, calcabatque more tanquam pavimentum, simul cum potentia deitatis suæ inseparabiliter per eam inambulationem carnis propriæ operationem commonstrans. Hujus siquidem carnis proprius erat ille ambulandi motus, nequaquam autem immensæ et supersubstantialis deitatis ei per hypostasin adunitæ. Verbum enim D superessentiale ubi semel hominis essentiam assumpsit, simul cum ea habuit et motum plene, qui homini proprius est, quique ejus essentiam generaliter characterizat, inque iis omnibus naturaliter specificatur in quibus ut homo operabatur; quandoquidem vere factus est homo, respirabat, loquebatur, ambulabat, manus movebat, sensibus utebatur congruenter ad res sensibiles percipiendas, esuriebat, sitiebat, edebat, dormiebat, fatigabatur, lacrymabatur, contristabatur. Quamvis interim es-

VARIÆ LECTIONES.

[85] συνέπειρεν ed. Gal. [86] τε ed. Gal. [87] ὅσῳ ed. Gal. [88] οὐδὲν ᾧ ed. Gal. [89] περιουσίας ed. Gal. [90] τὸν om. ed. Gal. [91] ἐνείργει ed. Gal. [92] ἀνθρώπινα ed. Gal. [93] γειερῶν ed. Gal. [94] οὐσίαν om. ed. Gal. [95] ἐπεπορεύετο ed. Gal. [96] ἐπὶ ed. Gal. [97] δι' αὐτῆς ed. Gal. [98] ἐνείργει ed. Gal. [99] ἀφαντασιαστῶς ed. Gal.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

set potentia per se subsistens, et ea in se contineret omnia per quæ modo liberrimo, non secus ac anima corpus sibi adnatum naturaliter movet, assumptam naturam agitans, ut suam et vere factam et vere dictam, vel, ut proprie loquar, ipse sine mutatione id ipsum reipsa factus est quod natura erat pro nobis dispensationem, non tamen in phantasmate, adimplevit. Non igitur abolevit operationem, quæ erat constitutiva ratio assumptæ essentiæ, quemadmodum nec ipsam sententiam sustulit magister cum diceret : « Super substantiam substantiatus est, et supra conditionem hominis ea quæ hominis sunt operabatur, » sed utrinque ostendit quamdam modorum novitatem, salvis iisdem rationibus naturalibus, quibus ablatis nihil est id quod esse natum erat. Si vero dixerimus quod assumptæ substantiæ positionem itemque operationis eam constituentis ablationem contineat in se supereminens negatio, qua tandem ratione eamdem, utrique æqualiter attributam, istius respectu exsistentiam, hujus vero sublationem designare ostendemus? Si rursus, quandoque non est per se mobilis assumpta natura, sed movetur a deitate sibi per hypostasin vere unita, motum qui eam constituit auferimus, nec ipsam substantiam, sive essentiam, conservaverimus, ut quæ non fuerit per se subsistens, sed in Verbo Deo vere ei consubstantiato suum esse obtineat, quia par est utrinque ratio ad postulandum, etiam motum cum natura confiteamur, sine qua ne stare quidem potest natura, illud tenentes, quod alia sit essendi simpliciter, alia autem hoc modo essendi ratio, quarum illi natura, huic dispensatio innititur. Harum concursus magnum illud Jesu supernaturalis physiologiæ mysterium perficiens in eo ostendit conservari operationum distinctionem simul et unitionem, dum hæc cernitur indivisim in naturali unitorum ratione, illa vero inconfusim dignoscitur in simplici operationum modo. Quæ enim aut qualis, ubi aut quomodo natura erit constitutiva privata potentia? Nam quod omnino nullam habet potentiam, neque ipsum est, neque ipsius ulla omnino est positio, ut ait alibi magnus hic magister. Jam si hæc nullo modo fieri possint, oportet pie confiteri cum naturas Christi, quarum ipse sit hypostasis, tum etiam naturales operationes, quarum vera ipse est unitio, secundum utramque naturam, si verum illud sit quod sibi ipsi congruenter, simpliciter et uniformiter operabatur, perque omnia simul et inseparabiliter demonstravit una cum divina virtute suæ carnis operationem. Qui enim vere Deus, ut vere homo esse posset, si careret eo quod utramque naturam vere constituit? Porro quid, quæso, aut quis esse existimabitur, si per naturales operationes

A τικὴν τῆς [1] προσληφθείσης οὐσίας ἐνέργειαν, ὥσπερ οὐδ' αὐτὴν τὴν οὐσίαν ὁ διδάσκαλος, εἰπών· « Ὑπὲρ οὐσίαν [2] οὐσιώθη, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνήργει [3] τὰ ἀνθρώπου · » ἀλλ' ἔδειξεν ἐπ' ἀμφοῖν τὴν καινότητα τῶν τρόπων ἐν τῇ μονιμότητι τῶν φυσικῶν σωζομένην λόγων, ὧν χωρὶς οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶν ὅπερ ἐστίν. Εἰ δὲ φῶμεν, ὡς τῆς μὲν προσληφθείσης οὐσίας θέσις, τῆς δὲ συστατικῆς αὐτῆς ἐνεργείας ἀφαίρεσις, ἡ καθ' [4] ὑπεροχήν ἐστιν ἀπόφασις, τίνι λόγῳ τὴν αὐτὴν ἐπ' ἀμφοῖν ἴσως τεθεῖσαν, τῆς μὲν ὑπάρξιν, τῆς δὲ πάντως ἀναίρεσιν σημαίνουσαν δείξομεν; Ἢ πάλιν ἐπείπερ οὐκ αὐτοκίνητος ἡ προσληφθεῖσα φύσις ἐστὶν, ὑπὸ τῆς ἡνωμένης (112 a) αὐτῇ καθ' ὑπόστασιν ἀληθῶς κινουμένη [5] θεότητος, καὶ τὴν συστατικὴν αὐτῆς ἀφαιρούμεθα κίνησιν, μηδ' αὐτὴν
B τὴν οὐσίαν ὁμολογήσομεν [6], οὐκ αὐθυπόστατον φανεῖσαν, τουτέστι καθ' ἑαυτὴν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ κατ' ἀλήθειαν αὐτὴν οὐσιωθέντι Θεῷ Λόγῳ τὸ εἶναι λαβοῦσαν, ἴσην ἐπ' ἀμφοῖν τὴν αἰτίαν ἔχοντες τῆς παραιτήσεως, ἢ [7] καὶ τὴν κίνησιν τῇ φύσει συνομολογήσομεν, ἧς χωρὶς οὐδὲ φύσις ἐστὶ, γινώσκοντες ὡς ἕτερος μὲν ὁ τοῦ εἶναι λόγος ἐστὶν, ἕτερος δὲ ὁ τοῦ πῶς εἶναι τρόπος, ὁ μὲν τὴν φύσιν, ὁ δὲ τὴν οἰκονομίαν πιστούμενος. Ὧν ἡ σύνοδος τὸ μέγα τῆς ὑπερφυοῦς Ἰησοῦ φυσιολογίας ποιησαμένη μυστήριον σωζομένην ἔδειξεν ἐν ταυτῷ τὴν διαφορὰν τῶν ἐνεργειῶν καὶ τὴν ἕνωσιν, τὴν μὲν ἀδιαιρέτως ἐν τῷ φυσικῷ θεωρουμένην λόγῳ τῶν ἡνωμένων, τὴν δὲ
C ἀσυγχύτως ἐν τῷ μοναδικῷ γνωριζομένην τρόπῳ τῶν γινομένων. Τί γὰρ καὶ τίς, ποῦ τε καὶ πῶς φύσις ἔσται συστατικῆς ἔρημος γενομένη δυνάμεως; Τὸ γὰρ καθόλου μηδὲ μίαν ἔχον δύναμιν οὔτε ἔστιν [8], οὔτε τί ἐστιν [9], οὔτε ἔστι τις αὐτοῦ παντελῶς θέσις, φησὶν ὁ πολὺς οὗτος διδάσκαλος. Εἰ δὲ τούτων λόγος οὐδεὶς, εὐσεβῶς ὁμολογεῖσθαι χρὴ τάς τε τοῦ Χριστοῦ φύσεις ὧν αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, καὶ τὰς αὐτοῦ φυσικὰς ἐνεργείας, ὧν αὐτὸς ἕνωσις ἦν ἀληθὴς, κατ' ἄμφω τὰς φύσεις · εἴπερ ἑαυτῷ προσφυῶς, μοναδικῶς, ἤγουν ἑνοειδῶς, ἐνεργῶν, καὶ διὰ
D πάντων ἀχωρίστως τῇ θείᾳ δυνάμει συνεκφαίνων τῆς οἰκείας σαρκὸς τὴν ἐνέργειαν. (112 b) Πῶς γὰρ ἔσται φύσει Θεὸς, καὶ φύσει πάλιν ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, οὐκ ἔχων ἀνελλιπῶς [10] τὸ φύσει κατ' ἄμφω πεφυκός; Τί τε καὶ τίς ὑπάρχων γνωσθήσεται, μὴ πιστούμενος οἷς ἐνήργει φυσικῶς ὅπερ ἐστὶ μὴ τρεπόμενον; πῶς δὲ πιστώσεται [11] καθ' ἓν τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶν ἀκίνητος μένων καὶ ἀνενέργητος; Ὑπὲρ οὐσίαν οὖν οὐσιώθη, γενέσεως ἀρχὴν καὶ γεννήσεως ἑτέραν τῇ φύσει δημιουργήσας, συλληφθεὶς μὲν σπορᾷ τῆς οἰκείας σαρκὸς, τεχθεὶς δὲ σφραγὶς τῆς παρθενίας [12] τῇ τεκούσῃ γενόμενος, καὶ τῶν ἀμίκτων ἐπ' αὐτῆς [12] τὴν ἀντίφασιν δείξας συναληθεύουσαν. Ἡ γὰρ αὐτὴ καὶ παρθένος καὶ μήτηρ, καινοτομοῦσα τὴν φύσιν τῇ συνόδῳ τῶν ἀνα-

VARIÆ LECTIONES.

[1] τὴν cod. Gud. [2] ὑπερουσίαν cod. Gud. [3] ἐνείργει ed. Gal. [4] τί καθ' ed. Gal. [5] καὶ κινουμένη ed. Gal. [6] ὁμολογήσαμεν ed. Gal. [7] ἢ om. ed. Gal. [8] οὔτε ἔστιν desideratur in ed. Gal. [9] οὔτ' ἔτι ἐστὶν ed. Gal. [10] ἀνελλειπῶς ed. Gal. [11] πιστώσηται ed. Gal. [12] αὐτοῖς ed. Gal.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κειμένων, εἴπερ τῶν ἀντικειμένων παρθενία καὶ γέν- A suas non faciat fidem nullam se conversionem sibiisse? quomodo etiam fidem faciet se unum esse ex duabus naturis, si talis cum sit, et ex talibus, nihilominus et sine motu et sine operatione permaneat? Super substantiam igitur substantiatus est, fabricans in natura novum generationis et nativitatis principium. Concipiebatur, et suæ carnis ipse rudimentum fuit; nascebatur, et sigillum parenti factus est, ostenditque ea simul vera esse quæ propter contradictionem inter se nullo modo concordare posse videbantur. Ea ipsa et virgo fuit et mater; innovata erat natura, ut opposita inter se concordarent; nam opposita sunt virginitas et partus, in natura horum nullus potest intelligi concursus. Quapropter etiam Deipara vere fuit Virgo; supernaturali modo ad seminis ritum concepit et peperit superessentiale Verbum : nam quæ peperit haud dubie mater est ejus qui in ea satus fuit et conceptus.

Καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνήργει [15] τὰ ἀνθρώπου, B κατ' ἄκραν ἕνωσιν δίχα τροπῆς συμφυεῖσαν δεικνὺς τῇ θείᾳ δυνάμει τὴν ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν· ἐπειδὴ καὶ ἡ φύσις ἀσυγχύτως ἑνωθεῖσα τῇ φύσει δι' ὅλου περικεχώρηκε, μηδὲν ἀπόλυτον παντάπασιν ἔχουσα, καὶ τῆς ἡνωμένης αὐτῇ καθ' ὑπόστασιν κεχωρισμένον θεότητος. Ὑπὲρ ἡμᾶς γὰρ ἀληθῶς τὴν ἡμῶν οὐσίαν οὐσιωθεὶς ὁ ὑπερούσιος Λόγος συνῆψε τῇ καταφάσει τῆς φύσεως καὶ τῶν αὐτῆς φυσικῶν (**113** *a*) καθ' ὑπεροχὴν τὴν ἀπόφασιν, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, τὸν ὑπὲρ φύσιν τοῦ πῶς εἶναι τρόπον ἔχον συνημμένον τῷ τοῦ εἶναι λόγῳ τῆς φύσεως, ἵνα καὶ τὴν φύσιν πιστώσηται τῇ τῶν τρόπων καινότητι, μὴ δεχομένην κατὰ τὸν λόγον ἀλλοίωσιν, καὶ δείξῃ τὴν ὑπεράπειρον δύναμιν ὡσαύτως κἀν τῇ C τῶν ἐναντίων γενέσει γνωριζομένην· ἀμέλει ἐξουσίᾳ γνώμης ἔργα [16] πεποιηκὼς τὰ πάθη τῆς φύσεως, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς ἀνάγκης ἀποτελέσματα φυσικῆς, ἔμπαλιν ἡ [18] ἐφ' ἡμῶν ἔχει, τὸ καθ' ἡμᾶς φύσει παθητὸν διεξῆλθεν, ἐξουσίᾳ γνώμῃ [18] κινητὸν δείξας ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ πεφυκὸς ἐφ' ἡμῶν εἶναι γνώμης κινητικόν. Ὅπερ τοῖς ἑξῆς σαφηνίζων φησὶν ὁ διδάσκαλος· « Τί ἂν τις τὰ λοιπὰ πάμπολλα ὄντα διέλθοι; δι' ὧν ὁ θεῖος ὁρῶν ὑπὲρ νοῦν γνώσεται καὶ τὰ ἐπὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Ἰησοῦ καταφασκόμενα, δύναμιν ὑπεροχικῆς ἀποφάσεως ἐχοντα. » Τὰ γὰρ τῆς φύσεως πάντα μετὰ τῆς φύσεως κατὰ σύλληψιν ἄῤῥητον ὑποδὺς ὁ ὑπερούσιος Λόγος οὐδὲν εἶχεν ἀνθρώπινον φυσικῷ λόγῳ καταφασκόμενον, ὃ μὴ καὶ θεῖον ἦν, τρόπῳ τῷ ὑπὲρ φύσιν ἀποφασκόμενον. Ὧν ὑπὲρ νοῦν ὡς ἀναπόδεικτος ὑπῆρχεν ἡ γνῶσις, μόνην κατάληψιν ἔχουσα τὴν πίστιν τῶν γνησίως τὸ τοῦ Χριστοῦ σεβαζομένων μυστήριον. Οὕτινος ὥσπερ συνοπτικὸν τὸν λόγον ἀποδιδούς φησι· « Καὶ γὰρ, ἵνα συνελόντες εἴπωμεν, οὐδὲ ἄνθρωπος ἦν, » ὅτι φύσει τῆς κατὰ φύσιν ἀνάγκης ἄνετος [17] ἦν, τῷ [18] καθ' ἡμᾶς (**113** *b*) οὐχ ὑπαχθεὶς θεσμῷ τῆς γενέσεως. « Οὐχ ὡς μὴ ἄνθρωπος, » ὅτι κατ' οὐσίαν ὅλην ἀληθῶς ἄνθρωπος ἦν, φύσει τῶν καθ' ἡμᾶς φυσικῶν ἀνεχόμενος, « ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνθρώπων· » ἐπείπερ ἡμῖν ὁμοούσιος ἦν, ὅπερ ἡμεῖς κατὰ φύσιν ἄνθρωπος ὤν, « ἀνθρώπων ἐπέκεινα, » καινό- D

Et supra conditionem hominis ea quæ sunt hominis operabatur, per exactissimam unitionem, sine omni conversione, per divinam potentiam ostendens humanam operationem. Quandoquidem et natura humana inconfusim unita naturæ divinæ totam circumincessit, solutum nihil aut divisum possidens a deitate, quæ ei per hypostasin unita fuit. Nam pro nobis vere nostramque substantiam suscipiens Verbum supersubstantiale connexuit ea quæ de natura affirmantur, et ea quæ per eminentiam naturalium ejusdem potentiarum continent negationem. Factus est homo, sed modum essendi habuit, qui naturam supereminebat, connexum cum essendi modum secundum naturam; ut et naturam, ex novitate istorum modorum, non admisisse in essentia alterationem ostenderet, simulque super immensam potentiam in contrariorum effectione conspicuam daret. Quippe quod naturæ infirmitates suæ fecit indicia potestatis, non necessitatis naturalis, ut sunt quæ non gerimus, effecta, secusque quam se habet in nobis naturæ passibilitatem administravit. Quod enim in nobis nostram voluntatem solet commovere, ille in se nonnisi ex suo arbitrio moveri docuit. Quid aliud dicit magister in sequentibus? ubi hoc ipsum explanat : « Quid vero cætera quæ valde multa quis commemoret? in quæ si divinus quispiam intueatur, supra intellectum intelliget etiam ea quæ de Jesu humanitate affirmantur virtutem excellentis negationis continere. » Supersubstantiale enim Verbum omnia quæ ad naturam pertinent una cum natura in conceptione illa ineffabili suscipiens, nihil habuit humanum de se affirmatum, naturali ratione, quin idem erat divinum, modoque supra naturam negari potuit. Horum omnium cognitio, utpote supra intellectum, erat etiam supra demonstrationem, solaque est perceptibilis fide eorum qui Christi mysterium sincere venerantur. Hujus mysterii rationem quamdam contractam exhibet conspectui Dionysius cum dicit : « Nam, ut summatim dicamus, ne homo quidem erat » quoniam ex natura sua omnis naturalis necessitatis expers erat, et supra legem nascendi

VARIÆ LECTIONES.

[15] ἐνείργει ed. Gal., pro more. [16] ἐξουσίας ἔργα ed. Gal. Unde corrigenda ejus versio. [18] ἡ coll. Cod. [18] γνώμῃ non exstat in ed. Gal. [17] ἀναίτιος ed. Gal. [18] πῷ ed. Gal., quod mendum est.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

cui nos subjicimur. « Non quod non esset homo, » quoniam secundum totam essentiam vere homo erat, iisque omnibus obnoxius quæ naturam nostram comitantur; « sed quod natus more humano, » siquidem ejusdem nobiscum erat essentiæ, et homo per naturam, per quam et nos. « Supra homines, » modo novo, quod nos non facimus, naturam circumscribens. « Et supra hominem vere factus homo. » Modos enim supra naturam, et rationes secundum naturam invicem sine fraude connexuit. Horum concursus cum per se impossibilis esset, ille, cui nihil est impossibile, eos in se vere univit, neutram in partem omnino eorum quorum erat hypostasis ab alterutro in operando declinans, imo potius per alterutrum confirmans; siquidem utrumque vere est, et ut Deus suam ipse movet humanitatem, quatenus autem homo, suam declarat deitatem. In natura divina, si sic loqui liceat, passus est, nam voluntarie passus est, et merus homo non fuit; in natura humana miracula patravit, nam in carne fuit, nec nudus exstitit Deus. Ita quidem passiones erant mirabiles et novi generis, propter potentiam divinam naturæ ejus qui passus est, et miracula erant inter passiones, quoniam patrata erant in passibili potentia carnis, ejus qui ea mirifice secundum naturam operatus est. Quod intellexit magister cum diceret : « Postremo non qua Deus divina gessit. » Non tantum ut Deus, et seorsum a carne, neque enim tantum superessentialis erat : « neque humana ut homo; » non enim tantum ut caro, separatim a deitate, neque enim homo tantum : « sed Deus factus homo novam quamdam dei-virilem operationem nobiscum conversando exhibuit. » Assumptione enim carnis mente animaque præditæ vere homo factus est ille supra modum erga homines benignus, divinamque operationem uniens ineffabiliter humanæ, per carnis coalitionem, pro nobis adimplevit dispensationem θεανδρικῶς, hoc est et tanquam Deus et tanquam homo, divinaque et humana administravit, vel, ut clarius loquar, ejus politia divina simul et humanas operationes exhibebat.

Cum igitur divina et humana inter se dividi negabat sapiens magister, quando unionem affirmabat, non nescivit unita etiam inter se differre; unio enim divisionem removens non offecit differentiæ. Si autem differentiæ rationem unionis modus conservat, sane hic sermo viri sancti periphrasis erit, per quam ostendit, bene congruenti oratione, duplicem operationem in Christo duas naturas habente. Quoniam nullo pacto per unionem, sive naturam spectes sive qualitatem, eorum quæ uniuntur, essentialis læditur ratio. Nec, ut volunt aliqui, extrema negando medium quoddam affirmat; nihil enim est medium quod de Christo per extremorum negationem affirmari potest. « Novam » dixit, hoc est novum mysterium characterizat, cujus ratio est ineffabilis modus naturalis conjunctionis. Quis enim

A τητι τρόπων, ὅπερ οὐχ ἡμεῖς, τὴν φύσιν περιγράφων. « Καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀληθῶς ἄνθρωπος γεγονὼς, » τοὺς ὑπὲρ φύσιν τρόπους καὶ τοὺς κατὰ φύσιν λόγους ἀλυμάντως ἔχων ἀλλήλοις [19] συνημμένους, ὧν ἀμήχανος ἡ σύμβασις ἦν, αὐτὸς ᾧ μηδέν ἐστιν ἀμήχανον ἀληθὴς γενόμενος ἕνωσις μηδετέρῳ τὸ παράπαν ὧν ὑπόστασις ἦν θατέρου κεχωρισμένως ἐνεργῶν, δι' ἑκατέρου δὲ μᾶλλον πιστούμενος θάτερον· εἴπερ ἄμφω κατ' ἀλήθειαν ὢν ὡς μὲν Θεὸς τῆς ἰδίας ἦν κινητικὸς ἀνθρωπότητος, ὡς ἄνθρωπος δὲ τῆς οἰκείας ἐκφαντικὸς ὑπῆρχε θεότητος. Θεϊκῶς μὲν, ἵν' οὕτως εἴπω, τὸ πάσχειν ἔχων, ἑκούσιον γὰρ, ἐπεὶ μὴ ψιλὸς ἄνθρωπος ἦν, ἀνθρωπικῶς δὲ τὸ θαυματουργεῖν, διὰ σαρκὸς γὰρ, ἐπεὶ μὴ γυμνὸς ὑπῆρχε Θεός. Ὡς εἶναι τὰ μὲν πάθη θαυμαστὰ τῇ κατὰ
B φύσιν θεϊκῇ δυνάμει τοῦ πάσχοντος καινιζόμενα, τὰ δὲ θαύματα παθητὰ, τῇ κατὰ φύσιν τοῦ αὐτὰ θαυματουργοῦντος παθητικῇ δυνάμει συμπληρούμενα τῆς σαρκός. Ὅπερ εἰδὼς ὁ διδάσκαλός φησι· « Καὶ τὸ λοιπὸν οὐ κατὰ Θεὸν τὰ θεῖα δράσας, » ὅτι μὴ μόνον θεϊκῶς κεχωρισμένα σαρκὸς, οὐ γὰρ ὑπερούσιος μόνον, οὔτε τὰ ἀνθρώπινα κατὰ ἄνθρωπον, ὅτι μὴ μόνον σαρκικῶς κεχωρισμένα θεότητος, οὐ γὰρ ἄνθρωπος μόνον, (**114** *a*) « ἀλλ' ἀνδρωθέντος Θεοῦ καινήν τινα τὴν « θεανδρικὴν » ἐνέργειαν ἡμῖν πεπολιτευμένος. » Καὶ γὰρ προσλήψει σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης [20] ἀληθῶς ἄνθρωπος γεγονὼς, ὁ διαφερόντως φιλάνθρωπος, τὴν δὲ θεϊκὴν ἐνέργειαν καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητον τῇ συμφυΐᾳ [21] τῆς σαρκικῆς ἐσχηκὼς ἀνδρωθεῖσαν, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν πε-
C πλήρωκε θεανδρικῶς, ἤγουν θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνδρικῶς τά τε θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα δράσας, ἢ σαφέστερον εἰπεῖν, θεϊκὴν ἐν ταυτῷ καὶ ἀνδρικὴν ἐνέργειαν πεπολιτευμένος.

Οὐκοῦν ἀποφάσει τῆς τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων πρὸς ἄλληλα διαιρέσεως τὴν τῆς ἑνώσεως κατάφασιν ὁ σοφὸς ποιησάμενος τὴν φυσικὴν τῶν ἡνωμένων διαφορὰν οὐκ ἠγνόησεν· ἡ γὰρ ἕνωσις τὴν διαίρεσιν
D ἀπωσαμένη τὴν διαφορὰν οὐκ ἐλώβησεν. Εἰ δὲ τῆς διαφορᾶς τὸν λόγον ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος ἔχει σωζόμενον, ἆρα [22] περίφρασίς ἐστιν ἡ τοῦ ἁγίου φωνὴ, καταλλήλῳ κλήσει τοῦ διττοῦ [23] τὴν φύσιν Χριστοῦ τὴν διττὴν [24] παραδηλοῦντος ἐνέργειαν· εἴπερ φύσει τε [25] καὶ ποιότητι κατ' οὐδένα τρόπον ἐκ τῆς ἑνώσεως ὁ τῶν ἡνωμένων οὐσιώδης μεμείωται λόγος. Ἀλλ' οὐχ ὥς τινι [26], ἀποφάσει τῶν ἄκρων τινὸς μέσου ποιουμένου [27] κατάφασιν. Οὐκ ἔστι γάρ τι μέσον ἐπὶ [28] Χριστοῦ, τῇ τῶν ἄκρων ἀποφάσει καταφασκόμενον. « Καινὴν μὲν, » ὡς καινοῦ μυστηρίου χαρακτηριστικὴν, οὗ λόγος ἐστὶν ὁ ἀπόῤῥητος τρόπος

VARIÆ LECTIONES.

[19] ἀλλήλοις ἔχων ed. Gal. [20] ἐμψυχωμένης ed. Gal. [21] συμφυείᾳ ed. Gal. [22] ἄρα ed. Gal. [23] δικτοῦ ed. Gal. In cod. Gud. a pr. m. est. διπλοῦ. [24] δικτὴν ed. Gal. [25] τε. om. ed. Gal. [26] τινες ed. Gal. [27] ποιουμένον (sic) cod. Gud. ποιούμενον ed. Gal. [28] ἐστὶ ed. Gal.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς συμφυΐας [29]. Τίς γὰρ ἔγνω πῶς σαρκοῦται Θεὸς, καὶ μένει Θεός; πῶς μένων Θεὸς ἀληθὴς, ἄνθρωπός (**114** *b*) ἐστιν ἀληθής; ἄμφω δεικνὺς ἑαυτὸν ἀληθῶς ὑπάρξει φυσικῇ, καὶ δι' ἑκατέρου θάτερον, καὶ μηδετέρῳ τρεπόμενος. Ταῦτα μόνη πίστις χωρεῖ, σιγῇ τιμῶσα τὸν Λόγον, οὗτινος τῇ φύσει τῶν ὄντων ἐμπέφυκε λόγος οὐδείς. « Θεανδρικὴν » δὲ, οὐχ ὡς ἁπλῆν, οὐδὲ πρᾶγμά τι σύνθετον, καὶ ἢ μόνης γυμνῆς κατὰ φύσιν θεότητος, ἢ μόνης ψιλῆς ὑπάρχουσαν ἀνθρωπότητος, ἢ συνθέτῳ φύσει τινῶν ἄκρων μεταιχμίῳ προσήκουσαν, ἀλλ' ἀνδρωθέντι Θεῷ, τουτέστι τελείως ἐνανθρωπήσαντι, προσφυεστάτην. Οὐδ' αὖ πάλιν μίαν, ὡς οὐκ ἂν [30] ἄλλως νοηθῆναι « τῆς καινῆς » καθὰ τισιν ἔδοξεν, ἢ « μιᾶς δυναμένης· » ποιότητος γὰρ, ἀλλ' οὐ ποσότητος ἡ « καινότης· » ἐπεὶ καὶ φύσιν ἐξ ἀνάγκης ἑαυτῇ συνεισάξει τοιαύτην· εἴπερ πάσης φύσεως ὅρος ὁ τῆς οὐσιώδους αὐτῆς ἐνεργείας καθέστηκε λόγος, ἣν οὐ διπλῆν [31] εἴποι [32] ποτ' ἂν τραγελάφων μύθοις φιλοτιμούμενος. Πῶς δὲ καὶ τούτου δοθέντος ὁ τοῦτο πεφυκὼς μίαν ἔχων ἐνέργειαν, καὶ ταύτην φυσικὴν, ἐπιτελέσει τῇ αὐτῇ τὰ θαύματα καὶ τὰ πάθη, λόγῳ φύσεως ἀλλήλων διαφέροντα, δίχα στερήσεως ἐπισυμβαινούσης τῇ ἀπογενέσει τῆς ἕξεως; Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἐνεργείᾳ τἀναντία πέφυκε δρᾷν, ὅρῳ τε καὶ λόγῳ συνεχόμενον φύσεως. Διὸ μίαν ἁπλῶς ἢ φυσικὴν ἐπὶ Χριστοῦ θεότητος καὶ σαρκὸς ἐνέργειαν λέγειν οὐ θέμις, εἴπερ μὴ ταυτὸν ποιότητι φυσικῇ θεότης καὶ σὰρξ, ἐπεὶ καὶ φύσιν, καὶ γενήσεται τετρὰς ἡ (**115** *a*) τριάς. Οὔτε γὰρ κατὰ φύσιν, οὔτε κατὰ δύναμιν, οὔτε κατ' ἐνέργειαν, γέγονε ταυτὸν, φησὶ, τῇ σαρκὶ [33]. Οὐδενὶ γὰρ ᾧ πέφυκεν εἶναι διὰ τὴν μίαν οὐσίαν Πατρὶ καὶ Πνεύματι ταυτὸν ὁ Υἱὸς, γέγονε ταυτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τὴν ἕνωσιν, κἂν πεποίηκεν αὐτὴν ζωοποιὸν ἑνώσει τῇ πρὸς αὐτὸν, ἔχουσαν τὸ φύσει θνητόν. Ἐπεὶ καὶ τρεπτῆς ὑπάρχων δεικνύσεται φύσεως, καὶ τὴν οὐσίαν τῆς σαρκὸς εἰς ὅπερ οὐκ ἦν ἀλλοιώσας, καὶ ταυτὸν πεποιηκὼς τῇ φύσει τὴν ἕνωσιν. Τὴν γὰρ θεανδρικὴν ἐνέργειαν, ὡς ἀπεδόθη νοήσωμεν· ἣν ἡμῖν οὐχ ἑαυτῷ πολιτευσάμενος τὴν φύσιν τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἐκαίνισε [34]. Πολιτεία γάρ ἐστι βίος κατὰ νόμον φύσεως διεξαγόμενος. Διπλοῦς δὲ ὢν [35] τὴν φύσιν ὁ Κύριος, εἰκότως βίον ἔχων ἐφάνη κατάλληλον, νόμῳ τε θείῳ καὶ ἀνθρωπίνῳ, κατὰ ταυτὸν [36] ἀσυγχύτως συγκεκροτημένον· καινὸν καὶ αὐτὸν, οὐχ ὡς μόνον ξένον τοῖς ἐπὶ γῆς καὶ παράδοξον, καὶ οὔπω τῇ φύσει τῶν ὄντων διεγνωσμένον, ἀλλὰ καὶ χαρακτῆρα καινῆς τοῦ καινῶς βιώσαντος ἐνεργείας. Ἦν θεανδρικὴν τυχὸν προσηγόρευσεν ὁ τῷ μυστηρίῳ τούτῳ κλῆσιν ἐπινοήσας ἁρμόδιον, ἵνα δείξῃ τὸν κατὰ τὴν ἀπόῤῥητον ἕνωσιν τῆς ἀντιδόσεως τρόπον, κατ' ἐπαλλαγὴν τὰ φυσικῶς ἑκατέρῳ μέρει τοῦ Χριστοῦ προσόντα θατέρῳ πεποιημένον, χωρὶς τῆς ἑκατέρου μέρους πρὸς θάτερον κατὰ τὸν φύσει

novit quomodo Deus incarnatur, et tamen manet Deus? quomodo maneat Deus verus, et verus homo, ostendens se vere esse utrumque naturali exsistentia, et per alterutrum utrumque in neutro alteratus? Hæc fides sola capit, silentio venerans Verbum, cujus naturæ nulla in rebus creatis oratio respondet. Θεανδρικὴν, « dei-virilem, » addidit, non quod intelligat vel simplicem operationem, vel reipsa compositam, nec adhuc eam quæ solius nudæque esset deitatis, aut solius et meræ humanitatis, aut postremo naturæ cujusdam compositæ, quæ media esset inter duo extrema : sed eam quæ naturalissime competeret Deo inhumanato, hoc est qui perfecte factus est homo. Rursus unam dixit, non tamen ita ac si nova « operatio non posset intelligi nisi per, unam, » ut nonnullis placet; nam ad qualitatem, non vero ad quantitatem καινότης, « innovatio, » pertinet, quoniam naturam necessario inducit talem; nam omnis naturæ definitio petitur ab ejus essentialis operationis ratione, quam duplicem esse ne is quidem dixerit qui tragelaphorum fabulas amplectitur. Imo, hoc dato, talis qui fuerit, una tantum operatione, eaque naturali præditus, quomodo per eam et miracula et passiones ostendit, quorum ratio naturaliter multum diversa est, quin habitus corruptionem privatio consequatur. Nihil enim est quod una eademque operatione contraria potest efficere, si mancat intra suæ naturæ terminum et rationem. Quapropter non est fas affirmare de Christi deitate et carne unam simpliciter et naturalem operationem, si modo idem non sit penes qualitatem naturalem deitas et caro. Hoc enim pacto et unam naturam affirmabimus, et trinitas fiet quaternitas. Filius enim idem erat Patri et Spiritui per unitatem essentiæ, sed non fuit idem carni per unionem, etiamsi vivificam eam fecit, cum eam sibi uniret; habuit enim ea in se adhuc mortalem sortem. Et ipse Christus naturæ mutabilis fuisse reperietur; etiam carnis essentiam in id quod non erat mutavit, et unionem cum natura identidem conciliavit. Consideremus enim dei-virilem operationem, qualis apparuit; certe non sui, sed nostri gratia hic versatus est, naturamque ad supernaturalem conditionem evexit. Jam politia est vita secundum naturæ leges traducta; et Christus natura est duplex : merito igitur vitam suam ostendit legi divinæ et legi humanæ congruentem, et ad utramque sine confusione contemperatam. Nova vita fuit, non tantum incognita et mira eorum respectu qui in terris tunc erant et adhuc rerum natura incomperta, verum etiam quoniam character erat novæ cujusdam operationis, ejus qui novo ritu vivebat. Hanc forte qui primus huic mysterio appellationem convenientem excogitavit, « dei-virilem » dixit, ut ostenderet modum illum communicationis in ineffabili

VARIÆ LECTIONES.

[29] συμφυείας ed. Gal. Uti constanter. [30] ὡς κἂν ed. Gal. [31] οὐ διπλῆν ed. Gal. οὐδὲ πλάστης cod. Gud. [32] εἴπῃ ed. Gal. [33] Verba Οὔτε γὰρ — — — τῇ σαρκὶ non comparent in ed. Gal [34] ἐκαίνησε ed. Gal. [35] ὢν om. ed. Gal. [36] κατ' αὐτὸν ed. Gal.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

unione, qui facit ut vicissim proprietates naturales, quæ alteri Christi parti conveniunt, sint utriusque, absque tamen illius partis cum hac, penes naturalem rationem, permutatione aut confusione. Quemadmodum enim in gladio ignito secandi vis fit ustio, et ustio vicissim secandi vis (nam sicut gladio ignis, ita et gladii actioni, qua secat, unitur vis ignis quæ urit, perque unionem hanc et gladius nanciscitur urendi actionem, et ignis secandi), neutrum tamen ex hac unione et communicatione aliquam patitur immutationem, sed utrumque, etiam in illa unione, in qua certa quædam est compositi ratio, naturalem sibi servat proprietatem : pari ratione et in mysterio sanctæ incarnationis deitas et humanitas uniuntur hypostatice, ita ut neutra amittat per unionem naturalem operationem, et tamen distincta sit ab ea quæ una secum conjungitur et consistit. Toti siquidem divinæ et efficaci potestati suæ deitatis verbum incarnatum nexuit, per inseparabilem unionem, humanitatis suæ passibilem conditionem, homo Deus exsistens miracula patrabat, in carne natura sua passibili : rursus Deus exsistens homo naturæ passiones subibat, ita tamen ut constaret eas per potestatem divinam illum administrasse; imo potius utrumque præstitit θεανδρικῶς, Deus utique simul et homo erat. Per passiones nosmetipsos nobis, quales eramus reddidit, per miracula nos sibi tradidit, si simus ad ejus exemplar conformes, et per utraque fidem fecit de veritate eorum ex quibus se esse, et in quibus et quæ professus est : solus certe ille verus est et fidelis, et id quod est a nobis dici haberique cupit. Hunc igitur, o sanctissime et verbo et opere, quoniam in vobismet possidetis formatum, ejus, quæso, imitamini longanimitatem : hanc scriptionem accipite, ita ut experiar vos judices eorum quæ attuli clementes, vestra æquanimitas servi vestri errata tegat, qui nullum quærit alium obedientiæ suæ fructum. Estote mihi apud Christum reconciliationis sequestri, pacemque conficite illam quæ omnem intellectum superat : servator solus est pacis princeps, solus timentes se a passionum salo per habitus practicos liberat, solus Pater venturi sæculi per charitatem et cognitionem in Spiritu generat eos qui mundum superiorem complebunt. Ei sit gloria, majestas et imperium, cum Patre et sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

A λόγον μεταβολῆς καὶ συμφύρσεως [37]. Ὥσπερ γὰρ τοῦ πυρακτωθέντος ξίφους τὸ τμητικὸν γέγονε καυστικὸν, καὶ τὸ καυστικὸν τμητικὸν (ἡνώθη γὰρ ὥσπερ σιδήρῳ [38] τὸ πῦρ), οὕτω καὶ τῷ τοῦ σιδήρου τμητικῷ τὸ τοῦ πυρὸς (**115** *b*) καυστικὸν, καὶ γέγονε μὲν καυστικὸς ὁ σίδηρος ἑνώσει τῇ πρὸς τὸ πῦρ, καὶ τμητικὸν τὸ πῦρ ἑνώσει τῇ πρὸς τὸν σίδηρον· οὐδέτερον δὲ τρόπον [39] τῇ καθ' ἕνωσιν ἀντιδόσει πρὸς θάτερον [40] πέπονθεν, ἀλλ' ἑκάτερον κἂν [41] τῇ τοῦ συγκειμένου καθ' ἕνωσιν ἰδιότητι μεμένηκε τῆς κατὰ φύσιν οἰκείας ἀνέκπτωτον· οὕτω κἂν [42] τῷ μυστηρίῳ τῆς θείας σαρκώσεως θεότης καὶ ἀνθρωπότης ἡνώθη καθ' ὑπόστασιν, μηδετέρας τῆς φυσικῆς ἐκστάσης ἐνεργείας διὰ τὴν ἕνωσιν, μήτε μὴν [43]

B ἄσχετον αὐτὴν κεκτημένης μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τῆς συγκειμένης καὶ συνυφεστώσης διακεκριμένην [44]. Ὅλῃ γὰρ τῇ δραστικῇ δυνάμει τῆς οἰκείας θεότητος ὁ σαρκωθεὶς Λόγος ὅλην ἐσχηκὼς συμφυεῖσαν καθ' ἕνωσιν ἄλυτον τὴν παθητικὴν τῆς ἰδίας ἀνθρωπότητος δύναμιν ἀνθρωπίνως Θεὸς ὢν ἐνήργει [45] τὰ θαύματα, διὰ σαρκὸς φύσει παθητῆς συμπληρούμενα, καὶ θεϊκῶς ἄνθρωπος ὢν διεξῄει τὰ πάθη τῆς φύσεως, κατ' ἐξουσίαν ἐπιτελούμενα [46] θεϊκήν· ἄμφω δὲ μᾶλλον θεανδρικῶς, ὡς Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ὢν [47] τοῖς μὲν ἡμᾶς ἑαυτοῖς ἀποδιδοὺς, φανέντας ὅπερ γεγόναμεν, τοῖς δὲ διδοὺς [48] ἡμᾶς ἑαυτῷ, γενομένους ὅπερ παρέδειξε, καὶ δι' ἀμφοτέρων πιστούμενος τὴν τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ὑπῆρχεν ἀλήθειαν, ὡς μόνος ἀληθὴς καὶ

C πιστὸς, καὶ ὅπερ ἐστὶ παρ' ἡμῶν ὁμολογεῖσθαι βουλόμενος. Ὧν ἔχοντες, ἡγιασμένοι [49] λόγῳ τε καὶ βίῳ, μορφούμενον μιμήσασθε τὴν μακροθυμίαν [50], καὶ τὴν παροῦσαν δεχόμενοι γραφὴν, φάνητέ μοι τῶν ἐμφερομένων φιλάνθρωποι κριταὶ (**116** *a*) νικῶντες συμπαθείᾳ τὰ τοῦ παιδὸς ὑμῶν [51] ὀλισθήματα, μόνην ταύτην ἐκδεχομένῳ [52] τῆς εὐπειθείας ἀντίδοσιν, καὶ γένεσθέ μοι μεσῖται τῆς πρὸς αὐτὸν [53] καταλλαγῆς εἰρήνην δημιουργοῦντες τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν, ἧς αὐτὸς [54] ἄρχων ἐστὶν ὁ Σωτὴρ, ἕξει πρακτικῇ τῆς τῶν παθῶν ταραχῆς ἐλευθερῶν τοὺς

D φοβουμένους αὐτὸν, καὶ Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, Πνεύματι γεννῶν δι' ἀγάπης καὶ γνώσεως τοὺς τὸν ἄνω κόσμον πληρώσαντας. Αὐτῷ δόξα, μεγαλωσύνη [55], κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας [56]. Ἀμήν.

VARIÆ LECTIONES.

[37] συμφύσεως ed. Gal. [38] τῷ σιδήρῳ ed. Gal. [39] τροπὴν ed. Gal. [40] τῇ πρὸς ἕτερον ed. Gal [41] κἂν cod. Gud. et ed. Gal. [42] κἂν ed. Gal. [43] Verba μήτε μὴν — — — τὴν ἕνωσιν om. ed. Gal. [44] τῆς συνεφεστώσης διακεχριμένην ed. Gal. [45] ἐνεῖργει ed. Gal. [46] ἐστι τελούμενα ed. Gal. [47] ὢν ed. Gal. [48] διδοὰς ed. Gal. [49] ἡγιασμένε ed. Gal. [50] μικροθυμίαν ed. Gal. [51] ἡμῶν ed. Gal. [52] ἐκδεχομένου ed. Gal. [53] γενήσεσθέ μοι τῆς πρὸς αὐτὸν μεσῖται ed. Gal. [54] αὐτὸς om. ed. Gal. [55] μεγαλοσύνη ed. Gal. [56] αἰῶνας τῶν αἰώνων ed. Gal.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

DOMINO GLORIOSISSIMO PIISSIMOQUE DIVINA PROVIDENTE ATQUE ADJUVANTE GRATIA

REGI KAROLO

JOANNES EXTREMUS SERVORUM VESTRORUM PERPETUAM IN CHRISTO SALUTEM *.

Hoc opus Maximi monachi et abbatis, quod, sanctissimo atque beatissimo archiepiscopo Kyzico (a) Joanne postulante, de quorumdam in sermonibus beatissimi Gregorii theologi Ambiguorum, hoc (b) est intellectu difficilium, explanationibus composuit, de Græco in Latinum vobis jubentibus edidi; difficillimum prorsus, orthodoxissime regum, servulo vestro, imbecilli valde etiam in Latinis, multo magis in Græcis, laborem injunxistis. Insuper etiam accelerare veluti erudito utriusque linguæ citoque perficere imperastis. Sed pro viribus ingenioli mei et acceleravi, et divina ducente ac largiente gratia, ad finem usque perduxi. Fortassis autem qualicunque apologia defensus, non tam densas subierim caligines, nisi viderem præfatum beatissimum Maximum sæpissime in processu sui operis obscurissimas sanctissimi theologi Dionysii Areopagitæ sententias, cujus symbolicos theologicosque sensus nuper vobis similiter jubentibus transtuli, introduxisse, mirabilique modo dilucidasse, in tantum ut nullo modo dubitarem divinam clementiam, quæ illuminat abscondita tenebrarum, sua ineffabili providentia hoc disposuisse, ut ea quidem quæ nobis maxime obstrusa in prædictis beati Dionysii libris, aut vix pervia, sensusque nostros fugere videbantur, aperiret, sapientissimo præfato Maximo lucidissime explanante. Exempli gratia, ut pauca de pluribus dicam, quomodo causa omnium, quæ Deus est, una sit simplex ac multiplex; qualis sit processio, id est multiplicatio divinæ bonitatis per omnia quæ sunt, a summo usque deorsum, per generalem omnium essentiam primo, deinceps per genera generalissima, deinde per genera generaliora, inde per species specialiores usque ad species specialissimas per differentias proprietatesque descendens. Et iterum, ejusdem, divinæ videlicet bonitatis, qualis sit reversio, id est congregatio, per eosdem gradus ab infinita eorum quæ sunt variaque multiplicatione usque ad simplicissimam omnium unitatem, quæ in Deo est et Deus est, ita ut et Deus omnia sit et omnia Deus sint. Et quomodo prædicta quidem divina in omnia processio ἀναλυτικὴ dicitur, hoc est resolutio, reversio vero θέωσις, hoc est deificatio. Et qua ratione quæ sunt maxima multiplicatione, minima sunt virtute; quæ vero minima multiplicatione, maxima virtute. Quid καταφατικὴν et ἀποφατικὴν dicam θεολογίαν, in quibus maxime prædicti beati Dionysii Areopagitæ profundissima divinissimaque admiranda est disputatio? Quam clare pulchreque aperit, quomodo, cum inter se oppositæ valdeque contrariæ videantur, ad unum tamen consensum perveniunt, ut dum una neget, altera confirmet, utrumque in utraque contineatur; ita fit ut et καταφατικὴ non confirmet quod ἀποφατικὴ abnegat, neque ἀποφατικὴ abneget quod καταφατικὴ affirmat. Et non solum has duas maximas theologiæ partes in Deo, sed etiam in omni creatura esse manifestissimis declarat exemplis; per eas namque ordines cœlestium essentiarum et discernuntur et ordinantur. Et qua ratione Deus dicitur movere et moveri, dum sit immutabilis; et quod nec sensibilia per sensum Deus sentiat, nec intelligibilia per intellectum, nec sensibilia per intellectum, nec intelligibilia per sensum, sed omnia in æternis suis rationibus contemplatur. De unitate quoque trium divinarum substantiarum, deque tribus substantiis divinæ unitatis veluti mysticissimo mirabiliter disputat senario; et multa alia, quæ studiosus præsentis operis lector inveniet. Eusebestate (c) igitur regum, opus quod ad communem catholicæ fidei illuminationem jussistis fieri, altissimæ auctoritatis vestræ judicio non respuatis roborari, et inter similia sanæ doctrinæ instrumenta recipi, cum ex præclarissimis Græcorum fontibus non dubitetis derivari; in quibus si quid incognitæ adhuc nobis doctrinæ inveniatur, auctoribus ipsis est deputandum, quia nemo aliud in hoc opere recte mihi debet tribuere, nisi solummodo simpliciter transtulisse.

ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρὸς Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον Κυζίκου Μάξιμος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ἐπαινοῦνται μὲν, καὶ τυχὸν δικαίως, παρὰ πάντων τῆς φιλομαθείας ἕνεκεν οἱ προθυμότεροι τῶν καλῶν ἐρασταὶ καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἐπιστήμης ἐπιμεληταὶ σπουδαιότεροι τοῖς κρείττοσι καὶ τῶν κρειττόνων διδασκάλοις προσιόντες, ὅτι δι' ἐρωτήσεως τὴν γνῶσιν τῶν ἠγνοημένων καὶ τὴν ἐπιστήμην ἀνεπαισχύντως λαμβάνοντες σφᾶς αὐτοὺς ἀγνοίας καὶ

EX EODEM.

A *Sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo Cyzici Joanni Maximus humilis monachus salutem* **.

Laudantur quidem, et fortassis juste, ab omnibus qui bona propter studium doctrinæ promptiores amant, et disciplinam, quæ in eis est, sollicitiores cogitant, ad meliores et meliorum magistros accedentes, quia per interrogationem sapientum disciplinam reverenter accipientes, se ipsos ab ignorantia et imperitia et earum opprobrio liberant. Vos

(a) Læges *Cyzici*. (Gale.)

(b) Is est hujus operis titulus. Nam *Scholia* aliud opus est hujus Maximi. Horum *Ambiguorum* ipse meminit Maximus p. 15 tomi II Opp. editorum; meminit Photius, meminit Baronius et in codicibus Vaticanis servari testatur. (Gale.)

(c) Eadem manu in marg. scriptum reperi *Piissime*. Credo Scotum Græca affectasse, ut alibi. Id.

* Exstat hæc epistola inter Opera Joannis Scoti (nostræ *Patrologiæ Latinæ* tom. CXXII, ex recensione Joannis Henr. Floss, Bonnensis). Porro ex utriusque editionis collatione multa restituimus quæ correctoris Halensis cæcutientem oculum fugerant. Edit.

** Joanne Scoto interprete.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

autem quis digne laudarit sermo? aut quis hominum, etsi diligentiæ experimentum accipiens, vestræ virtutis magnitudinem idoneus inveniet? Quia probabiles ovium rationabilium pastores dum sitis, et ad supernum ovile vocibus fistulæ spiritualis eas ducere et introducere nostis, singularem, multis impossibilem, mysticæ divinorum scientiæ habitudinem præoccupastis, per quam Christi Ecclesiæ digni fidelesque gubernacula, navis in modum, disciplinate dirigitis, eum onere fidei, divinæque conversationis decore ad portum divinæ voluntatis, per mare sæculi tentationibus illæsam. De his autem, quæ vobis cognita sunt, quorum etiam magistros vos constituit Dominus, non solum sapientiores, si quis (*d*) vestrum est omnino secundum scientiam superior, sed et nullo dignos, et penitus omnis imperitos doctrinæ, fide inveniendi quid nobile etiam apud (*e*) immundos, sicut soliti estis, indignum interrogare non ducitis. Ac per hoc accipiens et ego venerabilem vestram epistolam, scribere vobis jubentem de unoquoque dubiorum (*f*) vobis capitulorum in sancti theologi Gregorii sermonibus, de quibus studium habebam, quando cum convenientibus eram, redditam tunc rationem scripturæ commendo. Vos quidem merito virtutis miratus sum, et in ipsa claram atque excelsam Christo placentem vestram hospitalitatem laudavi, magis vero per omnem modum per vos et in vobis glorificatum Dominum, qui fecit vos ad hoc dignos fieri, donatamque ab ipso virtutem, qui suis (*g*) servis per vestra opera veritatis aperte pulchritudinem manifestat, usque ad me parvum, et nullo dignum, et indoctum, et omni nudum omnino virtute et scientia. Ac per hoc humiliatos considerans, me ipsum accipere vestrum præceptum secundum virtutem compuleram, dum in nullo temerarius æstimabor multis vestri gratia faciens sermonem, sed et vos gratam et amabilem obaudientiæ mercedem accipere exspectanti vestras videlicet orationes intentas consuete donabitis, ut Christus Dominus, qui est paratum timentium se adjutorium, veniat mihi sermonis adjutor; magis autem dicendo totum pie, ut Verbum largiatur verbum. Posco autem vos postulantes, ne ornatam quæratis a me dictionem, qui ornantes auditum sermones non habeo, et curiosis (*h*) bombis ambitus facere ignoro. Talium enim doctrinarum dum sim inscius, et curæ, quæ in eis est, magnitudinem non constituens, dilectissimum reor atque optabile, si sensum magni hujus et sancti magistri, etsi confusa explanatione, et hoc aliquantulum considerarim, non tamen multiplici versu expositionem honorificando. Theologus enim

A ἀπειρίας καὶ τοῦ κατ' αὐτὰς ὀνείδους ἐλευθεροῦσιν. Ὑμᾶς δὲ τίς ἂν ἀξίως ἐπαινέσειε λόγος; ἢ τίς ἀνθρώπων κἂν διανοίᾳ περιλαβεῖν ὑμῶν[65] τὸ τῆς ἀρετῆς μέγεθος ἱκανὸς εὑρεθήσεται; Ὅτι δόκιμοι λογικῶν προβάτων ποιμένες ὑπάρχοντες, καὶ πρὸς τὴν ἄνω μάνδραν φωναῖς σύριγγος πνευματικῆς ἀνάγειν τε καὶ ἐπάγειν[66] εἰδότες, οἷα[66] δὴ τῆς ἀνεφίκτου τοῖς ἄλλοις τῶν θείων μυστικῆς γνώσεως τὴν ἕξιν προειληφότες· καθ' ἣν τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας ἀξίως πεπιστωμένοι (**116** *b*) τοὺς οἰακας νηὸς *τρόπον* ἐπιστημόνως ἰθύνετε, μετὰ τοῦ φόρτου τῆς πίστεως καὶ τῆς τοῦ κατὰ Θεὸν βίου εὐπρεπείας, πρὸς τὸν λιμένα τοῦ θείου θελήματος, μηδὲν τῶν κατὰ τὴν θάλασσαν τοῦ βίου πειρασμῶν *παραβλαβεῖσαν*. Περὶ τῶν ἐγνωσμένων ὑμῖν, ὧν καὶ ἐξηγητὰς ὑμᾶς
B κατέστησεν ὁ Θεὸς, οὐ μόνον τοὺς σοφωτέρους, εἴπερ τις ὑμῶν ἐστιν ὅλως κατὰ τὴν γνῶσιν ἀνώτερος, ἀλλὰ καὶ τοὺς μηδενὸς ἀξίους καὶ παντελῶς παντὸς ἀπείρους μαθήματος, πίστει τοῦ εὑρεῖν τι, καθὼς εἰώθατε, καὶ παρὰ τοῖς ἀσήμοις ἐπίσημον ἐρωτᾷν οὐχ ἡγεῖσθε ἀνάξιον. Διὸ κἀγὼ δεξάμενος τὴν τιμίαν ὑμῶν ἐπιστολὴν τὸν περὶ ἑκάστου τῶν ἀπορηθέντων ὑμῖν[67] κεφαλαίων ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου[68] λόγοις, περὶ ὧν ἐφιλοπονοῦμεν ἡνίκα σὺν ἀλλήλοις ἦμεν, ἀποδοθέντα τὸ τηνικαῦτα λόγου γραφῇ καταθεμένῳ στεῖλαι ὑμῖν κελεύουσαν, ὑμᾶς μὲν εἰκότως τῆς ἀρετῆς ἐθαύμασα καὶ τῆς κατ' αὐτὴν χριστοπρεποῦς ὑμῶν πτωχείας[69] τὸ παμφαὲς καὶ ὑψηλὸν ἀνύμνησα, μᾶλλον δὲ τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ὑμῶν τε καὶ ἐν ὑμῖν δοξαζόμενον Κύριον,
C τὸν καὶ ποιήσαντα ὑμᾶς καὶ τὴν πρὸς τὸ ἀξίους αὐτοῦ γενέσθαι χαρισθεῖσαν ὑμῖν δύναμιν τοῖς ἑαυτοῦ ἰδιώμασι δι' αὐτῶν τῶν[70] ἔργων καὶ τῆς ἀληθείας ἀριδήλως ὡραϊσμένην ἐκφαίνοντα, μέχρις ἐμοῦ τοῦ μικροῦ καὶ μηδενὸς ἀξίου καὶ ἀμαθοῦς καὶ πάσης γυμνοῦ παντάπασιν ἀρετῆς καὶ γνώσεως. Περὶ τούτου ταπεινωθέντας θεώμενος ἐμαυτὸν δὲ (**117** *a*) καταδέξασθαι ὑμῶν τὸ ἐπίταγμα κατὰ δύναμιν ἐθισάμην, μηδένα τοῦ προπετὴς νομισθῆναι τοῖς πολλοῖς ὑμῶν χάριν ποιησάμενος λόγον· ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς τὸν προσφιλῆ καὶ ἐράσμιον τῆς εὐπειθείας μισθὸν ἀντιλαβεῖν ἐκδεχομένῳ τὰς ὑμετέρας ἐκτενεῖς εὐχὰς συνήθως χαρίσασθε, ὅπως Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡ ἑτοίμη τῶν φοβουμένων αὐτὸν βοήθεια, ἔλθοι[71] μοι
D τῷ λόγῳ σύμμαχος, μᾶλλον δὲ τὸν τοῦ λέγειν ὅλον εὐσεβῶς ὡς Λόγος χορηγήσοι λόγον. Ἀξιῶ δὲ ὑμᾶς ἐντυγχάνοντας, μὴ τὴν κεκομψευμένην ἐπιζητεῖν πρὸς ἐμοῦ λέξιν, τοὺς περικομποῦντας τὴν ἀκοὴν λόγους οὐκ ἔχοντος, καὶ ταῖς περιέργοις τομαῖς ἐμπεριεχήτους ποιεῖν ἀγνοοῦντος. Ἀτριβὴς γὰρ ὢν τῶν τοιούτων μαθημάτων, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς μελέτης ἄπειρος τυγχάνων, ἀγαπητὸν ἡγοῦμαι καὶ ἐπ-

VARIÆ LECTIONES.

[65] Hæc imperite vertit Scotus, quod cuilibet patet. (Gale). [66] ἐπανάγειν ed. Gal. [66] Scotus male legit οἷαν. (Gale.) [67] ἡμῖν ed. Gal. [68] θεολόγου Γρηγορίου ed. Gal. [69] καὶ τὸ παμφαὲς κατ' αὐτὴν χριστοπρεποῦς ὑμῶν πτωχείας ed. Gal. [70] τῶν abest ab ed. Gal. [71] ἔλθῃ ed. Gal.

NOTÆ.

(*d*) Verte *vobis*. (Gale.)
(*e*) Credo legerat ἀσέμνους. (Gale.)
(*f*) Lege *nobis*. (Gale.)
(*g*) Scotus legisse videtur ἰδίοις, quod ineptum. Id.
(*h*) Quid hic Scotus legerit incertum. Tomi quid sint explicat Hermogenes [illegible] ii, de Formis. (Gale).

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

ευκτὸν, εἰ τῆς διανοίας τοῦ ἀγίου τούτου καὶ μεγάλου διδασκάλου, κἂν ἐν χυδαίᾳ φράσει, καὶ τοῦτο ποσῶς, καταστοχάσαιμι, μήτι δὲ [66] τῷ πολυστίχῳ τῶν ἐξηγήσεων ἐπισκήπτειν. Ὁ Θεολόγος γὰρ οὗτος ἀνὴρ, ὡς ἴστε, βραχυλόγος ὑπάρχων καὶ πολύνους ἀνάγκην δίδωσι τῷ ἐξαπλοῦν βουλομένῳ τὸν αὐτοῦ σκοπὸν, κἂν ὁ ῥητορικώτατος ᾖ καὶ φιλοσοφώτατος, διὰ πολλῶν ἰέναι, καὶ μάλιστα ἐμοὶ τῷ ἰδιώτῃ· εἰ δ' ὑμᾶς συνήθως ὁ θεοφιλὴς ἀνακινήσοι ζῆλος πρὸς τὸ σύντομον ἅμα καὶ εὐφραδὲς τὰ γραφόμενα μετακομίσαι, ἢ καὶ τὸν νοῦν ὅλον διορθώσασθαι πρὸς τὸ ὑψηλότερον, μισθὸν αὐτοτελῆ λήψεσθε, τὰς τοῦ θεοφόρου πρὸς τὸν Δεσπότην τῶν ὅλων εὐχὰς, ἅτε μὴ συγχωρήσαντες (**117** *b*) αὐτοῦ τὰ θεῖα καὶ ὑπερφυῆ νοήματα ταῖς ἀποτεύκτοις [67] καὶ χαμαιπετέσιν ἐπιβολαῖς παρασύρεσθαι. Ἀκολούθως δὲ τῇ ὑμετέρᾳ ἐπιστολῇ τὴν περὶ ἑκάστου κεφαλαίου ποιησάμενος ζήτησιν κατεθέμην τῷ γράμματι, χρηστοὺς καὶ φιλανθρώπους ὑμᾶς τῶν λεγομένων κριτὰς γενέσθαι παρακαλῶν.

A iste vir, sicut scitis, brevis sermonibus dum sit, et multus intellectu, necessitatem dat explanare volenti ejus intentionem, etsi facundissimus et sapientissimus (*i*) in multis sit, et magis mihi indocto. Si vero vos consuete Deo amabilis moverit zelus, dum ad breve simul ac planum ea, quæ scripta sunt, deferimus, nos magis quam totum intellectum erigimus ad id quod excelsius est, mercedem per se perfectam accipietis, Deiferi illius scilicet ad Dominum omnium orationes, utpote non concedentes ejus divinos et supernaturales intellectus spretis ac vilibus tractari contemplationibus. Consequenter autem vestræ epistolæ per singula capita inquisitionem feci, et litteris commendavi, bonos atque misericordes vos eorum quæ dicta sunt judices fieri B deprecans.

Ἐκ τοῦ περὶ φιλοπτωχίας λόγου, εἰς τὸ, « Φείδομαι ὡς συνεργοῦ, καὶ οὐκ ἔχω πῶς φύγω τὴν ἐπανάστασιν, ἢ πῶς μὴ ἀπὸ Θεοῦ πέσω βαρηθεὶς ταῖς πέδαις κατασπώσαις ἢ κατεχούσαις εἰς ἔδαφος (1). »

Οὐ ταυτὸν τῷ *κατασπᾶσθαι* τὸ *κατέχεσθαι* νενόηται τῷ μακαρίῳ τούτῳ ἀνδρὶ, μὴ οὕτω νομίσῃς, δοκιμώτατε, εἴπερ τί σοι νοεῖν τῆς αὐτοῦ μεγαλονοίας ἄξιον διεσπούδαστα· ἐπεὶ περιττὸς οὕτω τοῖς λόγοις καὶ τὸν νοῦν τῷ λόγῳ μὴ ἐφιστάμενον ἔχων ἀναφανήσεται, εἴπερ μὴ πάσῃ συλλαβῇ σχεδὸν τὴν πρέπουσαν ἐνθέμενος ἔννοιαν πρὸς τὰ κάλλιστά τε καὶ χρήσιμα τοὺς ὁπαδοὺς ὁδηγεῖν πανὶ τρόπῳ διεγνωκέναι ὁπωληφθῇ. Οὐχ οὕτω δὲ ταῦτ' ἔχει, πόθεν; ἀλλὰ καὶ νῷ λόγον σοφῷ συνίστησι, καὶ λόγῳ ὑψηλῷ νοῦν ἐφίστησιν ὑψηλότερον, ἵν' ὑψηλὸς ὑψηλῷ διαγέλληται, καὶ τῆς ἀληθείας ποσῶς δι' ἀμφοῖν τὸ τέως τοῖς πολλοῖς ἢ καὶ πᾶσιν ἀνεπίβατον μέγεθος διαδειχθῇ [68]. Ἵνα δὲ φανερὸν ἅπαν ἡμῖν γένηται τῶν λεγομένων τὸ αἰνιγμα, αὐτὰ ὡς ἔχει τοῦ μακαρίου σκοπήσωμεν τὰ ῥητά. Φείδομαι, φησὶν, ὡς συνεργοῦ, καὶ οὐκ ἔχω πῶς φύγω τὴν ἐπανάστασιν, ἢ πῶς μὴ ἀπὸ Θεοῦ πέσω, βαρηθεὶς ταῖς πέδαις, κατασπώσαις ἢ κατεχούσαις εἰς ἔδαφος. Ταῦτ' εἰπὼν οὐχ ἑαυτῷ πάντως, ἀλλὰ (**118** *a*) δι' ἑαυτοῦ τῷ κοινῷ τῆς ἀνθρωπότητος διαλέγεται, εἰδὼς ὅτι πᾶς τις ὁ σωτηρίας ἐρῶν ἢ πράξει ἢ θεωρίᾳ πάντως προσενέχει. Ἀρετῆς γὰρ καὶ γνώσεως χωρὶς οὐδαμῶς οὐδεὶς πώποτε τυχεῖν σωτηρίας δεδύνηται. Εἴπερ οὖν τῶν διὰ θεωρίας, φησὶ, Θεῷ προσεδρευόντων καὶ τοῦ μακαρίου κάλλους κατατρυφώντων καθέστηκα εἷς, εἰρήνην ἔχων παντάπασι καὶ ἁγιασμὸν, ὡς ἐμ-

Ex sermone de hospitalitate, in hoc : « Parco ut cooperatori, et non habeo quomodo fugiam superventum, aut quomodo non a Deo cadam, gravatus (j) pueris deripientibus aut detinentibus in terram. »

Non id ipsum *detineri* quod est *detineri* visum est beato huic viro; neque sic arbitreris, probatissime, si quid tibi intelligere ipsius magnanimitate dignum sollicitudini sit. Nam superfluus verbis et intellectum sermones supereminentem non habens manifestaretur, si non omni fere syllabæ decentem C inserens notitiam, ad pulcherrima et utiiia sequentes ducendo, ullo modo disceptandi relinqueretur. Non sic hæc habent se longe, sed et intellectui sermonem sapienter constituunt, et sermonem excelsum excelsus supereminet intellectus, ut excelsus excelso annuntietur, et veritatis aliquantulum ex ambobus interim multis, aut etiam omnibus invia magnitudo ostendatur. Ut vero manifesta nobis sit omnis eorum quæ dicta sunt obscuritas, ipsa ut se habent beati considerabimus verba : « Parco, inquit, ut cooperatori, et non habeo quomodo fugiam superventum, aut quomodo non a Deo cadam, gravatus pueris deripientibus aut detinentibus in terram. » Hæc dicens D non de seipso omnino, sed per seipsum de communi humanitate disputat, videns quia omnis qui salutem amat, aut actioni penitus aut contemplationi attendit. Absque enim virtute et scientia nullus ullo modo aliquando consequi salutem potuit. Si ergo per contemplationem, inquit, collocatorum Deo et beata pulchritudine fruentium

VARIÆ LECTIONES.

[66] Rescripsi μήτι δὲ pro μήτε δὲ, quod cod. Gud., vel μήτε, quod ed. Gal. habet. [67] Eadem antiqua manus in marg. cod. Gud. emendationem adscripsit ἀπευκτοῖς. [68] διδαχθῇ ed. Gal.

NOTÆ.

(*i*) *In multis*, verte *fusius exspatiari*. (Gale.)

(*j*) *Pueris*, inscitissime. Verte *compedibus*, *vinculis*. (Gale.) Nisi infra idem vitium occurreret, scripturam putarem corruptam, vertisseque Scotum *pedicis*.

(1) Greg. Naz. Or. *de Paup. amore* cap. 7, p. 261, tom. I, Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

unus constitutus sum, pacem habens in omnibus et sanctificationem, quippe me ipsum applicans Deo inseparabili per cognitionem similitudine, irrationabiles virtutes animæ cogitando decenter, et menti ver rationem adducendo et familiares faciendo, iurorem dico et concupiscentiam, eam quidem in charitatem, eum vero in gaudium mutans; siquidem gaudii proprium est exsultare divinitus et lætari, sicut præexsultavit ex matre Joannes, magnus veritatis præcursor et prædicator; aut sicut, dum quiescere fecit arcam Israel rex David. In matre enim (etsi difficilis ratio, quippe invia multis, sed tamen vera) et nos et Deus Verbum sumus, qui universitatis est factor et Dominus; qui quidem in præsentis vitæ statu occulte, velut in matre, et vix sensibilis huic mundo apparet, et hoc, his qui sunt secundum Joannem in spiritu; homines vero veluti ex matre, materiali videlicet circumstantia, etsi tantisper in his quæ sunt occultum perspiciunt Verbum. Et in hoc fortassis sint qui gaudiis Joannis lætantur; ad ineffabilem namque futuri sæculi gloriam et claritatem, et vitæ quæ in ipso est proprietatem [k], nil matris distat judicio lætantis comparata præsens vita, in qua propter nos infantes sensibus Deus, qui est Verbum perfectum et plus quam perfectum, ut misericors, infans factus est. Si ergo, ut dictum est, talis quis sum, possibili hominibus secundum præsentem vitam transitoriam in divina summitate, neglexero vero deiformem habitum, me ipsum ad corporis libens inclinans desiderium, dereptus sum gravatus pueris, id est curis, et a Deo cecidi, utpote de solo regno cœlorum cogitationem et inquisitionem, cui non licebat, terrenæ dico vitæ, attribuens, et sensibus conferendo, quam ad Deum ferendo animum dehonestans. Si vero adhuc per activam vitam bellator contra armatas passiones sum, nondum per eas accipere volentium inimicorum pure effugiens dolos, et dilexero indiscrete corpus, detentus sum ab eo, videlicet ad illud habitum a virtute separari præsumens. Deripitur itaque contemplativus, immoderatus jam per habitum adveniens corpori, divinarum negligens contemplationum: detinetur vero activus, corpori pugnans, datus ad ipsum luctationi, laborando pro virtute quæ est animæ libertas, servus esse passionum eligens.

αὐτὸν ἁπλώσας Θεῷ, ἀδιαιρέτῳ κατὰ τὴν γνώμην ταυτότητι, τῷ τὰς ἀλόγους δυνάμεις τῆς ψυχῆς λογίσαι τε πρεπόντως καὶ νῷ διὰ λόγου προσαγαγεῖν καὶ οἰκειώσασθαι, θυμὸν λέγω καὶ ἐπιθυμίαν, τὸν μὲν εἰς ἀγάπην, τὴν δὲ εἰς χαρὰν μεταβαλών [69], εἴπερ χαρᾶς ἴδιον τὸ σκιρτᾷν θεοπρεπῶς καὶ ἀγάλλεσθαι κατὰ τὸν ἐκ μήτρας προσκιρτήσαντα Ἰωάννην, τὸν μέγαν τῆς ἀληθείας πρόδρομόν τε καὶ κήρυκα, ἢ τὸν ἐπὶ τῇ καταπαύσει τῆς κιβωτοῦ τοῦ Ἰσραὴλ βασιλέα Δαβίδ. Ἐν μήτρᾳ γὰρ (κἂν εἰ τραχὺς ὁ λόγος ὡς ἀτριβὴς τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' οὖν ἀληθὴς) καὶ ἡμεῖς καὶ ὁ Θεὸς Λόγος ἐσμὲν ὁ τοῦ παντὸς Ποιητὴς καὶ Δεσπότης, ἐν τῇ παρούσῃ τῆς ζωῆς καταστάσει, ὁ μὲν ἀμυδρῶς ὡς ἐν μήτρᾳ, καὶ μόγις τῷ αἰσθητῷ τούτῳ κόσμῳ διαφαινόμενος, καὶ τοῦτο τοῖς κατὰ Ἰωάννην τῷ πνεύματι, οἱ δ' ἄνθρωποι, ὡς ἐκ μήτρας τῆς ὑλικῆς περιστάσεως, κἂν ποσῶς τὸν ἐν τοῖς οὖσιν ἐγκρυπτόμενον διαβλέποντες λόγον. Καὶ τοῦτ' ἄνπερ ὦσι ταῖς Ἰωάννου αὐχοῦντες χάρισι. Πρὸς γὰρ τὴν ἄφατον τοῦ μέλλοντος αἰῶνος δόξαν τε καὶ λαμπρότητα καὶ τὴν τῆς κατ' αὐτὸν ζωῆς ἰδιότητα μήτρας (**118** *b*) οὐδὲν διαφέρει ζόφῳ περικεχυμένης συγκρινομένη ἡ παροῦσα ζωή, ἐν ᾗ δι' ἡμᾶς τοὺς νηπιάσαντας ταῖς φρεσὶ καὶ ὁ Θεὸς Λόγος τέλειος ὢν καὶ ὑπερτελής, ὡς φιλάνθρωπος, ἐνηπίασεν. Εἴπερ οὖν, ὡς εἴρηται, τοιοῦτός τις ὑπάρχω, καὶ τῆς ἐφικτῆς ἀνθρώποις κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἐπέβην θείας ἀκρότητος, ἀμελήσω δὲ τῆς θεοειδοῦς ἕξεως, ἐμαυτὸν πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἑκουσίως ἐπικλίνας στοργήν, κατεσπάσθην βαρηθεὶς ταῖς πέδαις, ἤτοι ταῖς φροντίσι, καὶ ἀπὸ Θεοῦ ἔπεσον, ὡς τὴν περὶ μόνης τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν μέριμνάν τε καὶ ζήτησιν ᾧ [70] μὴ θέμις ἦν, τῇ γῇνῃ λέγω ζωῇ, προσνείμας, καὶ ταῖς αἰσθήσεσι συμφέρεσθαι μᾶλλον, ἢ πρὸς Θεὸν φέρεσθαι τὴν διάνοιαν ἀνασχόμενος. Εἰ δὲ τῶν ἔτι διὰ τῆς πρακτικῆς πολεμικῶς κατὰ τῶν παθῶν ὡπλισμένος εἰμὶ, μήπω τῶν δι' αὐτῶν ἑλεῖν βουλομένων ἐχθρῶν καθαρῶς ὑπαλύξας τοὺς δόλους, καὶ στέρξω ἀδιακρίτως τὸ σῶμα, κατεσχέθην ὑπ' αὐτοῦ δῆλον, ὡς τὴν πρὸς αὐτὸ σχέσιν τοῦ δι' ἀρετῆς χωρισμοῦ προελόμενος. Κατασπᾶται οὖν ἄρα ὁ θεωρητικὸς ἄσχετος ἤδη κατὰ τὴν ἕξιν γινόμενος τῷ σώματι, τῶν θείων ἀμελῶν θεαμάτων. Κατέχεται δὲ ὁ πρακτικὸς ὁ τῷ σώματι μαχόμενος, ἐνδιδοὺς τῇ πρὸς αὐτὸ πάλῃ, καὶ τοῦ πονεῖν ὑπὲρ ἀρετῆς, ἥτις ἐστὶ ψυχῆς ἐλευθερία, τὸ δοῦλον εἶναι παθῶν ἐπιλεγόμενος.

Ejusdem ex eodem sermone, in hoc, « Quæ erga me sapientia, et quod magnum mysterium? An vult partem nos esse Dei, et desursum fluentes, ut non per dignitatem exaltati, et cœlestia contemplantes despiciamus Creatorem in luctatione ac pugna quæ contra corpus est, ad ipsum semper aspi-

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Τίς ἡ περὶ ἐμὲ σοφία, καὶ τί τὸ μέγα τοῦτο μυστήριον; ἢ βούλεται μοῖραν [71] ἡμᾶς ὄντας Θεοῦ, καὶ ἄνωθεν ῥεύσαντας, ἵνα μὴ διὰ τὴν (**119** *a*) ἀξίαν ἐξαιρόμενοι καὶ μετεωριζόμενοι καταφρονῶμεν τοῦ Κτίσαντος, ἐν τῇ πρὸς τὸ σῶμα πάλῃ καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[69] μεταβάλλων ed. Gal. [70] ὃ cod. Gud. [71] μοῖραν ed. Gal., et cod. Gud. Infra fol. 122 b. μοίρας cod. Gud.

NOTÆ.

(*k*) Verte *nihil a matre tenebris obvoluta.* (Gale.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μάχη πρὸς αὐτὸν ἀεὶ βλέπειν, καὶ τὴν συνεζευγμένην ἀσθένειαν παιδαγωγίαν εἶναι τοῦ ἀξιώματος (2); »

ciendum, et conjunctam infirmitatem nutrituram esse dignitatis ? »

Τούτοις τινὲς ἐντυγχάνοντες τοῖς λόγοις, μηδένα, ὡς ἔοικεν, ὑπὲρ τοῦ πονεῖν τῆς ζητήσεως ἕνεκεν τοῦ ἀληθοῦς μισθὸν ἐκδεχόμενοι, πρὸς τὸ εὔκολον καὶ πολλὰς ἔχον ἤδη ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων τὰς ἀφορμὰς καταφεύγουσι, φάσκοντες τήν τέ ποτε οὖσαν κατὰ τὸ δόξαν αὐτοῖς τῶν λογικῶν ἑνάδα καθ' ἣν συμφυεῖς ὄντες Θεῷ τὴν ἐν αὐτῷ μόνην ἔχομεν[73] καὶ ἴδρυσιν, προσέτι γε καὶ τὴν γενομένην κίνησιν, ἐξ ἧς σκεδασθέντα διαφόρως τὰ λογικὰ πρὸς γένεσιν τοῦ σωματικοῦ τούτου κόσμου τὸν Θεὸν ἰδεῖν παρεσκεύασαν, χάριν τοῦ ἐνδῆσαι αὐτὰ σώμασιν ἐπὶ τιμωρίᾳ τῶν προημαρτημένων, διὰ τούτων αἰνίττεσθαι τῶν λόγων νομίζοντες τὸν διδάσκαλον. Ἀλλ' ἠγνόησαν ὡς ἀδύνατα ὑποτίθενται καὶ τῶν ἀμηχάνων καταστοχάζονται, καθὼς προῖὼν μετὰ τοῦ εἰκότος ὁ ἀληθὴς ἀποδείξει λόγος. Εἰ γὰρ τὸ θεῶν [*leg.* θεῖον] ἀκίνητον, ὡς πάντων πληρωτικὸν, πᾶν δὲ τὸ ἐκ μὴ ὄντων τὸ εἶναι λαβὸν καὶ κινητὸν, ὡς πρός τινα πάντως φερόμενον αἰτίαν, οὔπω δὲ οὐδὲν κινούμενον ἔστη, ὡς τῆς κατ' ἔφεσιν κινήσεως τὴν δύναμιν μήπω τῷ ἐσχάτῳ προσαναπαῦσαν ὀρεκτῷ (οὐδὲν γὰρ ἱστᾷν ἄλλο τὸ φερόμενον κατὰ φύσιν πέφυκεν ἢ ἐκεῖνο δεικνύμενον), οὐδὲν ἄρα κινούμενον ἔστη, ὡς τοῦ ἐσχάτου μήπω τυχὸν ὀρεκτοῦ· ἐπεὶ μηδ' ἐκεῖνό πω φανὲν τῶν περὶ αὐτὸ φερομένων τὴν κίνησιν ἔστησεν. Εἰ δὲ τοῦτό (**119** *b*) ποτε γεγενῆσθαι ἐξ ἐπιτάγματος κελεύουσι, καὶ τῆς ἐν τῷ ἐσχάτῳ καὶ μόνῳ ὀρεκτῷ ἱδρύσεώς τε καὶ μονῆς παρακινηθέντα[73] τὰ λογικὰ τὸν σκεδασμὸν ἔλαβεν, ἵνα μὴ λέγων ἐρασχελῶ, τίς ἡ ἀπόδειξις, τὰς αὐτὰς ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἐπ' ἄπειρον ἕξειν[74] τὰ λογικὰ μετεμπτώσεις ἐξ ἀνάγκης εἰκότως ὑποθήσονται. Οὕτινος γὰρ διὰ τῆς πείρας καταφρονεῖν ἅπαξ δεδύνηνται, καὶ εἰς ἀεὶ δυνήσεσθαι οὐδεὶς ὁ κωλύσων ἔσται λόγος. Τοῦ δὲ οὕτω φέρεσθαι τὰ λογικὰ καὶ μηδεμίαν ἔχειν ἢ ἐλπίζειν βάσιν ἀμετάθετον τῆς ἐν τῷ καλῷ παγιότητος, τί ἄλλο γένοιτ' ἂν ἐλεεινότερον; Εἰ δὲ δύνασθαι μὲν φαῖεν, μὴ βούλεσθαι δὲ, διὰ τὴν γενομένην πεῖραν τοῦ ἐναντίου, καὶ οὕτως οὐ δι' ἑαυτὸ, ὡς καλὸν[75], ἀλλὰ διὰ τὸ ἐναντίον τὸ καλὸν αὐτοῖς ἔσται ἐξ ἀνάγκης στεργόμενον, ὡς οὐ φύσει ἢ κυρίως ὂν ἐραστόν. Πᾶν γὰρ ὃ μὴ δι' ἑαυτὸ ἀγαθόν ἐστι καὶ ἐραστὸν καὶ πάσης ἑλκτικὸν κινήσεως οὐ κυρίως καλόν. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ καθεκτικὸν εἰκότως τῆς τῶν ἐπ' αὐτῷ ἡδομένων ἐφέσεως, ἀλλὰ καὶ χάριν λοιπὸν ὁμολογήσαιεν ἂν τῷ κακῷ

Hæc quidam consequentes verba, nullamque, ut oportet, pro labore inquirendæ veritatis mercedem accipientes, ad id quod facile est et multas habet jam ex Græcorum doctrinis occasiones, confugiunt, dicentes quamdam exstitisse, ut eis visum est, rationabilium unitatem, per quam cognati sumus Deo, mansionemque in ipso habebamus et collocationem. Adhuc vero et factum motum, ex quo dispersa sunt differenter rationalia ad generationem corporalis hujus mundi, (*l*) Deumque noscens præparatam gratiam, ligare ea corporibus in ultionem eorum quæ ante commissa sunt, et hoc per hæc insinuasse verba arbitrantur magistrum. Sed ignorant quomodo impossibilia sequuntur et inopportuna considerantur, sicut procedens posthac, (*m*) consequensque ac vera approbabit ratio. Si enim Deus immutabilis est, utputa omnium plenitudo, omne autem quod ex non exsistentibus esse accipit movetur, merito ad quamdam omnino fertur causam ; nondum vero quod movetur stat, jure extremo ad quietem virtutis motæ, quæ secundum desiderium est, nondum largito : nihil enim aliud sistere, quod fertur secundum naturam, consuevit, quam illud ostensum : nullum itaque motum stat, utpote novissimo nondum fortassis viso, quoniam neque illud alicubi apparens eorum quæ circa se feruntur motum stabilitavit. Si autem hoc aliquando fuisse ex præcepto jubent, et ex, in novissimo videlicet et permanenti dato, collocatione et mansione permotata (*n*) rationabilia dispersionem acceperunt, ut non superflua dicam, qualis approbatio, eosdem in se ipsis in infinitum habitum rationabilia lapsus ex necessitate juste sustinebunt. A nullo enim per experimentum spernendi semel corroborantur, neque in æternum corroboratum iri ulla prohibens erit ratio. Ferri vero sic rationabilia, et nullam habere vel sperando basim immobilem in bono fixuræ, quid aliud fieret miserabilius ? Si vero posse quidem dixerint, nolle vero, nisi per factum contrarii experimentum, et sic non per se ipsum ut bonum, sed per contrarium, erit eis bonum ex necessitate amabile, quomodo non ex natura aut proprie, quod est amabile, est. Omne enim quod non per se ipsum bonum est et amabile, et omnem ad se non attrahens motum, non est proprie bonum. Ac per hoc neque attrahet juste delectantium se desi-

VARIÆ LECTIONES.

[73] εἴχομεν ed. Gal. [73] περικινηθέντα ed. Gal. [74] ἔξιν ed. Gal. [75] ἑαυτὸ τὸ ὡς καλὸν ed. Gal.

NOTÆ.

(*l*) Hæc non tam corrupta quam non bene intellecta a Scoto, adeoque male conversa ita refingas : *Ex quo differenter dispersa rationalia, ad procreandum hunc corporalem mundum, Deum videre conata sunt, ea de causa quod ipsa corporibus ligasset, in eorum quæ antea peccaverunt vindicationem.*

(*m*) Verte *cum verisimilitudine*. Legerat Scotus ἐποντος. (Gale.)

(*n*) *Permotata*, forte προκινηθέντα. Hic nihil vidit Erigena. Et pene omnia in hoc capite pervertit ; quibus tamen notandis, quoniam plura sunt, supersedeo. (Gale.)

(2) Idem ibid. cap. 7, p. 261, tom. I, Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

derium, sed et gratias restat confiteri eos malo qui talem sequuntur sapientiam, merito per ipsum, quod necesse est, discentes, in bono scilicet fixuram quoquomodo habere pœnitentes, et generationem ab eo necessario dixerint, siquidem sibimet generationem astruere noverunt, natura ipsa utiliorem, jure dum sit proficua secundum eorum doctrinam et omnium pretiosior possessio. Ex charitate dico generationem, per quam naturaliter inest, omnia ex Deo facta in Deum congregari perpetuo atque inconversibiliter.

Et iterum, eorum quæ ex Deo facta sunt, et intelligibilium et sensibilium, generatio ante motum intelligitur. Non enim potest ante generationem motus esse; eorum enim quæ facta sunt est motus, sive intelligibilium intelligibilis, sive sensibilium sensibilis: nullum enim eorum quæ facta sunt est omnino eadem ratione immobile, neque eorum anima carentium et sensibilium, sicut studiosioribus eorum quæ sunt contemplatoribus visum est; moveri enim omnia dixerunt aut per rectam lineam, aut per circulum, aut oblique. Omnis enim motus simplici et composito continetur modo. Si ergo intelligitur generatio ante motum eorum quorum est, inspicitur profecto eorum quorum est motus per generationem, utpote dum sit post eam secundum notitiam. Talem autem motum virtutem vocant naturalem ad suum finem festinantem, (*o*) qui sacram divinorum nobis mysteriorum scientiam sacre introduxerunt; aut passionem, id est motum ex altero venientem ad alterum cujus finis est impassibilitas, aut operationem activam, cujus finis est per seipsum perfectio. Nullum vero eorum quæ facta sunt suimet finis est, quoniam neque sui causa est; alioquin et ingenitum et carens principio et incommotabile esset, merito ad nullum quoquomodo habens moveri; transcenderet enim eorum quæ sunt naturam, utpote pro nullo esset; siquidem vera de ipso definitio, quamvis aliena, quæ dicit: Finis est pro quo omnia, ipse vero pro nullo. Neque per se perfectio, alioquin non efficeretur jure plenum; et similiter et a nullo esse haberet; per se enim perfectum, quemadmodum et incausale. Neque impassibilitas, alioqui et (*p*) manens et infinitum et incircumscriptum esset. Non enim pati naturaliter inest, quod universaliter impassibile est, quod neque amatur ab alio aut movetur ad aliud quid per amorem. Nullum igitur eorum quæ generata sunt motum stat, utpote primam et manentem causam, ex qua esse his quæ sunt inest, nondum comprehendens, aut intra novissimum factum est datum, aut ex primogenita unitate ra-

A οἱ τοῦτο περιέποντες τὸ φρόνημα, ὡς δι' αὐτῶν τὸ δέον διδαχθέντες καὶ τὴν ἐν τῷ καλῷ πῆξιν πῶς ἔχειν μεταμαθόντες καὶ γένεσιν αὐτὸ ἀναγκαίως εἰποιεν ἄν, εἴπερ ἑαυτοῖς στοιχεῖν διέγνωσαν, καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς χρησιμωτέραν, ὡς τοῦ συμφέροντος κατ' αὐτοὺς οὖσαν διδάκτικὴν, καὶ τοῦ πάντων τιμιωτέρου κτήματος, τῆς ἀγάπης λέγω, γεννητικὴν, καθ' ἣν πέφυκε πάντα τὰ ἐκ Θεοῦ γινόμενα εἰς Θεὸν συνάγεσθαι μονίμως τε καὶ ἀπαρατρέπτως.

Καὶ πάλιν, τῶν ἐκ Θεοῦ γενομένων νοητῶν τε (120 *a*) καὶ αἰσθητῶν ἡ γένεσις τῆς κινήσεως προεπινοεῖται. Οὐ γὰρ οἷόν τε πρὸ γενέσεως εἶναι κίνησιν. Τῶν γὰρ γενομένων ἡ κίνησις, ἥ τε νοητῶν, νοητὴ, ἥ τε αἰσθητῶν, αἰσθητή. Οὐδὲν γὰρ τῶν γεB νομένων ἐστι[76] τὸ παράπαν τῷ καθ' αὐτὸ[77] λόγῳ ἀκίνητον, οὐδ' αὐτῶν τῶν ἀψύχων καὶ αἰσθητῶν, ὡς τοῖς ἐπιμελεστέροις τῶν ὄντων θεάμοσιν ἔδοξε. Κινεῖσθαι γὰρ πάντα ἔφασαν, ἢ κατ' εὐθεῖαν, ἢ κατὰ κύκλον, ἢ ἑλικοειδῶς. Πᾶσα γὰρ κίνησις τῷ ἁπλῷ καὶ τῷ συνθέτῳ περιέχεται τρόπῳ. Εἰ τοίνυν προεπινοεῖται τῆς ὧν ἐστι κινήσεως ἡ γένεσις, ἐπιθεωρεῖται δὴ[78.79] τῆς ὧν ἐστι γενέσεως ἡ κίνησις, ὡς μετ' αὐτὴν κατεπίνοιαν οὖσα. Ταύτην δὲ τὴν κίνησιν δύναμιν καλοῦσιν φυσικὴν, πρὸς τὸ κατ' αὐτὴν τέλος ἐπειγομένην, ἢ πάθος, ἤτοι κίνησιν, ἐξ ἑτέρου πρὸς ἕτερον γινομένην, τέλος ἔχουσαν τὸ ἀπαθὲς, ἢ ἐνέργειαν δραστικὴν, τέλος ἔχουσαν τὸ αὐτοτελές. Οὐδὲν δὲ τῶν γενητῶν[80] ἑαυτοῦ τέλος ἐστὶν, ἐπειδὴ οὔτε αὐταίτιον, ἐπεὶ καὶ ἀγένητον καὶ ἄναρχον καὶ ἀκίC νητον, ὡς πρὸς μηδὲν πῶς ἔχον κινηθῆναι. Ἐκβαίνει γὰρ τῶν ὄντων τὴν φύσιν, ὡς οὐδενὸς ἕνεκεν ὄν, εἴπερ ἀληθὴς ὁ περὶ αὐτοῦ ὁρισμὸς, κἂν ἀλλότριος ᾖ ὁ λέγων. Τέλος ἐστὶν οὗ ἕνεκεν τὰ πάντα, αὐτὸ δὲ οὐδενὸς ἕνεκεν. Οὐδὲ αὐτοτελὲς, ἐπεὶ καὶ ἀνενέργητον, ὡς πλῆρες, καὶ ὡσαύτως καὶ μηδαμόθεν τὸ εἶναι ἔχον. Τὸ αὐτοτελὲς γάρ πως καὶ ἀναίτιον. Οὐδ' ἀπαθὲς, ἐπεὶ καὶ μόνον καὶ ἄπειρον καὶ ἀπερίγραφον. Οὐ γὰρ πάσχειν πέφυκε καθόλου τὸ ἀπαθὲς, τῷ μήτ' ἐρᾶν ἄλλου, ἢ κινεῖσθαι πρὸς (120 *b*) ἄρλο τι κατ' ἔφεσιν. Οὐδὲν ἄρα τῶν γενητῶν[80] κινούμενον ἔστη, ὡς τῆς πρώτης καὶ μόνης αἰτίας, ἐξ ἧς τὸ εἶναι τοῖς οὖσι περίεστι, μήπω τυχὸν, ἢ τοῦ ἐσχάτου ἐντὸς γενόμενον ὁρεκτοῦ, ἵν' ἐκ προγεγενημένης D ἑνάδος ὁ τῶν λογικῶν σκεδασμὸς ἑαυτῷ τὴν τῶν σωμάτων γένεσιν ἀκολούθως συνεισκομίσας νομισθῇ. Καὶ μαρτυροῦσι Μωϋσῆς καὶ Δαβὶδ καὶ Παῦλος οἱ ἅγιοι, καὶ ὁ τούτων Δεσπότης Χριστὸς, ὁ μὲν, *Μὴ γεύσασθαι τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς* τὸν προπάτορα ἱστορήσας, καὶ ἄλλοθι εἰπὼν, *Οὐ γὰρ ἤκατε ἕως τοῦ νῦν εἰς τὴν κατάπαυσιν καὶ εἰς τὴν κληρονομίαν, ἣν Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν δίδωσιν ὑμῖν.* Ὁ δὲ,

VARIÆ LECTIONES.

[76] ἐστὶ ed. Gal. [77] αὐτῷ ed. Gal. [78.79] Scripsi δὴ pro δὲ, quod est in cod. Gud. et in ed. Gal. [80] γενητῶν ed. Gal.

NOTÆ.

(*o*) *Qui sacram — — introduxerunt* desiderantur in Græcis tam ed. Gal. quam cod. Gud.

(*p*) Imo *unum solum*. Et mox *primam et solam*. Quæ sequuntur sunt obscuriora in Latinis quam in Græcis. (Gale.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bajulare [p], sublimiorem quidem ea quæ prægressa erat, sed ea quæ post se per divinum Spiritum circa ipsum futura esset humiliorem et ipsam disciplinam discipulis significans. Unde, ni fallor, adjecit illud : *Cum autem venerit ille veritatis Spiritus, deducet vos in omni veritate* [q]; vel eis quæ alibi ait : *Ecce ego vobiscum sum ero omnes dies usque ad cœvi consummationem* [r]. Non quod postea plane non futurus sit una cum eis, sed quod sublimior videlicet sit futurus quam quem eo usque humiliorem novissent, ut quem ad suam facultatem augendam essent agnituri. Idem enim per se semper exsistens, nullamque ex immutatione conversionem, nec in magis aut minus augmentum aut imminutionem admittens, omnibus omnia per bonitatis fit exsuperantiam, humilis humilibus, sublimis sublimibus, et eis qui se per se ipsum deificentur propric Deus, adeo ut præsentis ævi omnia providentiæ circa hominem formæ atque mysteria, quantacunque sunt, viæ præparatio et futurorum prævia descriptio sit. Comparatus igitur et ipse Domini perceptibilis interim sermo cum eo qui magis mysticus discipulis olim dabitur, et pristinus ejus rursus cum secundo adventus, sui ipsius præcursor est, obscure quidem in se ostendens ad audientium facultatem, non patefaciens, nunc quæ in occulto penes se tacite habet mysteria, propterea quod interim conditioni plane sint imperceptibilia. Quidquid enim, ut dixi, litteris subjacet et vocibus, id fieri non potest quin et suum ex semet intellectum, vel si spirituale quid sit, quatenus haudquaquam in litteras atque elocutionem cadit, tanquam ad manifestum et perspicuum dirigat verbum; ideoque quæcunque a Christo Deo discipulis in inenarrabilem intellectum et interpretationem dicta sunt Joannem fortasse divinus hic doctor appellavit, præcursorem gratiam ex eo quo ad recipiendum aptus erat pulchre atque sapienter nominans.

τε τὴν Παλαιὰν κατά τε τὴν Νέαν Διαθήκην ἐκφαίνων, δι' αἰνιγμάτων τε καὶ φωνῶν καὶ τύπων προτρέχων αὐτὸς ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τούτων πρὸς τὴν χωρὶς τούτων ἄγων ἀλήθειαν, τοῖς αὐτοῦ Κυρίου λόγοις τοῦτο τεκμαιρομένου, δι' ὧν ἔλεγεν, *Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι* · σημαίνων τὴν ὑψηλοτέραν μὲν τῆς προλαβούσης, χθαμαλωτέραν δὲ καὶ αὐτὴν τῆς μετ' αὐτὴν διὰ τοῦ θείου Πνεύματος περὶ αὐτοῦ μέλλουσαν ἔσεσθαι, πρὸς αὐτοὺς διδασκαλίαν. Ὅθεν εἰκότως ἐπήγαγεν · *Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ* · ἢ καὶ δι' ὧν ἑτέρωθί φησιν· *Ἰδοὺ, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος* · οὐχ ὡς μετὰ τοῦτο παντελῶς (**202** *a*) οὐκ ἐσομένου μετ' αὐτῶν, ἀλλ' ὡς ὑψηλοτέρου δηλονότι παρ' ὃν τέως ἠπίσταντο χθαμαλώτερον, ὡς πρὸς τὴν ἑαυτῶν δύναμιν γινώσκεσθαι μέλλοντος. Ὡσαύτως γὰρ ὑπάρχων ἀεὶ δι' ἑαυτὸν, καὶ μηδεμίαν παραδεχόμενος ἐξ ἀλλοιώσεως μεταβολὴν, οὔτε τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, πᾶσι πάντα γίνεται δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος, ταπεινὸς τοῖς ταπεινοῖς, ὑψηλὸς τοῖς ὑψηλοῖς, καὶ τοῖς δι' αὐτὸν θεουμένοις ὁ φύσει Θεὸς, ὡς εἶναι τὰ τοῦ παρόντος αἰῶνος πάντα τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον προνοίας εἴδη τε καὶ μυστήρια, κἂν μεγάλα ᾖ, προδοποιησίν τινα καὶ προδιατύπωσιν τῶν μελλόντων. Συγκρινόμενος οὖν καὶ αὐτὸς ὁ τέως τοῦ Κυρίου χωρητὸς λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα τοῖς μαθηταῖς μυστικώτερον ἐπιχορηγεῖσθαι, ἥ τε προτέρα πάλιν αὐτοῦ παρουσία τῇ δευτέρᾳ, πρόδρομός ἐστιν ἑαυτοῦ, παραδείξας μὲν ἀμυδρῶς ἐν ἑαυτῷ πρὸς τὴν τῶν ὑποδεχομένων δύναμιν, οὐ φανερώσας δὲ νῦν ἅπερ ἔχει σεσιγημένως παρ' ἑαυτῷ ἐν ἀποκρύφῳ μυστήρια, διὰ τὸ τῇ κτίσει τέως εἶναι παντελῶς ἀχώρητα. Πᾶν γὰρ ὃ γράμμασιν ὑποπίπτει, καθὼς εἴρηται, καὶ φωναῖς πάντως ὅτι καὶ τὸν νοούμενον ἐξ αὐτοῦ, κἂν πνευματικὸν ᾖ, ὅσον πρὸς τὸ μηδόλως γράμμασι καὶ φωναῖς ὑποπίπτειν, ἀνάγκη τὸν ἐκφωνήσει προσπίπτον, φωνῆς λόγον ὡς πρὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ τοῖς μαθηταῖς λαληθέντα πρὸς τὸν ἀλάλητον νοῦν ἤτοι νόησιν Ἰωάννην ἴσως ὁ θεσπέσιος οὗτος διδάσκαλος προηγόρευσε, τὴν πρόδρομον χάριν ἐκ τοῦ δεκτικοῦ καλῶς τε καὶ σοφῶς ὀνομάσας.

Ex eodem sermone, in illud : « Disputatio vero ea quæ de Deo suscipitur, quo perfectior, eo quoque difficilior est, pluribusque objectationibus patet, in iisque diluendis ac dissolvendis plus negotii facessit. »

Si quæ facta sunt multa sunt, differunt quoque omnino quæ facta sunt, siquidem multa sunt. Fieri enim non potest quin quæ multa, eadem non et diversa sint. Atque si diversa sunt multa, diversæ sunt etiam intelligendæ rationes quibus secundum essentiam exsistunt, quibus et propter quas magis differunt quæ differunt; non enim inter sese different quæ differunt, nisi rationes

(**202** *b*) *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Ὃ δὲ περὶ Θεοῦ λόγος, ὅσῳ τελειώτερος, τοσούτῳ δυσεφικτότερος, καὶ πλείους τὰς ἀντιλήψεις ἔχων, καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας. »*

Εἰ πολλὰ τὰ γεγονότα ἐστὶ, καὶ διάφορα πάντως τὰ γεγονότα ἐστὶν, εἴπερ πολλά. Οὐ γὰρ δυνατὸν τὰ πολλὰ μὴ καὶ διάφορα εἶναι. Καὶ εἰ διάφορά ἐστι τὰ πολλὰ, διαφόρους καὶ τοὺς οἷς κατ' οὐσίαν ὑπάρχουσι λόγους νοητέον, οἷς μᾶλλον καὶ δι' οὓς διαφέρουσι τὰ διαφέροντα · οὐ γὰρ ἂν διέφερον ἀλλήλων τὰ διαφέροντα, μὴ τῶν λόγων οἷς γεγόνασιν ἐχόντων διαφοράν. Εἰ τοίνυν ὥσπερ αἱ αἰσθήσεις φυσικῶς

[p] Joan. XVI, 12. [q] Ibid. 13. [r] Matth. XXVIII, 20.

(9) Idem *ibid.* cap. 21, p. 511, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὀντιλαμβανόμεναι τῶν αἰσθητῶν ἐξ ἀνάγκης κατὰ παραδοχὴν πολλὰς ποιοῦνται καὶ διαφόρους τῶν ὑποκειμένων καὶ ὑποπιπτόντων αὐταῖς τὰς ἀντιλήψεις, οὕτω καὶ ὁ νοῦς πάντων φυσικῶς ἀντιλαμβανόμενος τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων, οἷς ἀπείροις ἐνθεωρῶν ἐνεργείας Θεοῦ πολλὰς ποιεῖται καὶ ἀπείρους, εἰπεῖν ἀληθὲς, τῶν ἂν ἀντιλαμβάνεται θείων ἐνεργειῶν διαφορὰς, ἄτονον εἰκότως ἕξει τὴν δύναμιν καὶ τὴν μέθοδον ἄπορον τῆς ἐπιστημονικῆς ἐρεύνης τοῦ ὄντως ὄντος ἀληθοῦς, οὐκ ἔχων νοῆσαι πῶς ἐν ἑκάστῳ τῶν καθ' ἑαυτὸ ἑκάστων [22] λόγῳ καὶ ἐν πᾶσιν ὁμοῦ καθ' οὓς ὑπάρχουσι τὰ πάντα λόγοις ὁ μηδὲν ὢν τῶν ὄντων ἀληθῶς καὶ πάντα κυρίως ὢν καὶ ὑπὲρ πάντα Θεός. Εἰ γοῦν πᾶσα θεία κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ἐνέργεια τὸν Θεὸν ἀμερῶς ὅλον δι' ἑαυτῆς ἐν ἑκάστῳ καθ' ὅνπερ τινὰ λόγον ἐστὶν ἰδικῶς ὑποσημαίνει, τίς ἀκριβῶς ἐστιν ὁ νοῆσαί τε καὶ εἰπεῖν δυνάμενος, πῶς ἐν πᾶσί τε κοινῶς ὅλος καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἰδιαζόντως, ἀμερῶς τε καὶ ἀμερίστως ἐστὶν ὁ Θεὸς, μήτε ποικίλως συνδιαστελλόμενος ταῖς τῶν ὄντων οἷς ἔνεστιν ὡς ὢν (**203** *a*) ἀπείροις διαφοραῖς, μήτε οὖν συστελλόμενος κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἰδιάζουσαν ὕπαρξιν, μήτε συστέλλων κατὰ τὴν μίαν πάντων ἑνικὴν ὁλότητα τὰς τῶν ὄντων διαφορὰς, ἀλλὰ πάντα ἐν πᾶσίν ἐστιν ἀληθῶς, ὁ μηδέποτε τῆς οἰκείας ἀμεροῦς ἁπλότητος ἐξιστάμενος; Καλῶς οὖν ὁ διδάσκαλος ἔφη τὰς ἀντιλήψεις τοῦ περὶ θεότητος λόγου πολλὰς εἶναι, ἐξ ὧν ὅτι ἐστὶ μόνον Θεὸς διδασκόμεθα, καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας, ἐξ ὧν πάλιν τί οὐκ ἔστι μανθάνομεν· πρὸς τὸ παῦσαι περιεργίας ἀνωφελοῦς καὶ βλαβερᾶς τοὺς ληπτὸν οἰομένους τὸ Θεῖον τοῖς διακένοις ἀναπλασμοῖς τῆς αὐτῶν διανοίας, ᾗ οὐδὲ τὸ ἔσχατον τῶν ἐν τοῖς οὖσι καθ' ὅν ἐστι καὶ ὑπάρχει λόγον ἀληθῶς ἐστι ληπτόν.

A quibus facta sunt differentiam habeant. Si igitur ut sensus naturaliter sensibilia percipientes necessario multas pro receptione faciunt et diversas eorum quæ subjacent sensibus et succidunt perceptiones, sic etiam mens, cum omnes naturaliter in rebus rationes percipiat, in quibus infinitis Dei actiones intuendo multas efficit et infinitas, ut verum dicam, divinarum a se perceptarum actionum virtutumque differentias, infirma utetur nimirum facultate irritamque habebit veræ veritatis indagandæ artis suæ viam atque rationem, cum intelligere haud queat quomodo in unaquaque singulorum quorumque ratione, et in cunctis simul quibus cuncta exsistunt rationibus, is qui revera inter ea quæ sunt non censetur, et omnia proprie B sit, et supra omnia Deus. Certe si omnis divina, ut verum est, actio et virtus Deum individue totum per semetipsam in unaquaque re, quaqua ratione inest proprie significat, quis accurate et intelligere et enarrare poterit, quomodo in cuncta communiter totus et in unoquoque eorum quæ sunt privatim partium expers et individuus exsistat Deus, neque varie ac multipliciter diductus una cum rerum quibus, ut exsistens, inest infinitis differentiis, neque contractus secundum singuli cujusque peculiarem exsistentiam, neque contrahens secundum unam cunctorum et singularem totitatem eorum quæ sunt differentias, sed omnia in omnibus revera exsistat is qui nunquam peculiari sua et individua simplicitate excidat? Bene igitur magister deitatis rationis multas esse perceptiones C dixit, de quibus solum quod Deus sit doceamur, solutionesque operosiores et difficiliores, de quibus rursus quid non sit discamus; quo ab inutili atque nociva curiositate revocaret eos qui divinum vanis ingeniorum suorum figmentis comprehendere posse sibi videntur, quibus ne ultimum quidem eorum quæ sunt qua sit ratione et exsistat vere comprehendi potest.

Ἐκ τοῦ περὶ Υἱοῦ πρώτου λόγου, εἰς τὸ, « Διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη (10). »

Πᾶν κατὰ φύσιν κινούμενον δι' αἰτίαν πάντως κινεῖται, καὶ πᾶν τὸ δι' αἰτίαν κινουμένον δι' αἰτίαν πάντως καὶ ἔστι, πᾶν δὲ τὸ δι' αἰτίαν ὂν καὶ δι' αἰτίαν κινούμενον ἀρχὴν μὲν εἶχε πάντως τοῦ εἶναι τὴν δι' ἣν ἔστι καὶ ἐξ ἧς πρὸς τὸ εἶναι ἦχθη αἰτίαν, τέλος δὲ τοῦ κινεῖσθαι τὴν αὐτὴν δι' ἣν κινεῖται καὶ πρὸς ἣν ἐπείγεται αἰτίαν. Πᾶν δὲ τὸ δι' αἰτίαν καὶ ὂν καὶ κινούμενον καὶ γενητὸν πάντως. Εἰ δὲ τοῦ κινουμένου τέλος ἐστὶν ἡ δι' ἣν κινεῖται αἰτία, ἡ αὐτὴ πάντως ἐστὶ τῇ δι' ἣν γεγένηται καὶ ἔστιν αἰτίᾳ. Μία οὖν ἄρα πάντως τοῦ ὀπισθοῦν ὄντος καὶ κινουμένου κατὰ φύσιν ὡς ἀρχὴ καὶ τέλος αἰτία δι' ἣν καὶ ἔστι καὶ κινεῖται πᾶν τὸ ὂν καὶ κινούμενον. Ἀραστήριος γὰρ ὑπάρχουσα δύναμις καὶ ποιεῖ τὰ

Ex primo de Filio sermone, in illud : « Quocirca unitas principio in binarium mota in Trinitate constitit. »

Quodcunque secundum naturam movetur, necesse est ut de causa moveatur, et quodcunque de causa movetur, necesse est ut de causa etiam exsistat; quodcunque vero de causa exsistit atque de causa movetur, initium quoque exsistentiæ ut habeat necesse est eam per quam exsistit et ex qua ad exsistentiam ducta est causam, finem vero motionis eamdem qua movetur, et ad quam properat causam. Quodcunque autem per causam et est et movetur factum ut sit item necesse est. Quod si ejus quod movetur finis est causa per quam movetur, necesse est eadem sit causa per quam factum est et exsistit. Ergo una omnino est ejus quod utcunque exsistit et movetur

VARIÆ LECTIONES.

[22] ἑκάστου cod. Gud.

(10) Greg. Naz. *Or. Theol.* III. *de Filio*, cap. 2, p. 524, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

secundum naturam ut initium et finis causa per quam et est et movetur quodcunque est et movetur. Strenua enim et efficax cum vis sit, Deo convenienter tam efficit ea quæ fiunt, ut initium, et producit, quam trahit providenter ea quæ moventur, ut finis, atque terminat. Jam si quodcunque movetur et factum est per causam exsistit et movetur et factum est, sequitur ut nec effectum sit quodcunque exsistentiæ causam habet nullam, nec mobile sit. Non enim movetur omnino quod exsistentiæ causa caret. Si autem quod causa caret idem caret motione, sequitur ut divinum sit immobile, quod exsistentiæ suæ causam non habet rerumque quæ sunt omnium causa est. Quomodo igitur, fortasse aliquis interrogabit, admirabilis hic doctor tanquam mobile introducit Deum in propositis? Cui respondebimus quod noverat procul dubio: Ratio cujusque artis conservans, immobilis omnino ad se manens, ut exemplo utar, cum per singulas formas eorum quæ ad eamdem artem pertinent formatur, moveri dicitur potius, quod secundum se movet id quod arte efficitur, quam quod movendo appareat, vel, ut lux quæ ad videndum movet visum dicitur moveri, cum movens omnis visus proprie causa sit magis quam quod movetur, ita et divinum plane immobile exsistens pro essentia sua atque natura, utpote infinitum et non affectum et interminatum, tanquam aliquis conscia ratio rerum quæ sunt essentias inhabitans moveri dicitur, providenter eorum quæ sunt secundum suam unumquodque qua movetur rationem movendo, et, ut causa, quæcunque de iis quorum est causa prædicantur, sine affectu recipiendo. Quod commendandum suscipiet qui in his quærendis studium posuit divinus et magnus vates sanctus Dionysius Areopagita, ubi ait: « Quid tandem theologi significare volunt, cum divinum Numen, nunc amorem, nunc charitatem, nunc amabile et charum vocant? » Quæstionem absolvit his verbis: « Quod hic movetur, illic movet; » atque ut luculentius dicam: Nunc amor divinum est atque charitas et movetur, nunc amabile est et charum, et movet ad se quæcunque amorem atque charitatem capiunt; et ut rursus apertius dicam: Movetur dum affectum amoris et charitatis inserit eis quæ horum capacia sunt, movet contra dum natura attrahit eorum quæ ad se moveantur appetitum; et rursus: Movet et movetur quasi sitiens sitiri, et amans amari, et diligens diligi. Qua sententia etiam divinus Gregorius dixit: « Unitas principio in binarium mota in Trinitate constitit. » Movetur enim in mente ipsius capace, sive angelica, sive humana, per ipsam et in ipsa de ipsa inquirente, et, ut manifestius dicam, instruit eam indivise in primo impetu de unitatis ratione, ne separatio primæ causæ inferatur: impellit vero eam ad recipiendam etiam divinam atque inenarrabilem fecunditatem, my-

A γινόμενα θεοπρεπῶς ὡς ἀρχὴ καὶ προβάλλεται, καὶ ἔλκει τὰ κινούμενα προνοητικῶς ὡς τέλος καὶ ὁρίζει (203 *b*). Εἰ δὲ πᾶν κινούμενον καὶ γενητὸν δι' αἰτίαν ἔστι τε καὶ κινεῖται καὶ γεγένηται, πᾶν δ μὴ δι' αἰτίαν ἐστὶν οὐδὲ ποιητόν ἐστιν, οὐδὲ κινητὸν δηλονότι. Οὐ γὰρ κινεῖται τὸ παντάπασι μὴ ἔχον τοῦ εἶναι αἰτίαν. Εἰ δὲ τὸ ἀναίτιον πάντως καὶ ἀκίνητον, ἀκίνητον ἄρα τὸ Θεῖον, ὡς τοῦ εἶναι μηδεμίαν ἔχον αἰτίαν, καὶ πάντων τῶν ὄντων ὑπάρχον αἰτία. Πῶς οὖν, ἴσως ἐρεῖ τις, ὁ θαυμαστὸς οὗτος διδάσκαλος κινούμενον εἰσάγει τὸ Θεῖον ἐν τοῖς προτεθεῖσι; Πρὸς ὃν ἐροῦμεν ὅτι παντὸς μᾶλλον ἴδιόν, τό· Ἑκάστης τέχνης συνεκτικὸς λόγος, ἀκίνητος μένων παντάπασιν ἐφ' ἑαυτὸν, ἵνα παραδείγματι χρήσωμαι, καθ' ἕκαστον εἶδος τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν B τέχνην μορφούμενος, κινεῖσθαι λέγεται τῷ κινεῖν μᾶλλον καθ' ἑαυτὸν τὸ τεχνούμενον ἢ τῷ κινεῖσθαι προφαινόμενος· ἢ, ὡς φῶς πρὸς τὸ ὁρᾶν τὴν ὄψιν κινῶν λέγεται κινεῖσθαι, κινητικὸν ὑπάρχον πάσης ὄψεως κυρίως ἢπερ κινητὸν, οὕτω καὶ τὸ Θεῖον ἀκίνητον πάντη κατ' οὐσίαν καὶ φύσιν ὑπάρχον, ὡς ἄπειρον καὶ ἄσχετον καὶ ἀόριστον, οἱονεί τις ἐπιστημονικὸς λόγος ἐνυπάρχων ταῖς τῶν ὄντων οὐσίαις λέγεται κινεῖσθαι, τῷ κινεῖν προνοητικῶς ἕκαστον τῶν ὄντων καθ' ὃν κινεῖσθαι πέφυκε λόγον, καὶ ὡς αἴτιον πάντα τὰ κατηγορούμενα κατὰ τῶν ὧν ἐστιν αἴτιον ἀπαθῶς ἀναδεχόμενον. Ἀνελεῖται τοῦτο ζητήσας ὁ θεοφάντωρ καὶ μέγας Ἀρεοπαγίτης ἅγιος Διονύσιος ἐν οἷς φησι· « Τί δήποτε τὸ Θεῖον οἱ θεολόγοι ποτὲ μὲν ἔρωτα, ποτὲ δὲ ἀγάπην, ποτὲ δὲ C ἐραστὸν καὶ ἀγαπητὸν ἀποκαλοῦσι; » Συμπεραίνει τὸν λόγον οὕτως φάσκων· « Ὅτιπερ τῷ μὲν κινεῖται, τῷ δὲ κινεῖ· » καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, Ὡς μὲν ἔρως ὑπάρχον (204 *a*) τὸ Θεῖον καὶ ἀγάπη κινεῖται, ὡς δὲ ἐραστὸν καὶ ἀγαπητὸν κινεῖ πρὸς ἑαυτὸ πάντα τὰ ἔρωτος καὶ ἀγάπης δεκτικά· καὶ τρανότερον αὖθις φάναι· Κινεῖται μὲν ὡς σχέσιν ἐμποιοῦν ἐνδιάθετον ἔρωτος καὶ ἀγάπης τοῖς τούτων δεκτικοῖς, κινεῖ δὲ ὡς ἑλκτικὸν φύσει τῆς τῶν ἐπ' αὐτῷ κινουμένων ἐφέσεως· καὶ πάλιν· Κινεῖ καὶ κινεῖται, ὡς διψῶν τὸ διψᾶσθαι, καὶ ἐρῶν τὸ ἐρᾶσθαι, καὶ ἀγαπῶν τὸ ἀγαπᾶσθαι. Κατὰ τοῦτον τρόπον καὶ ὁ θεόφρων Γρηγόριός φησι· « Μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι Τριάδος ἔστη. » Κινεῖται γὰρ ἐν τῷ ταύτης D δεκτικῷ νῷ, εἴτε ἀγγελικῷ, εἴτε ἀνθρωπίνῳ, δ' αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ τὰς περὶ αὐτῆς ἐξετάσεις ποιουμένῳ, καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, διδάσκει αὐτὸν ἀμερίστως ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ τὸν περὶ μονάδος λόγον, ἵνα μὴ διαίρεσις τῷ πρώτῳ αἰτίῳ ἐπεισαχθῇ, προδιδάζει δὲ αὐτὸν καὶ τὴν θείαν καὶ ἀπόρρητον τούτου γονιμότητα δέξασθαι, λέγουσα μυστικῶς τε καὶ κρυφίως αὐτῷ μὴ δεῖν ἄγονον εἶναι πώποτε φρονεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν λόγου καὶ σοφίας, ἢ ἁγιαστικῆς δυνάμεως, ὁμουσίων τε καὶ ἐνυποστάτων, ἵνα μὴ σύνθετον ἐκ τούτων ὑποληφθῇ τὸ Θεῖον ὡς συμβεβηκότων, καὶ οὐχὶ ταῦτα ὑπάρχον ἀεὶ πιστευθῇ. Κινεῖσθαι οὖν ἡ θεότης λέγεται ὡς αἰτία τῆς καθ' ὃν ὑπάρχει τρόπον ἐξετάσεως. Ἄνευ γὰρ ἐλλάμψεως

(11) Dionys. Areopag. *De divinis nominibus*, cap. 4, p. 365, tom. I Opp. ed. Ven.

ἐπιβάλλειν θεότητι τῶν ἀμηχάνων ἐστί. Λέγεται δὲ κινεῖσθαι πάλιν καὶ διὰ τὴν κατὰ μέρος φανέρωσιν τοῦ περὶ αὐτῆς τελεωτέρου λόγου κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφήν, ἀπὸ τοῦ Πατέρα ὁμολογεῖν ἀρχομένου, καὶ εἰς τὸ Υἱὸν συνομολογεῖν Πατρὶ προβαίνοντος, καὶ Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπαραδέχεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ συμπροσκυνεῖν (**204** *b*) τοὺς διδασκομένους ἐνάγοντος Τριάδα τελείαν μονάδι τελείᾳ, ἤγουν μίαν οὐσίαν καὶ θεότητα καὶ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν.

A stice et occulte ei persuadens infecundum censendum nunquam esse hoc bonum sermonis et sapientiæ, sive potestatis sanctificatoriæ, coessentialium et subsistentium habentium, ne ex his tanquam congressis compositum esse divinum Numen putetur, et non semper hæc esse credatur. Moveri igitur Deus dicitur ut causa quæstionis de modo quo ipse exsistat. Etenim sine illuminatione aggredi deitatem nunquam poteris. Rursus autem moveri dicitur etiam propter vicissitudinem manifestationis perfectioris circa ipsum rationis per sacram Scripturam, quæ initium facit Patrem profitendo, et procedit in profitendum una cum Patre Filium, et ad recipiendum una cum Patre Filio Spiritum sanctum, et ad Trinitatem perfectam perfecta unitate, hoc est unam essentiam et deitatem et potestatem et actionem in tribus substantiis conjunctim et una venerandas instruit atque deducit.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ἄλλ' ἕτερον, εἶμαι, θέλων καὶ θέλησις, γεννῶν καὶ γέννησις, λέγων καὶ λόγος, εἰ μὴ μεθύομεν· τὰ μὲν ὁ κινούμενος, τὰ δὲ οἷον ἡ κίνησις. Οὔκουν θελήσεως τὸ θεληθέν, οὐδὲ τὸ γεννηθὲν γεννήσεως (οὐδὲ γὰρ ἕπεται πάντως), οὐ δὲ τὸ ἀκουσθὲν ἐκφωνήσεως, ἀλλὰ τοῦ θέλοντος καὶ τοῦ γεννῶντος καὶ τοῦ λέγοντος. Τὰ τοῦ Θεοῦ δὲ καὶ ὑπὲρ πάντα ταῦτα, ᾧ γέννησίς ἐστιν ἴσως ἡ τοῦ γεννᾶν θέλησις (12). »

B *Ex eodem sermone, in illud: « Verum aliud, ni fallor, est volens, aliud voluntas, aliud gignens, aliud generatio, aliud qui loquitur, aliud sermo, nisi forte temulenti simus: horum enim alterum est in qui movet, alterum velut motus ipse. Non ergo voluntatis est volitum, nec generationis quod genitum est (neque enim hoc prorsus sequitur), nec locutionis quod auditum est, sed volentis et gignentis et loquentis. At quæ in Deo considerantur, supra hæc quoque omnia sunt, utpote cui generatio fortasse sit ipsa gignendi voluntas. »*

Πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς πάντα κινοῦντας τρόπον, πρὸς τὸ εὐεπίβατον αὐτοῖς εἶναι τὴν κατὰ τοῦ Μονογενοῦς βλασφημίαν, καὶ λέγοντας θελήσεως, ἀλλ' οὐ Πατρὸς Υἱὸν εἶναι τὸν μονογενῆ Υἱόν, ταῦτά φησιν ὁ σοφὸς διδάσκαλος, εὐδιάλυτον οὖσαν δεικνὺς πᾶσαν αὐτῶν ἐντεῦθεν τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανήν. Εἰ γὰρ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, ἃς ἴσως φαίη τις εἶναι συμπληρωτικὰς τῆς οὐσίας αὐτῆς, δύνασθαι μὲν ταύτας ἐνεργεῖν λέγομεν ἐν ᾗ σύνεισιν οὐσίᾳ, μὴ μέντοι καὶ κινεῖσθαι πάντως κατ' ἐνέργειαν ἀποτελεσματικὴν χωρὶς τῆς τοῦ θέλοντος ἐπινεύσεως δύνασθαι. Εἰ δὲ καὶ δοθείη καθ' ὑπόθεσιν τὸ ἴδιον ἐθέλειν αὐτὰς ἐνεργεῖν ἐκ τῆς φυσικῆς κινήσεως, χωρὶς τῆς τοῦ ταύτας, ἵν' οὕτως εἴπω, κεκτημένου ῥοπῆς μηδὲν ἰσχύειν αὐτὰς καθάπαξ ἀποτελεσματικῶς ἐνεργεῖν τῆς ἰδίας ὁρμῆς. Οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ πάντως τῇ δυνάμει τὸ ἔργον, μὴ ἐχούσῃ τὴν τοῦ οὗ ἕνεκα δύναμις ῥοπὴν, συνεισφέρουσαν αὐτῇ τὸ κατ' ἐνέργειαν ἐν πράγματι τέλος, καθ' ἑαυτὴν οὖσῃ ἀνυποστάτῳ (**205** *a*). Μάτην τὴν θέλησιν προεβάλοντο, μὴ οὖσάν τινος ἀποτελεστικὴν, χωρὶς τοῦ αὐτὴν ἔχοντός τε καὶ θέλοντος. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ φησιν ὁ διδάσκαλος. Οὐδὲ γὰρ ἕπεται πάντως δηλονότι τῇ θελήσει τὸ θεληθὲν, καὶ ταῖς λοιπαῖς ὡσαύτως τὰ λοιπὰ, χωρὶς τῆς τοῦ ταύταις ὑποκειμένου ἐν ᾧ καὶ εἰσὶ συνεισφορᾶς. Εἰ τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς παραδειγμάτων τεκμαίρεσθε τὰ θεῖα, ὦ οὗτοι, δέξασθε ταῖς ὑμῶν γοῦν αὐτῶν στοιχοῦντες ὑποθέσεσι τῶν ἅμα πάντως εἶναι τὰ κατὰ τὴν μέσην σχέσιν ἀλλήλοις συνόντα, λέγω δὴ τὸν θέλοντα καὶ τὸ θεληθὲν, τὸν γεννῶντα καὶ τὸ γεννηθὲν, κατὰ τὴν σχέσιν,

C

D

Ad Arianos omnia perturbantes, quo Unigenitum blasphemandi opportunitatem sibi facerent, atque Filium voluntatis, non autem Patris esse unigenitum Filium statuentes, hæc sapiens doctor dicit, facile esse demonstrans inde ad dissolvendum omne artificium contra veritatem structum. Nam si animæ facultates, quas aliquis dixerit essentiæ hujus completorias esse, has quidem in qua simul insunt essentia agere statuamus, haud tamen item moveri per actionem effectum præstantem nisi per volentis nutum posse. Si autem etiam daretur sub conditione privatum et proprium velle eas agere ex naturali motu, tamen præter ejus qui eas possidet, ut ita dicam, libramento nihil eas ita ut perfectam administrent efficaciam proprii impetus posse. Neque enim omnino facultatem sequitur opus, quæ ejus cujus est facultas libramento caret, quod activam in facto consummationem ei afferat, dum ipsa per se est sine substantia. Frustra voluntatem proposuerunt, quæ nihil perficit præter eum qui ipsam habet et vult. Atque hoc est quod dicit magister. Nequaquam enim, ut apparet, voluntatem sequitur volitum, nec magis reliquas reliqua, sine ejus quod his subjacet, in quo et insunt, collatione. Quod si de humanis nostris, o isti, exemplis divina æstimatis, vestris saltem ipsis conditionibus innisi necesse esse concedite ut quæ secundum medium affectum sive relationem sese comitantur simul sint, volentem, inquam, et volitum, generantem et generatum, quæ secundum affectum sive relationem

(12) Idem *ibid.* cap. 6, p. 527, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

id est voluntatem et generationem, se invicem comitantur. Quemadmodum enim extra videntem et visum non est visus, neque cogitatio extra cogitantem et cogitatum, ita nec extra generantem et generatum generatio, nec extra volentem et volitum voluntas, quia, ut demonstratum est, nec volitum sequitur voluntatem sine ejus qui vult collatione. Quod si simul sunt hæc secundum affectum, immobilis enim amborum affectus, — contemporabat ergo generanti Patri, Patri qui semper erat, per generationem etiam secundum vos generatus Filius, cum inter semetipsum et Patrem generantem nullo modo admittat intervallum temporis, neque est amplius voluntatis Filius Filius, sed Patris generantis. Atque hæc, inquit, ex humanis nostris dicta sint exemplis ; at quæ in Deo considerantur, supra hæc quoque omnia sunt, cui generatio fortasse est gignendi voluntas. In dubium vero id adduxit per « fortasse » adverbium, propterea quod Filii ex Patre generatio etiam voluntatem superat. Neque enim separatur voluntate a Patre Filius, neque ullo modo Patris voluntas cogitantibus nobis anticipat Filium, quia nec Pater antecedebat Filium, non magis quam intellectus ante sermonem ex ipso, aut lux ante splendorem. Nam simul habentes exsistentiam unam Pater et qui ex eo sine initio generatus est Filius, et voluntatem habent simplicem atque individuam, ut etiam essentiam unam et naturam.

A φημὶ δὲ τὴν θέλησιν καὶ τὴν γέννησιν, ἀλλήλοις συνόντα. Ὡς γὰρ τοῦ ὁρῶντος καὶ τοῦ ὁρωμένου χωρὶς οὐκ ἔστιν ὅρασις, οὔτε τοῦ νοοῦντος καὶ τοῦ νοουμένου νόησις, οὕτως οὐδὲ τοῦ γεννῶντος καὶ τοῦ γεννωμένου γέννησις, οὐδὲ τοῦ θέλοντος καὶ τοῦ θελομένου θέλησις, ὅτι μηδὲ ἔπεται θελήσει τὸ θεληθὲν, ὡς ἐδείχθη, χωρὶς τῆς τοῦ θέλοντος συνεισφορᾶς. Εἰ δὲ τῶν ἅμα ταῦτά ἐστι κατὰ τὴν σχέσιν, ἀκίνητος γὰρ ἡ ἐπ' ἀμφοῖν σχέσις, ἅμα ἦν ἄρα τῷ γεννῶντι Πατρὶ, ἀεὶ ὄντι Πατρὶ, διὰ γεννήσεως, καὶ καθ' ὑμᾶς ὁ γεννώμενος Υἱὸς, μὴ παραδεχόμενος καθ' οἱονδήποτε τρόπον μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τοῦ γεννῶντος Πατρὸς παρενθήκην χρόνου, καὶ οὐκ ἔτι θελήσεώς ἐστιν Υἱὸς ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ τοῦ γεννῶντος Πατρός. Καὶ ταῦτα, φησὶν, ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς παρα-
B δειγμάτων εἰρήσθω, τὰ δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπὲρ πάντα ταῦτα, ᾧ γέννησις ἴσως ἐστὶν ἡ τοῦ γεννᾷν θέλησις. Ἀμφέβαλε δὲ τοῦτο διὰ τοῦ « Ἴσως » ἐπιῤῥήματος διὰ τὸ καὶ ὑπὲρ θέλησιν εἶναι τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ γέννησιν. Οὐ γὰρ μεσάζεται θελήσει ἐκ τοῦ (**205** *b*) Πατρὸς ὁ Υἱὸς, οὐδὲ προεπινοεῖται τοῦ Υἱοῦ καθ' ὁτιοῦν ἡ τοῦ Πατρὸς θέλησις, ὅτι μηδὲ προῦπῆν ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, ὥσπερ οὐδὲ νοῦς λόγου τοῦ ἐξ αὐτοῦ, οὔτε φῶς τοῦ ἀπαυγάσματος. Ἅμα γὰρ τὸ εἶναι ἔχοντες καὶ θέλησιν μίαν ἔχουσιν ὅ τε Πατὴρ καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως γεννηθεὶς Υἱὸς, ἁπλῆν τε καὶ ἀδιαίρετον, ὥσπερ οὖν καὶ οὐσίαν μίαν καὶ φύσιν.

Ex eodem sermone, in illud : « *Alioqui quid prohibet quominus ipse quoque allata hac propositione : Pater major natura est, ac deinde assumpta altera, Natura autem non omnino major, nec Pater, ita postremo concludam : Majus igitur omnino non majus, vel, Pater omnino non Pater ?* »

Cum de causa majorem Filio Patrem, quia ex Patre sit Filius, at non ex Filio Pater exsistat, doctor sapienter definiret, Ariani quod de natura causa sit propositione assumpta ei maligne quod de natura majus sit collegerunt. Atque primum strenue quod isti privata ratiocinatione collegerunt diluit dicens : « Haud scio se ipsosne potius an eos ad quos dirigunt sermonem captiosa hac argumentatione circumveniant. » Neque enim simpliciter quæcunque de aliquo dicuntur, etiam de isto dicentur quod ipsi subjacet ; sed patet de quo, et quænam dicantur. Nimirum quæcunque de causa tanquam causa, inquit, dicuntur, ea etiam de eo quod de natura est dicentur. Neque enim rationis est ea quæ ut exemplo hoc utar, de sapiente vel rege ut sapiente vel ut rege dicuntur etiam de eo quod his subjacet dicere, ut hominibus, et præter legem essentiæ definitione eorum quæ subjacent una comprehendere quæ de sapientia ut sapientia, quæque de regno ut regno dicuntur, id est quæ nihil omnino communicant cum ratione essentiæ,

C *Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό·* « *Ἐπεὶ τί κωλύει κἀμὲ ταύτην πρότασιν ποιησάμενον τὴν ὅτι, Ὁ Πατὴρ μείζων τῇ φύσει, ἔπειτα προσλαβόντα τὸ, Φύσει δὲ οὐ πάντως μεῖζον, οὐδὲ Πατὴρ, συναγαγεῖν, Τὸ μεῖζον οὐ πάντως μεῖζον, ἢ, Ὁ Πατὴρ οὐ πάντως Πατήρ;* »

Ἐπειδήπερ μείζονα τῷ αἰτίῳ τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα σοφῶς ὁ διδάσκαλος, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὄντος τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πατρὸς ὑπάρχοντος, διωρίζετο, προσλαβόντες οἱ Ἀρειανοὶ τὴν τὸ αἴτιον φύσει πρότασιν συνῆγον αὐτῷ κακούργως τὸ φύσει μεῖζον. Πρῶτον μὲν ἐπιλύεται γενναίως τὸ παραλελογισμένως ὑπ' αὐτῶν συναχθὲν εἰπών· « Οὐκ οἶδα πότερον ἑαυτοὺς παραλογίζονται, ἢ τοὺς πρὸς οὓς ὁ
D λόγος. » Οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅσα κατά τινος λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ ἀποκειμένου τούτῳ ῥηθήσεται· ἀλλὰ δῆλον κατὰ τίνος καὶ τίνα τοῦτ' ἐστίν. Οὐ γὰρ ὅσα κατὰ τοῦ αἰτίου ὡς αἰτίου, φησὶ, λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ φύσει ῥηθήσεται. Οὐκ ἔστι γὰρ λόγου τὰ κατά τινος φέρε εἰπεῖν σοφοῦ ἢ βασιλέως ὡς σοφοῦ ἢ ὡς βασιλέως λεγόμενα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου τούτοις ῥηθῆναι, ὡς ἀνθρώπων, καὶ συμπαραλαμβάνειν ἀθέσμως τῷ τῆς οὐσίας ὅρῳ τῶν ὑποκειμένων τὰ κατὰ τῆς σοφίας ὡς σοφίας, καὶ τὰ κατὰ τῆς βασιλείας ὡς βασιλείας λεγόμενα, τὰ μηδὲν καθόλου τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας (**206** *a*) ἐπικοινωνοῦντα ὡς συστατικὰς διαφορὰς αὐτῆς καὶ συμπληρωτικὰς

(13) Idem *ibid.* cap. 15, p. 534, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦ κατ' αὐτὴν ὅρου παραλαμβάνειν Ἔπειτα σοφώτερον συμπλέξας αὐτοῖς ἐκ τῆς αὐτῶν προτάσεως συλλογισμὸν περιτρέπει αὐτοὺς ἑαυτοῖς. Ἔχει δὲ οὕτως· Ἐπεί τί κωλύει κἀμὲ ταύτην πρότασιν ποιησάμενον τὴν ὅτι, Ὁ Πατὴρ μείζων τῇ φύσει, Ἔπειτα προσλαβόντα τὸ, Φύσει δὲ οὐ πάντως μεῖζον οὐδὲ Πατήρ, ἐντεῦθεν συναγαγεῖν, Τὸ μεῖζον οὐ πάντως μεῖζον, ἤ, Ὁ Πατὴρ οὐ πάντως Πατήρ; Πρὸς δὲ τὸ σαφέστερον ἡμῖν γενέσθαι καὶ συνεκτικώτερον διαγράψωμεν, εἰ δοκεῖ, σχήματι τὸ λεγόμενον, ἐκ μὲν τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιχειρήσεως ἀρχόμενοι, εἰς δὲ τὴν τοῦ Πατρὸς καταπαύοντες διδασκαλίαν.

A ut differentias ipsam constituentes et complentes ejus definitionem admittere. Deinde sapientius adjuncto eis ex propositione ipsorum syllogismo suo ipsorum eos gladio jugulat. Quæ ita se habent: « Alioqui quid prohibet quominus ipse quoque allata hac propositione: Pater major natura est, ac deinde assumpta altera, Natura autem omnino non major, nec Pater; ita postremo concludam: Majus igitur omnino non majus, vel, Pater omnino non Pater. » Verum quo magis nobis fiat perspicuum et consummatum, age, in formulam, si placet, redigamus quod dicitur, ab adversariorum conamine incipientes, et in Patris doctrinam desinentes.

Πρότασις Ἀρειανῶν, ἤγουν Εὐνομιανῶν· « Εἰ φύσει αἴτιος ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, μείζων δὲ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, μείζων ἄρα τῇ φύσει ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ. » Ἔπλυσις τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς περιτρέποντος τοὺς ἐναντίους· « Εἰ φύσει μείζων καθ' ὑμᾶς ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, τὸ δὲ φύσει οὐ πάντως μείζων ἢ Πατήρ, τὸ μεῖζον ἄρα οὐ πάντως μεῖζον, ἢ ὁ Πατὴρ οὐ πάντως Πατήρ. »

Propositio Arianorum, sive Eunomianorum: « Si Pater natura Filii causa est, et major Pater Filio B est, sequitur ut Pater natura Filio major sit. » Solutio sancti nostri patris Gregorii ad absurdum deducentis et confutantis adversarios ita: « Si natura secundum vos Pater major est Filio, id vero quod natura est nequaquam majus est Patre, sequitur ut majus omnino non sit majus, aut ut Pater omnino non Pater sit. »

Οὕτω περιτρέπονται τοῖς οἰκείοις ἐλαιωκότες μηχανήμασιν οἱ τὴν ἀλήθειαν ἀπαναινόμενοι, κενοὶ κενῶς τῆς εὐσεβείας ἐκτιναχθέντες. Ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων λόγων τὰ συμπεράσματα τῶν προτάσεών εἰσι συστατικά, τῶν δὲ συμπερασμάτων αἱ προτάσεις ὑπάρχουσιν ὁριστικαί, οἷς περιπεπτώκασιν ἐκ πολλῆς ἀμαθίας οἱ ἑαυτοὺς οἰόμενοι σοφούς.

Ita confutantur suis ipsorum artificiis capti veritatis renegatores, et leves pietate leviter excutiuntur. De talibus enim dictis conclusiones constituunt propositiones, conclusiones autem definiunt propositiones, quibus se induerunt pro magna sua ignorantia illi qui sibi sapientes ipsis videntur esse.

—

« *Ἔστω δὲ καὶ ἐνεργείας, εἰ δοκεῖ, οὐδὲ οὕτως* C *ἡμᾶς αἱρήσετε. Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνηργηκὼς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον, εἰ καὶ ἄτοπος ἄλλως ἡ τῆς περὶ τοῦτο ἐνεργείας ὑπόληψις* (14). »

« *Sit etiam actionis, si ita videtur, nec sic quidem causam obtinebitis. Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse Patrem, ut consubstantialis ipsi Filius esset; etsi alioquin absurditate non caret hujusmodi actionis opinio.* »

Ἐπειδὴ οἱ τὴν γλῶσσαν ὡσεὶ ξυρὸν κατὰ τῆς ἀληθείας ἠκονημένην ἔχοντες ἔλεγον δῆθεν ἐρωτῶντες· Ὁ Πατὴρ οὐσίας ἐστίν, ἢ ἐνεργείας ὄνομα (**206** *b*); ἵνα εἰ μὲν εἴπωμεν οὐσίας ὄνομα εἶναι τὸ, Πατήρ, ἐντεῦθεν συναγάγωσι τὸ ἑτεροούσιον εἶναι τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν, ὡς τῆς αὐτῆς οὐσίας δύο μὴ ἐπιδεχομένης καὶ διάφορα κυρίως ὀνόματα (εἰ γὰρ τὸ Πατὴρ οὐσίας ἐστὶν ὄνομα, οὐκ ἂν ποτε τῆς αὐτῆς ὄνομα εἴη τὸ Υἱός)· εἰ δὲ ἐνεργείας, σαφῶς τοῦ Πατρὸς ποίημα τὸν Υἱὸν ὁμολογοῦντας δείξωσιν, ὡς ἐνέργημα, μετὰ τὸ τὴν κυριολεξίαν ἀντιθετικῶς διεξελθεῖν εὐθέως πρὸς αὐτοὺς τὸν διδάσκαλον εἰρηκότα οὔτε οὐσίας εἶναι τὸ *πατὴρ* ὄνομα, οὔτε ἐνεργείας, ἀλλὰ σχέσεως, καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ, ἢ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, συμπεριφορικῶς ἐνήγαγεν εἰπών· « Ἔστω καὶ ἐνεργείας, εἰ τοῦτο δοκεῖ, » καὶ ἐπιφέρει· « Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνηργηκὼς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον. » Πῶς οὖν ἐνεργεῖ τὸ ὁμοούσιον; ζητήσαι τις ἂν τυχὸν τῶν ἄγαν ἐξεταστικῶν καὶ μηδὲν τῶν συμφερόντων ἀγνοεῖν ἀνεχομένων. Τοῦτο δὲ κατὰ τοιόνδε τρόπον ὁμαλισθήσεται. Δύο καθόλου τὰς ἐνεργείας εἶναί φασιν ἐν τοῖς οὖσι,

Qui linguam tanquam novaculam contra veritatem acutam habent cum dicerent, interrogantes nimirum: Pater essentiæne est, an actionis nomen? ut, si essentiæ quidem nomen esse « Pater » statuerimus, inde alienæ a Patre substantiæ Filium esse colligant, quod eadem substantia duo et diversa proprie haud capiat nomina (nam si Pater essentiæ est nomen, nequaquam ejusdem sit « Filius » nomen), sin actionis, ut clare atque aperte Filium Patris conditionem statuere D nos, velut actione conflatum, ostendere habeant, postquam de propriis nominibus contra disputavit magister statimque dixit neque essentiæ Patris nomen esse, neque actionis, sed relationis, et quomodo ad Filium se Pater, aut Filius ad Patrem se habeat, comiter infert dicens: « Sit etiam actionis, si ita videtur, et addit, « Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse Patrem ut consubstantialis ipsi Filius esset. » Quomodo igitur, quæret fortasse aliquis curiosior et nihil quod utile sit ignorare sustinens, quomodo agit ut consubstantialis Filius sit? Quod hoc fere modo explanabitur.

(14) Idem *ibid.* cap. 16, p. 535, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Duas in universum actiones in rebus statuunt, quarum una est quæ ex iis quæ sunt naturaliter procreat quæ sint ejusdem et generis et essentiæ, sibique ipsis eadem ubique et constantia. De qua veluti morigerans argutulis illis recte magister, quo paulisper saltem a blasphemando eos prohibeat, dicit : « Esto vero secundum vos, » secundum disputationis suppositum, « esto etiam actionis nomen Pater; » et his subjungit : « Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse Patrem; » id est ut consubstantialis ipsi Filius esset, tanquam efficeret actionem essentialiter substantem et viventem, quemadmodum et Sermonem profecto vivum et potestatem et sapientiam per se ipsam substantem unigenitum Dei Sermonem et Filium Patris divini veritatis doctores dixerunt. Alteram autem actionem ad externa efficienda pertinere statuunt, qua quis circa externum aliquid et alienæ essentiæ agens alienum quid a propria essentia atque diversum ex materia jam prius exsistente instituit. Hanc autem actionem cum artibus secundum scientiam communicari et compositam esse aiunt. De qua divinus doctor : « Etsi, inquit, alioquin absurditate non caret, » juxta quam videlicet rationem accepta est, « hujusmodi actionis opinio, » præsertim si de Patre et Filio accipitur, de quibus ne priorem quidem proprie actionem statuere nos pius sensus patitur, propterea quod etiam hanc superat ineffabilis et incomprehensibilis Unigeniti substantia, qua ex Patre et cum Patre et in Patre est.

A μίαν μὲν τὴν προάγουσαν ἐκ τῶν ὄντων φυσικῶς τὰ ὁμογενῆ καὶ ὁμοούσια καὶ ἑαυτοῖς πάντη ταὐτά. Καθ' ἣν συμπεριενεχθεὶς τοῖς λογολέσχαις ἐπιεικῶς πρὸς τὸ μικρὸν γοῦν ἐπισχεῖν αὐτοὺς τοῦ βλασφημεῖν φησιν ὁ διδάσκαλος, « Ἔστω δὲ καθ' ὑμᾶς, » κατὰ τὸν ἀποδοθέντα σκοπὸν τοῦ λόγου, « καὶ ἐνεργείας ὄνομα ὁ Πατήρ. » Οἷς ἐπάγει· « Αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνηργηκὼς ἂν εἴη ὁ Πατήρ, » δηλονότι τὸ ὁμοούσιον, ὡς ἐνέργειαν οὐσιωδῶς ὑφεστῶσαν καὶ ζῶσαν, ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ λόγον ζῶντα καὶ δύναμιν καὶ σοφίαν αὐθυπόστατον τὸν μονογενῆ Θεοῦ Λόγον καὶ Υἱὸν τοῦ Πατρὸς εἰρήκασιν οἱ θεόφρονες τῆς ἀληθείας διδάσκαλοι. Τὴν δὲ ἑτέραν ἐνέργειάν φασιν εἶναι τῶν ἐκτὸς ἀπεργαστικήν, καθ' ἣν περί τι τῶν ἔξωθεν (**207** *a*) καὶ ἑτεροουσίων ἐνεργῶν τις ἕτερόν B τι τῆς ἰδίας οὐσίας ἀλλότριον ἐκ προϋποκειμένης ὕλης τινὸς κατασκευάζει. Ταύτην δὲ τὴν ἐνέργειαν ταῖς τέχναις ἐπιστημονικῶς συγκεῖσθαί φασι. Περὶ ἧς ὁ θεόφρων διδάσκαλός φησι, « Εἰ καὶ ἄτοπος ἄλλως, » παρ' ὃν ἐλήφθη δηλονότι τρόπον, « Ἡ τῆς περὶ τοῦτο ἐνεργείας ὑπόληψις, » καὶ μάλιστα ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λαμβανομένης, ἐφ' ὧν οὐδὲ τὴν πρώτην κυρίως δέξασθαι ὁ εὐσεβὴς ἀνέχεται νοῦς, διὰ τὸ καὶ ὑπὲρ ταύτην εἶναι τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ ἐν τῷ Πατρὶ ἄφραστον καὶ ἀπερινόητον ὕπαρξιν τοῦ Μονογενοῦς.

Ex secundo de Filio sermone, in illud : « Deus vero dicatur non ratione Verbi, sed partis quæ in oculorum sensum cadit. Quo enim modo illius, qui proprie Deus est Deus dici queat? Quemadmodum Pater non humanitatis, sed Verbi respectu. Duplici quippe natura constabat; quo fit ut alterum de utroque proprie dicatur, alterum improprie, contra quam in nobis se res habet. Deus enim proprie noster Deus est, non autem proprie Pater. »

C Ἐκ τοῦ β' περὶ Υἱοῦ λόγου, εἰς τό· « Θεὸς δὲ λέγοιτο ἂν οὐ τοῦ Λόγου, τοῦ ὁρωμένου δέ. Πῶς γὰρ εἴη τοῦ κυρίως Θεοῦ Θεός; ὥσπερ καὶ Πατὴρ οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ Λόγου δέ. Καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς, ὥστε τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως· ἐναντίως δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἡμῶν γὰρ κυρίως Θεὸς ὁ Θεός, οὐ κυρίως δὲ Πατήρ (15). »

« Alterum proprie de utroque » est ponendum, et de Patre et de Deo, ut quorum utrumque proprie potest de Christo dici propter substantiæ unitatem. Christi enim Pater proprie est Deus, quia Filius et Deus Sermo et unus sanctæ Trinitatis exsistit vel post carnificationem; ut etiam Dei ejusdem Christi rursus est proprie, quia homo revera est propter carnem, et unus hominum appellabatur; quæ enim partium sunt, ea de toto. quod inde consistit, proprie prædicantur, quia proprie recipit quæcunque naturaliter inhærent partibus, unde etiam constant. « Alterum improprie de utroque » æque capiendum est et de Deo et de Patre, quia utrumque vocabulum de Christo proprie dici nequit, propter naturalem earum ex quibus et in quibus consistit naturarum differentiam. Quæ enim ei quod de compositione totum est adhærent de una alterave partium suarum, ea nunquam proprie prædicabuntur. « Contra » autem

Τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν θατέρου, τοῦ, Πατὴρ, καὶ τοῦ, Θεὸς, ὡς ἀμφοῖν ἐπὶ Χριστοῦ κυρίως λέγεσθαι δυναμένων διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν. Χριστοῦ γὰρ Πατὴρ κυρίως ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὡς Υἱοῦ καὶ Θεοῦ Λόγου καὶ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος ὑπάρχοντος καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ Θεοῦ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ πάλιν D κυρίως ἐστὶν, ὡς ἀνθρώπου κατὰ ἀλήθειαν ὄντος διὰ τὴν σάρκα, καὶ ἑνὸς τῶν ἀνθρώπων χρηματίζοντος· τὰ γὰρ τῶν μερῶν τοῦ ἐξ αὐτῶν ὅλου κυρίως κατηγορεῖται, ὡς ἐπιδεχομένου πάντα κυρίως τὰ φυσικῶς προσόντα τοῖς μέρεσιν, ἐξ ὧν καὶ ὑφέστηκε. « Τὸ δὲ οὐ κυρίως ὡσαύτως ἐπ' ἀμφοῖν » λεπτέον, τοῦ, Θεὸς, καὶ τοῦ, Πατὴρ, ὡς ἀμφοῖν ἐπὶ Χριστοῦ κυρίως λεχθῆναι μὴ δυναμένων, διὰ τὴν φυσικὴν διαφορὰν τῶν ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς συνέστηκε φύσεων. Τὰ γὰρ τῷ κατὰ σύνθεσιν ὅλῳ προσόντα θατέρου τῶν ἑαυτοῦ μερῶν οὐδέποτε κυρίως κατηγορηθήσεται. « Ἐναντίως » δὲ « ἢ ἐφ' ἡμῶν (**207** *b*) ἔχει, » τουτέστιν ἐμπαλιν καθὼς ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἡνίκα γὰρ τὴν

(15) Greg. Nazianz. Orat. Theol. IV, de Filio, cap. 8, p. 515, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

διαφορὰν θεωρῶ τῶν φύσεων, καὶ τὴν αὐτῶν κατ' ἐπίνοιαν ποιοῦμαι διάκρισιν, οὐ δύναμαι τὸ ἐπ' ἀμφοῖν κυρίως τιθέναι, τοῦ, Πατὴρ, φημι, καὶ τοῦ, Θεός. Οὐ γὰρ κυρίως τοῦ Λόγου Θεός ἐστιν ὁ Πατὴρ, οὐδὲ κυρίως Πατὴρ τῆς σαρκός ἐστιν ὁ Θεός. « Ἐναντίως δὲ, » τουτέστιν ἔμπαλιν δὲ, ἢ ἀντιστρόφως δὲ, τοῦ τε « κυρίως » δηλονότι καὶ « οὐ κυρίως, » ἐπί τε τῆς ἑνώσεως καὶ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, ἐπί τε τῆς διαφορᾶς τῶν φύσεων καὶ τῆς κατ' ἐπίνοιαν αὐτῶν διακρίσεως λαμβανομένων, ὡς τῆς μὲν μίαν ὑποστάσεως κυρίως Θεὸν καὶ Πατέρα λεγόμενον, ὡς ἑνὸς Χριστοῦ, τὸν Θεὸν ἐπιδεχομένης κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν, τῆς δὲ κατ' οὐσίαν διαφορᾶς τῶν φύσεων ἔμπαλιν τὸ μὴ κυρίως ἐπιδεχομένης, καθὼς ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν Θεὸς ὁ Θεὸς, ὥσπερ καὶ τῆς τοῦ Λόγου σαρκὸς, οὐ κυρίως δὲ Πατὴρ, ὥσπερ οὐδὲ τῆς τοῦ Λόγου σαρκός. Ἐναλλαγμένως οὖν τὰ τοῦ ὅλου τοῖς μέρεσι, καὶ τῷ ὅλῳ τὰ τῶν οἰκείων μερῶν ἐκφωνητέον, καὶ ἔσται ῥᾳδία καὶ σαφὴς ἡ τοῦ προκειμένου κατάληψις. Καὶ ἵνα σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, ἡνίκα μὲν ὡς ὑπόστασις ὁ Χριστὸς θεωρεῖται, τὸ « κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, » τοῦ, Θεὸς, λέγω καὶ τοῦ, Πατὴρ, θετέον, ἡνίκα δὲ διὰ τὴν ἀσύγχυτον ὕπαρξιν τῶν ἐν οἷς καὶ ἐξ ὧν ἐστιν αἱ τοῦ Χριστοῦ φύσεις θεωροῦνται, τὸ « ἔμπαλιν » θετέον, ὅπερ ἐστὶ τὸ μὴ κυρίως, καθὼς ἐφ' ἡμῶν ἔχει. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς λέγων ὁ διδάσκαλος διὰ τοῦ ἐπαγαγεῖν, « Καὶ τοῦτο ποιεῖ τοὺς αἱρετικοὺς τὴν πλάνην, ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις, ἐπαλλαττομένων τῶν ὀνομάτων διὰ τὴν σύγκρασιν. » Σημεῖον δὲ, ἡνίκα αἱ (**208** *a*) φύσεις διίστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιῄρηνται καὶ τὰ ὀνόματα. Τουτέστιν, ἕως ὑπόστασιν μίαν σκοπεῖς τὸν Χριστὸν, ἡ κατ' ἐπαλλαγὴν τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις ἐστιν ἀδιαίρετος, ἐπειδὰν δὲ ταῖς ἐπινοίαις διαστήσῃς τὰς συμπληρούσας τὴν μίαν ὑπόστασιν τοῦ Χριστοῦ φύσεις, συνδιελεῖς ταῖς φύσεσι καὶ τὰ ὀνόματα· ἢ πάλιν, ἐπείπερ τὴν φύσιν διπλοῦς ὁ Χριστὸς, ἀμφω κατηγορεῖται αὐτοῦ, τὸ Θεὸς καὶ Πατὴρ, κυρίως μὲν ἡνίκα συνεκφωνεῖται καταλλήλως ταῖς φύσεσι τὰ ὀνόματα, οὐ κυρίως δὲ ὅταν ἡ κατὰ φύσιν ἑκατέρου τῶν ἐξ ὧν ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστὶ θατέρῳ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν ἐπιλλαγμένως ἀντιδίδωται κτῆσις. Ὅπερ ποιεῖν μὴ γινώσκοντες, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν μὴ ἀνεχόμενοι, οἱ τότε καὶ οἱ νῦν αἱρετικοὶ τὸν μονογενῆ Θεὸν Λόγον βλασφημεῖν οὐ παραιτοῦνται, οἱ μὲν εἰς κτίσμα κατάγοντες διὰ τὰ ἀνθρώπινα, οἱ δὲ τὴν οἰκονομίαν συγχέοντες διὰ τὴν ἄρνησιν τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων. Ἄλλος δὲ πάνυ τὰ θεῖα σοφὸς τοῦτον ἐρωτηθεὶς παρ' ἐμοῦ τὸν τρόπον ἔφη· Τὸ μὲν « κυρίως, » τὸ δὲ « οὐ κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, » τῆς αὐτῆς ἐστι κατηγορίας τῆς σχετικῆς, εἴτε τῆς Πατὴρ, εἴτε τῆς Θεὸς, ἢ καὶ ἑκατέρας, ὡς ἐφ' ἑνὸς Χριστοῦ τιθεμένης, τοῦ συνεστῶτος ἐκ δυοῖν τῶν ἐναντίων, « κυρίως » καὶ « οὐ κυρίως. » Εἰ μὲν Θεὸς ὁ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ λεχθείη κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τῶν δύο φύσεων, « κυρίως » μὲν τοῦ κτίσματος ἂν λέγοιτο, « οὐ κυρίως » δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων Πατὴρ « κυρίως » τοῦ Λόγου, τοῦ δὲ

A « quam in nobis se res habet, » hoc est rursus ut de nobis se habet res. Quando enim naturarum spectio differentiam, easque cogitatione discerno, de utroque proprie ponere non possum, de Patre, inquam, et de Deo. Haud enim proprie Sermonis Deus est Pater, neque proprie Pater carnis est Deus. « Contra quam, » hoc est rursus vero, vel contrario modo, quod nimirum pertinet ad illud « proprie » et « improprie, » ad unitionem et substantiæ unitatem, ad differentiam naturarum et ad discrimen quo mente percipimus, cum substantiæ unitas proprie dici Deum et Patrem, ut unius Christi, de causa prædicta Deum admittat, eumque rursus essentialis naturarum differentia improprie dici recipiat, quemadmodum in nobis se B res habet. Noster enim proprie Deus est Deus, ut etiam Sermonis carnis, sed non proprie, Pater, ut nec Sermonis carnis. Invicem enim atque mutuo quæ totius sunt debemus partibus, quæque propriarum est partium toti debemus tribuere, atque facilis erit et perspicua eorum quæ tractantur comprehensio. Et quo magis perspicuum fiat quod dico, quando ut substantiam contemplamur Christum illud « proprie de utroque, » de Deo, inquam, et Patre, ponendum; quando autem per exsistentiam inconfusam eorum in quibus et ex quibus constant Christi naturæ, illud « rursus » ponendum, quod est non proprie, quemadmodum in nobis se res habet. Et hoc significat manifesta magistri oratio, cum subjiciat, « Atque hoc est quod hæreticos in errorem inducit nempe nominum horum C conjunctio, permutatis videlicet inter se nominibus propter naturæ utriusque connexionem. » Argumento est quod cum naturæ animo et cogitatione distinguuntur, simul quoque nomina dividuntur. Hoc est, quandiu Christum unam contemplaris substantiam, nominum secundum permutationem conjunctio individua est, ubi autem intellectu discriminaveris naturas quæ Christi substantiæ unitatem consummant, una cum naturis nomina quoque discriminabis; aut rursus, cum Christus duplex natura sit, utrumque de eo prædicatur, et Deus et Pater, proprie quidem quando naturis convenienter nomina simul pronuntiantur, improprie autem D quando naturalis utriusque possessio eorum unde et in quibus exsistit quod exsistit alterutri propter substantiæ unitatem invicem attribuitur. Quod cum facere nesciant, aut, ut magis proprie dicam, non sustineant et refragentur, veteres et hodie qui exstant hæretici unigenitum Deum Sermonem blasphemare non detrectant, nunc ad creaturam eum deprimendo propter humana, nunc dispensationem confundendo per earum unde constat naturarum renegationem. Alius vero divinarum rerum peritissimus a me consultus in hunc fere modum interpretatus est: Hoc « proprie, » et illud, « improprie » de utroque, » ejusdem est prædicationis relativæ, sive Patris, sive Dei, sive etiam utriusque nominis, ut de uno Christo assumptæ, qui ex duobus

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

contrariis constat, id est ex eo quod « proprie » et ex eo quod « non proprie. » Itaque si Deus Christi Pater duarum naturarum respectu dicetur, « proprie » sane ad creaturam pertinebit; « impropric » autem ad Deum Sermonem. Item ex adverso Pater pertinebit « proprie » ad Sermonem; ad creaturam contra « impropric, » prout etiam apud nos hæc uti dicuntur se habent. Noster enim, « proprie » quidem Deus est, « impropric » autem Pater. Quam observationem a sapiente illo acceptam, cum elegans sit, libro inserendam esse putavi.

A κτίσματος « οὐ κυρίως, » καθὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔχει ταῦτα λεγόμενα. Ἡμῶν γὰρ « κυρίως » μὲν Θεός, « οὐ κυρίως » δὲ Πατήρ. Ταύτην ἀποδεξάμενος ἐγὼ τοῦ σοφοῦ τὴν ἐπιβολὴν ὡς καλῶς ἔχουσαν συνεῖδον ἐνταγῆναι τῷ γράμματι.

Ex eodem sermone, in illud : « Accipere eum, id est Christum, vitam aut judicium aut gentium hæreditatem aut omnis carnis potestatem aut gloriam aut discipulos, aut cætera ejus generis quæ dicantur, » quodque magister hisce subjungat : « Hoc quoque ad humanitatem spectat, » et deinceps : « Quanquam ut hæc etiam Deo tribuamus, nulla inde absurditas consequetur. Non enim velut ascititia ei tribues, sed quæ velut a principio una cum ipso exstiterint, et ratione naturæ, non gratiæ. »

(208 *b*) Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Λαμβάνειν αὐτὸν, δηλαδὴ τὸν Χριστὸν, ζωὴν, ἢ κρίσιν, ἢ κληρονομίαν ἐθνῶν, ἢ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἢ δόξαν, ἢ μαθητὰς, ἢ ὅσα λέγεται, » καὶ τούτοις ἐπαγγεῖλαι τὸν διδάσκαλον ὅτι, « Καὶ τοῦτο τῆς ἀνθρωπότητος, εἶτα προσεπαγαγεῖν, » « Εἰ δὲ καὶ τῷ Θεῷ δοίης, οὐκ ἄτοπον. Οὐ γὰρ ὡς ἐπίκτητα δώσεις, ἀλλ' ὡς ἐξαρχῆς συνυπάρχοντα, καὶ λόγῳ φύσεως, ἀλλ' οὐ χάριτος (16). »

De hoc mecum sæpenumero cum hæsitassem, quomodo et qua ratione, ut ait magister, Deus quod natura habet accipere dicatur, cumque mihi satisfacere non potuissem, denique senem sapientem adire satius visum est, qui eam quæstionem quam perite expedivit ita locutus : Si quem rerum naturæ aliquibus interpretem se præstare velle fingamus, ille suis auditoribus dicet : Demus Deo omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, justitiam, eque conditioni servitium, obedientiam, circumscriptionem, de nihilo exsistentiam, et quæ ex his consequuntur, prout natura utriusque in communibus notionibus sua propria sibi quæque vindicat. His igitur ille verbis, « Demus Deo, » ei quod non adhærebat non tribuit, sed quod naturæ peculiare est. Hoc enim « demus » significat veluti definire naturam per ea quæ ipsi adhærent ab eis quæ non sunt ejusmodi. Pari modo hic quoque doctorem nostrum pie accipe dicentem : « Quanquam ut hæc etiam Deo tribuamus, » hoc est dum naturæ quæ sibi adhærent ab rerum quaris examinatoribus attributa accipit.

Πρὸς ἐμαυτὸν περὶ τούτου πολλάκις διαπορήσας, πῶς καὶ τίνι λόγῳ, καθὼς φησιν ὁ διδάσκαλος, ὃ κατὰ φύσιν ἔχει λαμβάνειν ὁ Θεὸς λέγεται, καὶ μὴ δυνηθεὶς ἐμαυτὸν πληροφορῆσαι, τέλος καλῶς ἔχειν ἑρεσθαι γέροντα σοφὸν διέγνων, ὅστις τὸν περὶ τούτου λόγον ἐπιστημόνως μάλα διῆθυνεν οὑτωσὶ λέγων, ὅτιπερ καθ' ὑπόθεσιν εἰδῶμέν τινα σαφηνίζοντά τινι τὰς τῶν ὄντων φύσεις, ἐρεῖν πρὸς αὐτούς· Δῶμεν τῷ Θεῷ τὸ παντοδύναμον, τὸ σοφὸν, τὸ ἀγαθὸν, τὸ δίκαιον· ὡσαύτως τῇ κτίσει τὸ δοῦλον, τὸ ὑπήκοον, τὸ περιγραπτὸν, τὸ ἐκ μὴ ὄντων ὑποστῆναι, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ὡς τῆς φύσεως ἑκάστου ἐν ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ἀπαιτούσης τὰ ἴδια· Φάσκων οὖν ὁ τυχὼν τό· « Δῶμεν τῷ Θεῷ, » οὐχὶ τὸ μὴ πρόσον αὐτῷ παρεῖχεν, ἀλλ' ὅπερ ἡ φύσις ἔχει. Τοῦτο γὰρ τὸ « Δῶμεν » σημαίνει οἷον τὸ διορίζειν τὴν φύσιν διὰ τῶν αὐτῇ προσόντων ἀπὸ τῶν μὴ τοιούτων. Τὸν αὐτὸν τρόπον κἀνταῦθα λέγοντα τὸν διδάσκαλον εὐσεβῶς ἐκδέχου, « Εἰ δὲ καὶ τῷ Θεῷ δῶμεν, » τουτέστι τῆς φύσεως τὸ πρόσον αὐτῇ πρὸς τῶν διευκρινούντων τὰ πράγματα λαμβανούσης.

Ex eodem sermone, in illud : « Ut enim impossibile esse dicimus Deum malum esse, aut omnino non esse. »

Etiam hoc quæsivi a sapiente sene supra memorato qui respondit non pertinere illud « non esse » ad ea quæ præcesserunt, ne scilicet illud « esse » suspicemur significare esse Deum malum : « Ut enim impossibile esse dicimus Deum malum esse, aut non esse » malum, sed esse malum, illo « malum » ex communi posito. Duæ enim negationes unam efficiunt affirmationem. Quo fit ut illud negativum « impossibile » cum illo « non esse malum » conjunctum efficiat ut malus sit. Quod ita non est.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν πονηρὸν εἶναι Θεὸν, ἢ μὴ εἶναι (17). »

Καὶ τοῦτο τὸν προλεχθέντα σοφὸν ἐρωτήσας γέροντα ἔφη μὴ ἁρτῆσθαι τὸ « μὴ εἶναι » τῷ προλεχθέντι, ἵνα μὴ συναχθῇ τὸ εἶναι τὸν Θεὸν πονηρόν· « Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν πονηρὸν εἶναι Θεὸν, ἢ μὴ (209 *a*) εἶναι » πονηρὸν, ἀλλ' εἶναι πονηρὸν, κατὰ κοινοῦ τοῦ « πονηρὸν » κειμένου. Δύο γὰρ ἀρνήσεις μίαν συγκατάθεσιν ἐπάγουσιν. Ἔστιν οὖν ἀρνητικὸν τὸ « ἀδύνατον, » συμπλεκόμενον δὲ τῷ « μὴ εἶναι πονηρὸν, » συνάγει τὸ πονηρὸν εἶναι. Ὅπερ οὐχ οὕτως ἔχει. Μὴ γένοιτο! Ἀλλ' ἕκαστον

(16) Idem *ibid.* cap. 9, p. 515 tom. I Opp. ed. Bened.

(17) Idem *ibid.* cap. 11, p. 516, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀπὸ ἰδίας ἀρχῆς ἔχει τὸν εἱρμόν. Ἵνα ἢ τὸ κῶλον οὕτως ὁμαλιζόμενον, « Ὡς γὰρ ἀδύνατον εἶναι λέγομεν πονηρὸν εἶναι Θεόν, » καὶ στίξαι καὶ πάλιν ἄρξασθαι νοήματος ἑτέρου καὶ προσεπαγαγεῖν, « Ἢ μὴ εἶναι, » ἀντὶ τοῦ ἀνύπαρκτον εἶναι.

A Absit. Sed suum unumquodque a suo proprio principio nexum habet, ut membrum orationis illud ita complanetur : « Quemadmodum enim impossibile esse dicimus malum esse Deum, » post quæ incidendum est, ut rursus alterum enuntiatum inde additum incipiat : « Aut non esse, » id est exsistentia carere.

—

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Ἔχεις τὰς τοῦ υἱοῦ προσηγορίας, βάδιζε δι' αὐτῶν, ὅσαι ὑψηλαί, θεϊκῶς, καὶ ὅσαι σωματικαί, συμπαθῶς, μᾶλλον δὲ ὅλον θεϊκῶς, ἵνα γένῃ Θεὸς κἀτῶθεν ἀνελθὼν διὰ τὸν κατελθόντα δι' ἡμᾶς ἄνωθεν (18). »*

Ex eodem sermone, in illud : « Habes filii appellationes, per eas incede, per eas, inquam, omnes quæ sublimes sunt, divine, per corporeas autem humane, imo vero prorsus divine, ut ex imis hisce ascendens fias Deus propter eum qui propter nos de supernis descendit. »

B *Ejusdem ex sermone in Lumina, in illud: « Si quidem omnino eos impietate constringi atque ad simulacra et artis opera manuumque figmenta prolapsos a Dei gloria dejici oportebat, nihil aliud ipsis cordati homines imprecari possent, quam ut talia venerarentur, talibusque honoribus afficerent. »*

His perlectis, quidam, inquitis, auditorum magistrum improbarunt, homines cordatos atque evangelice vivere cupientes talia alicui imprecari ut veneretur talibusque honoribus ut afficiat justum esse negantes. Adversus quos ego quidem nihil; quod vero a sene quodam divinarum rerum sapiente Patrumque doctrinam plurimi faciente de C hoc doctus sum, dicam. Sanctus et beatus noster Pater atque magister Gregorius, o isti, (colloquar enim cum eis tanquam si adsint Græcos videns præcipue versari in tanta erroris stultitia, et a notione ejus qui proprie est Dei prorsus abductos commiserationis lege talia persequitur, ut inde quod ea quæ coluntur ratione carent, et ex vilitate, aut quod magis proprie est dicere, scurrilitate eorum, post crebram sermonum quibus is cultus expugnatus est refutationem, facillimus eis ad rectam viam fiat reditus, insuper vero etiam ne quis horum prava opinione trahatur, propterea quod fraus omnibus sit in promptu et facile ad deprehendendum, cum neminem honestum malum quod delitescat celet.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Οὗ δὲ κάθαρσις, ἔλλαμψις, ἔλλαμψις δὲ πόθου πλήρωσις, τοῖς τῶν μεγίστων, ἢ τοῦ μεγίστου, ἢ ὑπὲρ τὸ μέγα ἐφιεμένοις. (31) »

D *Ex eodem sermone, in illud: « Porro ubi purgatio, illic illuminatio, illuminatio autem desiderii summa est, iis utique qui maximarum rerum, vel potius maximæ rei, atque adeo magnitudinem omnem superantis, cupiditate flagrant. »*

Φασὶν οἱ τῶν θείων ἐπιστήμονες μυστηρίων ὅτι ἔνθα κάθαρσις ψυχῆς ἡ διὰ τῶν ἀρετῶν, ἐκεῖ καὶ ἔλλαμψις γνώσεως μετὰ τὴν εὐσεβῆ τῶν ὄντων διάσκεψιν ἀναφαίνεται, πρὸς τὴν τοῦ θείου κατανόη-

Divinorum mysteriorum periti affirmant ubi purgatio animæ sit per virtutes facta, ibi etiam illuminationem cognitionis post institutam piam rerum quæ sunt considerationem apparere, quæ mentem

[a] I Cor. xv, 55.

(30) Greg. Naz. *Or. in Sancta Lumina*, cap. 6, p. 680, tom. I. Opp. ed. Bened.

(31) Idem. *ibid.* cap. 8, p. 682, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nal Dei perceptionem adjigat atque desiderium ejus extremo eorum quæ appetuntur affigat, quod est Deus, qui in summis, vel in summo vel in eo quod magnitudinem omnem superat proprie exsistit atque agnoscitur : atque « in summis, » ut in tribus substantiis coessentialibus et æque potentibus, iisdemque non commiscendis de accurata et immutabili circa unam quamque proprietate, ingeneratione inquam, et generatione et processione : « in summo » vero propter Dei secundum substantiam, unitatem et identitatem et singularitatem : in eo denique « quod omnem magnitudinem superat, » propterea quod quantitate nulla aut magnitudine vel multitudine circumscribatur Deus, aut aliquibus finibus discernatur. Omnis enim magnitudo definita est, deitas sola indefinita secundum magni Davidis verba : *Magnus est Dominus et valde laudabilis* [b], *et magnitudinis ejus nullus est finis* [c], utpote quæ nulla circumscriptione limitata est, ideoque etiam indefinita, cum temporis qualemcunque et naturæ notionem antevertentem sese habeat nullam, secundum quam artificiosa rationalium argumentorum methodus studiosis talium excogitata est ea ob quam præsertim et cum qua circa veritatis indagationem reprobari ipsos videmus, cum quodcunque suis ratiocinationibus expugnari non potuisset, id nec verum omnino esse putarent. Quæ probat magister etiam in aliis locis iisdem verbis usus. Quemadmodum in sermone in Adventum Ægyptiorum habito, theologice de essentia incondita atque divina deque condita natura suæque exsistentiæ principium sortita hoc modo enarrans : « Vocatur autem, inquit, illa quidem Deus, et in tribus maximis consistit, in causa, in opifice, in perfectore, hoc est in Patre, Filio, et Spiritu sancto. » Et iterum in sermone de Baptismate de uno eodemque sancto in tribus sanctis substantiis Deo disputans ait : « Undequaque æqualem, undequaque eamdem, non secus ac una cœli pulchritudo et magnitudo, trium infinitorum infinitam conjunctionem. » Ipse igitur suimetipsius interpres magister stat cis qui non obiter divinos suos sermones perlegunt.

σιν τὴν ψυχὴν ἀναδιδάζουσα, καὶ τὸν πόθον αὐτῆς προστηλοῦσα τῷ ἐσχάτῳ τῶν ὀρεκτῶν, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὁ ἐν τοῖς μεγίστοις καὶ ἐν τῷ μεγίστῳ καὶ ὑπὲρ τὸ μέγα κυρίως ὑπάρχων καὶ γινωσκόμενος· « ἐν τοῖς μεγίστοις » μὲν, ὡς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ὁμοουσίοις καὶ ὁμοδυνάμοις, ἀσυγχύτοις τε τῇ ἀκριβεῖ καὶ ἀμεταβόλῳ περὶ ἑκάστην ἰδιότητι, ἀγεννησίᾳ λέγω καὶ γεννήσει καὶ ἐκπορεύσει· « ἐν τῷ μεγίστῳ » δὲ, διὰ τὸ κατ' οὐσίαν ἓν καὶ ταὐτὸν καὶ μοναδικὸν τῆς θεότητος· ὑπὲρ τὸ μέγα δὲ, διὰ τὸ « μὴ ποσῷ τινι ἢ μεγέθει ἢ πηλικότητι περιγράφεσθαι » καὶ πέρασί τισι διαλαμβάνεσθαι τὸ θεῖον. Πᾶν γὰρ μέγεθος πεπερασμένον ἐστὶ, τὸ δὲ θεῖον μόνον ἀπέραντον, ᾗ φησιν ὁ μέγας Δαβὶδ, *Μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας*, ὡς οὐδενὶ περιορισμῷ περατούμενον, διὸ καὶ ἄπειρον, μὴ ἔχον φθάνουσαν αὐτὸ τὴν οἱανοῦν χρόνου καὶ φύσεως ἔννοιαν, καθ' ἣν ἡ τεχνικὴ τῶν λογικῶν ἐπιχειρημάτων μέθοδος τοῖς τὰ τοιαῦτα σπουδασταῖς ἐπενοήθη δι' ἣν μάλιστα καὶ μεθ' ἧς ἀδόκιμοι περὶ τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν ἀπεδείχθησαν, πᾶν δ τοῖς σφῶν αὐτῶν λογισμοῖς μὴ γέγονεν ἁλωτὸν, μήτε εἶναι τὸ (221 *a*) παράπαν πιστεύσαντες (52). Δηλοῖ δὲ τὰ προειρημένα λέγων ὁ διδάσκαλος ἐκ τοῦ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι λόγοις. Λέγει οὖν ἐν τῷ εἰς τὸν Κατάπλουν τῶν ἀπὸ Αἰγύπτου λόγῳ, θεολογικῶς οὕτως διεξιών περὶ τῆς ἀκτίστου καὶ θείου οὐσίας, καὶ τῆς κτιστῆς καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβούσης φύσεως· « Καλεῖται δὲ ἡ μὲν Θεὸς, καὶ ἐν τρισὶ [53] τοῖς μεγίστοις ἵσταται, αἰτίῳ καὶ δημιουργῷ καὶ τελειοποιῷ τῷ Πατρὶ λέγω καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι (53). » Καὶ αὖθις ἐν τῷ περὶ Βαπτίσματος λόγῳ περὶ τῆς ἐν τρισὶν ἁγίαις ὑποστάσεσι μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἁγίας θεότητος διαλαμβάνων φησὶ, « Πάντοθεν ἴσην, τὴν αὐτὴν πάντοθεν, ὡς ἓν οὐρανοῦ κάλλος καὶ μέγεθος, τριῶν ἀπείρων ἄπειρον συμφυΐαν. (54) » Αὐτὸς οὖν ἑαυτοῦ καθέστηκεν ἑρμηνευτὴς ὁ διδάσκαλος τοῖς μὴ παρέργως ἐντυγχάνουσι τοῖς αὐτοῦ θεοφράστοις λόγοις.

Ex eodem sermone, in illud : « Innovantur naturæ, et Deus homo efficitur. »

Qui magnam divinorum mysteriorum partem ex eis qui asseclæ et ministri Sermonis facti, indeque immediate erant rerum cognitione initiati, per successionem ab antiquioribus tradita acceperunt sancti quinque statuunt distinctionibus universorum quæ facta sunt substantiam, discerni, harumque unam volunt esse quæ dividat ab incondita natura conditam universam naturam, et exsistentiam generatione sortitam. Etenim Deum,

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ Λόγου, εἰς τὸ, « Καινοτομοῦνται φύσεις, καὶ Θεὸς ἄνθρωπος γίνεται. »

Οἱ τὰ πολλὰ τῶν θείων μυστηρίων ἐκ τῶν ὀπαδῶν καὶ ὑπηρετῶν γενομένων τοῦ Λόγου, καὶ αὐτόθεν ἀμέσως τὴν τῶν ὄντων μυηθέντων γνῶσιν, κατὰ διαδοχὴν διὰ τῶν πρὸ αὐτῶν εἰς αὐτοὺς διαβοήσαντα λαβόντες ἅγιοί φασι πέντε διαιρέσεσι διειλῆφθαι τὴν πάντων τῶν γεγονότων ὑπόστασιν· ὧν πρώτην μέν φασιν εἶναι τὴν διαιροῦσαν τῆς ἀκτίστου φύσεως τὴν κτιστὴν καθόλου φύσιν, καὶ διὰ γενέσεως τὸ εἶναι λαβοῦσαν. Φασὶ γὰρ τὸν Θεὸν ἀγαθότητι πα-

[b] Psal. XLVII, 2. [c] Psal. CXLIV, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[53] Cod. Gud., ni fallor, habet καὶ εἰ ἐν τρισὶ, ectt.

(52) Greg. Naz. *Or. in Ægypt. Adv.*, cap. 8, p. 724, tom. I, Opp. edid. Bened.

(53) Idem *Orat. in sanct. Baptism.*, cap. 41, 635, tom. I. Opp. ed. Bened.

(54) Idem *Orat. in Sancta Lumina*, cap. 13, p. 635, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ποιηκότα τῶν ὄντων ἁπάντων λαμπρὸν διακόσμησιν, μὴ αὐτόθεν αὐτῇ καταφανῆ γενέσθαι τινὰ καὶ ὁποῖόν εἶναι, τὴν περὶ τοῦτο τὴν κτίσιν τοῦ Θεοῦ διακρίνουσαν ἄγνοιαν διαίρεσιν λέγοντες. Τὴν γὰρ φυσικῶς (221 *b*) ἀλλήλων ταῦτα διαιροῦσαν, μηδέποτε δεχομένην εἰς μίαν οὐσίαν ἕνωσιν, ὡς τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν μὴ δυναμένην ἐπιδέξασθαι λόγον εἶασαν ἄῤῥητον. Δευτέραν δὲ, καθ' ἣν ἡ διὰ κτίσεως τὸ εἶναι λαβοῦσα σύμπασα φύσις ὑπὸ Θεοῦ διαιρεῖται εἰς νοητὰ καὶ αἰσθητά. Τρίτην, καθ' ἣν ἡ αἰσθητὴ φύσις διαιρεῖται εἰς οὐρανὸν καὶ γῆν. Τετάρτην δὲ, καθ' ἣν ἡ γῆ διαιρεῖται εἰς παράδεισον καὶ οἰκουμένην, καὶ πέμπτην, καθ' ἣν ὁ ἐπὶ πᾶσιν, ὥσπερ τι τῶν ὅλων συνεκτικώτατον ἐργαστήριον, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ πᾶσαν διαίρεσιν ἄκροις δι' αὐτοῦ φυσικῶς μεσιτεύων ἀγαθοπρεπῶς κατὰ γένεσιν τοῖς οὖσιν ἐπεισαχθεὶς ἄνθρωπος διαιρεῖται εἰς ἄρσεν καὶ θῆλυ, πᾶσαν ἔχων δηλαδὴ φυσικῶς ταῖς τῶν ἄκρων πάντων μεσότησι διὰ τῆς πρὸς τὰ ἄκρα πάντα τῶν ἰδίων μερῶν σχετικῆς ἰδιότητος τὴν πρὸς ἕνωσιν δύναμιν, δι' ἧς ὁ κατὰ τὴν αἰτίαν τῆς τῶν διῃρημένων γενέσεως συμπληρούμενος τρόπος ἔμελλε τοῦ θείου σκοποῦ τὸ μέγα μυστήριον ἐκδηλον δι' ἑαυτοῦ καταστῆσαι, τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν τοῖς οὖσιν ἄκρων ἐναρμονίως ἀπὸ τῶν προσεχῶν ἐπὶ τὰ πόῤῥω, καὶ τῶν ἡττόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα καθεξῆς ἀνατατικῶς προϊοῦσαν, εἰς Θεὸν ἀποπερατώσας ἕνωσιν. Τούτου δὴ χάριν ἔσχατος ἐπεισάγεται τοῖς οὖσιν ὁ ἄνθρωπος, οἱονεὶ σύνδεσμός τις φυσικὸς τοῖς καθόλου διὰ τῶν οἰκείων μερῶν μεσιτεύων ἄκροις, καὶ εἰς ἓν ἄγων ἐν ἑαυτῷ τὰ πολλῷ κατὰ τὴν φύσιν ἀλλήλων διεστηκότα τῷ διαστήματι, ἵνα τῆς πρὸς Θεὸν, ὡς αἴτιον, τὰ πάντα συναγούσης (222 *a*) ἑνώσεως ἐκ τῆς ἰδίας πρότερον ἀρξάμενος διαιρέσεως, καθεξῆς διὰ τῶν μέσων εἰρμῷ καὶ τάξει προβαίνων εἰς τὸν Θεὸν λάβῃ τὸ πέρας τῆς διὰ πάντων κατὰ τὴν ἕνωσιν γινομένης ὑψηλῆς ἀναβάσεως, ἐν ᾧ οὐκ ἔστι διαίρεσις, τὴν μηδαμῶς ἠρτημένην δηλαδὴ κατὰ τὸν προηγούμενον λόγον τῆς περὶ τὴν γένεσιν τοῦ ἀνθρώπου θείας προθέσεως κατὰ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρσεν ἰδιότητα τῇ περὶ τὴν θείαν ἀρετὴν ἀπαθεστάτῃ σχέσει πάντῃ τῆς φύσεως ἐκτιναξάμενος, ὥστε δειχθῆναί τε καὶ γενέσθαι κατὰ τὴν θείαν πρόθεσιν ἄνθρωπον [66] μόνον, τῇ κατὰ τὸ ἄρσεν καὶ τὸ θῆλυ προσηγορίᾳ μὴ διαιρούμενον, καθ' ὃν καὶ προηγουμένως γεγένηται λόγον τοῖς νῦν περὶ αὐτὸν οὖσι τμήμασι μὴ μεριζόμενον, διὰ τὴν τελείαν πρὸς τὸν ἴδιον, ὡς ἔφην, λόγον καθ' ὃν ἐστιν γνῶσιν· εἶτα τὸν παράδεισον καὶ τὴν οἰκουμένην διὰ τῆς οἰκείας ἁγιοπρεποῦς ἀγωγῆς ἑνώσας μίαν ποιήσειε γῆν, μὴ διαιρουμένην αὐτῷ κατὰ τὴν τῶν μερῶν αὐτῆς διαφορὰν, ἀλλὰ μᾶλλον συναγομένην, ὡς μηδεμίαν πρὸς μηδὲν τῶν αὐτῆς ὑπαγωγὴν παθόντι μερῶν· εἶτα οὐρανὸν καὶ γῆν ἑνώσας διὰ τὴν πρὸς ἀγγέλους τῆς ζωῆς παντὶ τρόπῳ κατ' ἀρετὴν, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώποις, ταὐτότητα μίαν ποιήσειεν ἀδιαίρετον

bonitate fabricatum clarum rerum universarum ordinem atque ornatum, inde quod aliquis et qualis esset ipsi manifestatum esse, negant, et ignorantiam eam qua hic conditio a Deo discernitur distinctionem appellant. Quæ enim naturaliter ea inter se secernit, ac nunquam in essentiam unam coire sinit, cum unam eamdemque rationem recipere nequeat, eam indictam liquerunt. Alteram, qua universa quæ per conditionem a Deo exsistentiam accepit natura secernitur in intelligibilia et sensibilia. Tertiam, qua sensibilis natura secernitur in cœlum ac terram. Quartam denique, qua terra secernitur in paradisum et orbem terrarum habitabilem, et quintam, qua homo in omnibus tanquam officina aliqua arctissimo sui vinculo, universa continens, et omnibus, secundum omnem distinctionem extremitatibus per se naturaliter interjectus convenienter secundum generationem rebus exsistentibus illatus secernitur in masculinum et femininum, omni profecto extremitatum omnium medietatibus naturaliter de propriarum ad omnes extremitates partium suarum relativa facultate præditus uniendi coeundique potestate, qua modus secundum causam generationis eorum quæ distincta sunt completus divini magnum consilii mysterium per sese patefacturus erat, qui mutuam in rebus quæ exsistunt extremitatum congruenter a proximis ad ulteriora, pejorumque ad meliora deinceps et per ascensionem progredientem in Deum unitionem determinat. Idcirco videlicet homo in creaturas ultimus infertur, tanquam naturalis quædam generalibus per partes suas extremitatibus copula, atque in semetipso coadunans ea quæ naturaliter multum inter se distant, ut unitionis cum Deo, tanquam causa, universa cogentis, de propria distinctione capto initio, deinceps serie et ordine per media progressus finem ascensionis in sublimitatem, quæ unitionis gratia fit per universa, inveniat in Deo, in quo nulla est distinctio, dum sexualem feminini et masculini proprietatem, quæ ex principali ac primitiva ratione nequaquam suspensa est a Dei circa generationem hominis proposito, habitu circa divinam virtutem plane impatibili ubique et natura excutit, adeo ut secundum divinum propositum homo solus ostendatur ac fiat, feminini et masculini appellatione non distinctus, non magis præsentibus circa eum sectionibus in partes divisus quam qua est antea ratione, propter perfectam ad propriam, uti dixi, rationem secundum quam est cognitionem ; deinde paradisum cum terræ habitabilis orbe per castam conversationem unitum unam terram efficiat, quæ secundum partium ejus diversitatem sibi non sit distincta, sed potius congregata, ut qui ad nullam ejus partium patiatur aliquam subductionem : deinde cœlum et terram

VARIÆ LECTIONES.

[66] In apographo meo inveni ἀνθρώπου.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

coadunans per vitæ cum angelis similitudinem omni modo de virtute, pro hominum viribus, partam sensibilem conditionem unam et a semetipsa nullibi secernendam efficiat, quæ localiter plane ab illo non distet, qui spiritu levis factus est, nullaque corporali gravitate ad terram detrahitur, aut ab ascensione in cœlos prohibetur ob perfectam ad hæc mentis gnaviter ad Deum properantis invisibilitatem, et extensionis ad eum deinceps sapienter iter instituentis ita ut, quemadmodum in communi via, naturaliter de eo quod ante est ad id quod post est procedat : deinde intelligibilia et sensibilia ad hæc coadunans per similitudinem de cognitione cum angelis unam efficiat totam conditionem, quam indistinctam sibi habeat secundum cognitionem et ignorantiam, cum pari cum angelis et plene imbutus sit rerum quæ sunt rationum gnostica doctrina, qua veræ sapientiæ largissima effusio subsecuta, ut par est, de reliquo sincere eis qui digni sunt et immediate Dei præbeat notionem ad pernoscendum difficilem atque ineffabilem : et denique ad hæc omnia, conditam quoque naturam cum incondita per charitatem coadunans (o rem novam et admirandam divinæ circa nos clementiæ !) unum atque idem per gratiæ habitum ostendat, dum totum in totum sese Deum ac plene transfundit, et quidquid est Deus jam ipse fit, præter unam essentiæ identitatem, et totum ipsum pro se ipso Deum accipit, ascensionisque ad Deum institutæ tanquam præmium ipsum consequitur ac solum Deum, ut rerum motarum motionis finem, ac firmam et stabilem eorum quæ ad eum feruntur stationem, omnisque finis et regulæ et legis, sermonis atque mentis et naturæ finem, et infinitam interminatamque metam.

A πάντη πρὸς ἑαυτὴν τὴν αἰσθητὴν κτίσιν, μὴ διαιρουμένην αὐτῷ τοπικῶς τὸ παράπαν τοῖς διαστήμασι, κούφῳ γενομένῳ τῷ πνεύματι καὶ μηδενὶ βάρει σωματικῷ κατεχομένῳ πρὸς γῆν, καὶ τῆς πρὸς οὐρανοὺς ἀναβάσεως εἰργομένῳ διὰ τὴν πρὸς ταῦτα τοῦ νοῦ τελείαν ἀορασίαν γνησίως πρὸς τὸν Θεὸν ἐπειγομένου, καὶ σοφῶς ποιουμένου τῆς πρὸς αὐτὸν ἀνατάσεως ἐφεξῆς, ὡς ἐν ὁδῷ κοινῇ, φυσικῶς τοῦ [47] πρὸ αὐτοῦ τὸ φθάσαν ἐπίβασιν· εἶτα τὰ νοητὰ καὶ τὰ αἰσθητὰ πρὸς τούτοις ἑνώσας διὰ τὴν πρὸς ἀγγέλους κατὰ τὴν γνῶσιν ἰσότητα (**222** *b*) μίαν ποιήσῃ κτίσιν τὴν ἅπασαν κτίσιν, μὴ διαιρουμένην αὐτῷ κατὰ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀγνωσίαν, ἴσης αὐτῷ πρὸς τοὺς ἀγγέλους ἀνελλιπῶς γενομένης τῶν ἐν τοῖς οὖσι λόγων γνωστικῆς ἐπιστήμης, καθ' B ἣν ἡ τῆς ἀληθοῦς σοφίας ἀπειρόβωρος χύσις ἐπιγενομένη κατὰ τὸ θεμιτὸν ἀκραιφνῶς λοιπὸν τὴν περὶ Θεοῦ καὶ ἀμεσιτεύτως παρέχεται τοῖς ἀξίοις ἀδιάγνωστον καὶ ἀνερμήνευτον ἔννοιαν· καὶ τέλος ἐπὶ πᾶσι τούτοις, καὶ κτιστὴν φύσιν τῇ ἀκτίστῳ δι' ἀγάπης ἑνώσας (ὦ τοῦ θαύματος τῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας!) ἓν καὶ ταὐτὸν δείξειε κατὰ τὴν ἕξιν τῆς χάριτος, ὅλος ὅλῳ περιχωρήσας ὁλικῶς τῷ Θεῷ, καὶ γενόμενος πᾶν εἴ τί πέρ ἐστιν ὁ Θεὸς, χωρὶς τῆς κατ' οὐσίαν ταὐτότητος, καὶ ὅλον αὐτὸν ἀντιλαβὼν ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν, καὶ τῆς ἐπ' αὐτὸν τὸν Θεὸν ἀναβάσεως οἷον ἔπαθλον αὐτὸν μονώτατον κτησάμενος τὸν Θεὸν, ὡς τέλος τῆς τῶν κινουμένων κινήσεως, καὶ στάσιν βάσιμόν τε καὶ ἀκίνητον τῶν C ἐπ' αὐτὸν φερομένων, καὶ παντὸς ὅρου καὶ θεσμοῦ καὶ νόμου, λόγου τε καὶ νοῦ, καὶ φύσεως ὅρον καὶ πέρας ἀρίστόν τε καὶ ἄπειρον ὄντα.

Cum igitur naturaliter homo, postquam fabricatus est, circa immobile ut sui initium (Deum, inquam), non motus esset contra circa subjecta sibi, quorum imperium a Deo ei mandatum erat, innaturaliter sponte sua et insipienter motus sit, cum naturali facultate, quæ ei secundum nativitatem data erat ad discretorum unitionem in unitorum potius discretionem abuteretur, et in hoc negotio pene misere esset in non-exsistentiam relapsus, idcirco innovantur naturæ, et incredibili modo ac supra naturam circa id quod natura movetur immobiliter, ut ita dicam, movetur id quod secundum naturam suam plane immobile est, et Deus homo fit, ut hominem perditum salvum faciat, et generalis in universitate naturæ per semetipsum naturales jungens rupturas, et generales particularium prolatas rationes, quibus discretorum unitio instituenda erat, manifestans magnum Dei ac Patris consilium impleret, in sese omnia recolligens, tam cœlestia quam terrena, in quo etiam condita erant. Profecto igitur generalis qua cuncta in semetipsum congreget unitionis ex nostra discretione facto

Ἐπειδὴ τοίνυν φυσικῶς, ὡς δεδημιούργητο, περὶ μὲν τὸ ἀκίνητον, ὡς ἀρχὴν ἰδίαν (φημὶ δὲ τὸν Θεὸν) ὁ ἄνθρωπος οὐ κεκίνητο, περὶ δὲ τὰ ὑπ' αὐτὸν, ὧν αὐτὸς θεόθεν ἄρχειν ἐπετάγη, παρὰ φύσιν ἐκὼν ἀνοήτως κεκίνηται, τῇ πρὸς ἕνωσιν τῶν διῃρημένων δοθείσῃ αὐτῷ φυσικῇ δυνάμει κατὰ τὴν γένεσιν εἰς τὴν τῶν ἡνωμένων μᾶλλον διαίρεσιν παραχρησάμενος, καὶ ταύτῃ μικροῦ δεῖν ἐλεεινῶς εἰς τὸ μὴ ὂν πάλιν κινδυνεύσας μεταχωρῆσαι, διὰ τοῦτο καινοποιοῦνται φύσεις, καὶ παραδόξως ὑπὲρ φύσιν περὶ τὸ D φύσει κινούμενον ἀκινήτως, ἵν' οὕτως εἴπω, κινεῖται τὸ πάντη κατὰ φύσιν ἀκίνητον, καὶ Θεὸς ἄνθρωπος γίνεται, ἵνα σώσῃ τὸν ἀπολόμενον [48] ἄνθρωπον, καὶ τῆς κατὰ τὸ πᾶν (**223** *a*) καθόλου φύσεως· δι' ἑαυτοῦ τὰ κατὰ φύσιν ἑνώσας ῥήγματα, καὶ τοὺς καθόλου τῶν ἐπὶ μέρους προφερομένους λόγους, οἷς ἡ τῶν διῃρημένων γίνεσθαι πέφυκεν ἕνωσις, δείξας τὴν μεγάλην βουλὴν πληρώσῃ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, εἰς ἑαυτὸν ἀνακεφαλαιώσας τὰ πάντα, τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ καὶ ἐκτίσθησαν. Ἀμέλει τοι τῆς καθόλου τῶν πάντων πρὸς ἑαυτὸν ἑνώσεως ἐκ τῆς ἡμῶν ἀρξά-

VARIÆ LECTIONES.

[47] Hic mendum aliquod latet. [48] ἀπολλύμενον cod. Gud., nec semel ita.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μενος διαιρέσεως γίνεται τέλειος ἄνθρωπος, ἐξ ἡμῶν δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς, πάντα τὰ ἡμῶν ἀνελλιπῶς ἔχων, ἁμαρτίας χωρὶς, τῆς κατὰ φύσιν ἀκολουθίας γαμικῆς οὐδόλως εἰς τοῦτο προσδεηθείς· ὁμοῦ τε καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ δεικνὺς, ὡς οἶμαι, τυχὸν ὡς ἦν καὶ ἄλλος τρόπος τῆς εἰς πλῆθος τῶν ἀνθρώπων αὐξήσεως προεγνωσμένος Θεῷ, εἰ τὴν ἐντολὴν ὁ πρῶτος ἐφύλαξεν ἄνθρωπος καὶ πρὸς κτηνωδίαν ἑαυτὸν τῷ κατὰ παράχρησιν τρόπῳ τῶν οἰκείων δυνάμεων μὴ κατέβαλε, καὶ τὴν κατὰ τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διαφορὰν τε καὶ διαίρεσιν τῆς φύσεως ἐξωθούμενος, ἧς πρὸς τὸ γενέσθαι, καθάπερ ἔφην, ἄνθρωπος, οὐδόλως προσ[illegible]ῆ, ὧν δὲ ἄνευ εἶναι τυχὸν ἐστι δυνατὸν, ταῦτα εἰς τὸ διηνεκὲς παραμεῖναι οὐκ ἀναγκη. Ἐν γαρ Χριστῷ Ἰησοῦ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *οὔτε ἄῤῥεν οὔτε θῆλυ*. Εἶτα τὴν καθ' ἡμᾶς ἁγιάσας οἰκουμένην διὰ τῆς οἰκείας ἀνθρωποπρεποῦς ἀναστροφῆς μετὰ θάνατον εἰς τὸν παράδεισον ἀπαραποδίστως χωρεῖ, καθὼς τῷ ληστῇ ἀψευδῶς ἐπηγγείλατο, *Σήμερον*, φήσας, *ἔσῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ*. Ἐντεῦθεν ὡς κατ' αὐτὸν λοιπὸν μὴ ἐχούσης πρὸς τὸν παράδεισον διαφορὰν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης πάλιν ἐπ' αὐτῆς ἐφάνη τοῖς μαθηταῖς συνδιαιτώμενος μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, δεικνὺς ὡς ἡ γῆ μία οὖσα τυγχάνει πρὸς ἑαυτὴν ἀδιαίρετος, τὸν καθ' ὃν ἐστι λόγον τῆς κατὰ (223 *b*) τὴν διαφορὰν διαιρέσεως ἐλεύθεραν διασώζουσα. Εἶτα διὰ τῆς εἰς οὐρανὸν ἀναλήψεως τὸν οὐρανὸν ἥνωσε δηλονότι καὶ τὴν γῆν, καὶ μετὰ τοῦτο [a] τοῦ γηΐνου σώματος τοῦ ἡμῖν ὁμοφυοῦς τε καὶ ὁμοουσίου χωρήσας εἰς οὐρανὸν μίαν οὖσαν τῷ κατ' αὐτὴν καθολικωτέρῳ λόγῳ πᾶσαν τὴν αἰσθητὴν φύσιν ἀπέδειξε, τῆς τεμνούσης αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ διαιρέσεως ἀμαυρώσας τὴν ἰδιότητα. Ἔπειτα πρὸς τούτοις, τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητὰ καθεξῆς διὰ πάντων τῶν κατ' οὐρανὸν θείων καὶ νοητῶν ταγμάτων διελθὼν μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, τουτέστι τελείας τῆς ἡμετέρας φύσεως, ἥνωσε, τὴν πρὸς τὸ ἓν τῆς ὅλης κτίσεως κατὰ τὸν ἑαυτῆς ἀρχικώτατόν τε καὶ καθολικώτατον λόγον σύννευσιν δείξας ἐν ἑαυτῷ παντελῶς ἀδιαίρετόν τε καὶ ἀστασίαστον. Καὶ τέλος ἐπὶ πᾶσι τούτοις κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τῆς ἀνθρωπότητος πρὸς αὐτὸν γίνεται τὸν Θεὸν, ἐμφανισθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν δηλονότι, καθὼς γέγραπται, τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὡς ἄνθρωπος, ὁ καθ' οἱονδήποτε τρόπον μηδέποτε τοῦ Πατρὸς ὡς Λόγος χωρισθῆναι δυνάμενος, πληρώσας ὡς ἄνθρωπος ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ καθ' ὑπακοὴν ἀπαράβατον ὅσα προώρισεν αὐτὸς ὡς Θεὸς γενέσθαι, καὶ τελειώσας πᾶσαν βουλὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀχρειωσάντων τῇ παραχρήσει τὴν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν φυσικῶς πρὸς τοῦτο δοθεῖσαν δύναμιν, καὶ πρῶτον ἑνώσας ἡμῖν ἑαυτοὺς [b] ἐν ἑαυτῷ διὰ τῆς ἀφαιρέσεως τῆς κατὰ τὸ ἄῤῥεν καὶ τὸ θῆλυ διαφορᾶς, καὶ ἀντὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, οἷς ὁ τῆς διαιρέσεως ἐνθεωρεῖται μάλιστα τρό-

principio, perfectus homo fit, ex nobis propter nos ad nos, qui omnia nostra plene habeat, peccati expers, naturalis conjugii convenientiam nequaquam in hoc necessariam habens : pariter et eodem modo ostendens fortasse, uti mihi videtur, alium quoque Deo fuisse modum in multitudinem incrementi hominum antea constitutum, si primus homo præceptum custodivisset neque ad brutorum animalium stoliditatem secundum abusionis facultatum suarum modum descendisset, et differentiam masculini ac feminini et distinctione naturæ sustulisset, quam, uti dixi, homo ad generationem nequaquam necessariam habuisset quibusque egere fortasse possumus. Ea in perpetuum servari non necesse est. *Nam in Christo Jesu*, inquit divinus Apostolus, *neque masculinum neque femininum* [d]. Deinde nostro terrarum orbe sanctificato per suum post mortem, ut fert humana conditio, reditum in paradisum expedite ingreditur, quomodo latroni veraciter annuntiavit, *Hodie*, dicens, *mecum eris in paradiso* [e]! Inde cum de reliquo noster terrarum orbis a paradiso nihil illi distaret, rursus in hac terra apparuit et cum discipulis conversatus est [f], postquam de mortuis resuscitatus est, et terram unam esse eamque a se ipsa non discretam monstravit, quæ eam secundum quam est rationem differentiali distinctioni liberam servet. Deinde in cœlum receptus adeo cœlum, uti apparet, cum terra univit, cumque terreno, cujus et essentia et natura eadem est quæ nostra, corpore in cœlum ingressus sensibilem omnem naturam cum generaliori sua ratione unam et eamdem esse demonstravit, distinctionis quæ in semetipso eam dividebat proprietatem obtundens. Deinde ad hæc, sensibilia et intelligibilia, per omnes deinceps cœli divinos atque intelligibiles ordines transgressus cum anima et corpore, hoc est perfecta nostra natura univit, et universæ conditionis secundum potentissimam suam et generalissimam rationem cum unitate conspirationem in semetipso plane indistinctam atque stabilem esse monstravit. Atque postremo ad hæc omnia, secundum humanitatis cogitationem, ad ipsum Deum accedit, Dei et Patris oculis nostri nimirum, ut scriptum est, gratia repræsentatus ut homo, qui nullo unquam modo, ut Sermo, de Patre secerni potest, postquam ut homo opere et veritate, nunquam læso obsequio quæcunque fieri ut Deus prædestinaverat implevit, omnemque Dei ac Patris voluntatem nostri gratia exsecutus est, qui potestatem naturaliter nobis a principio in hoc datam abusione irritam reddideramus, atque primum nos cum nobis in semetipso univit, differentia feminini et masculini sublata, proque viris et feminis, in quibus maxime differentiæ cernitur modus, homines solummodo propric ac vere repræsentavit,

[d] Galat. III, 28. [e] Luc. XXIII, 43. [f] Baruch. III, 38.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Apographum meum præbet μετὰ τοῦτο. [b] Apographum habet ἑαυτοῖς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad sui instar ab omni parte figuratos salvamque ejus ac prorsus sinceram imaginem ferentes, cui nullatenus ulla interitus nota adhæret, cumque nobis propterque nos omnem conditionem per medias partes ut propriarum partium extremitates complexus circum sese indissolubiliter inter se innectens paradisum et orbem terrarum, cœlum ac terram, sensibilia et intelligibilia, ut corpus et sensum et animam et mentem non aliter quam nos ipsi habens, quibus ut partibus extremitates singulis quibusque suas generaliter cognatas accommodans modo supra indicato cuncta Deo convenienter in semetipsum recollegit, unam esse omnem ostendens conditionem, quemadmodum alium hominem, partium singularum mutuo inter se nexu consummatam, ac subsistentiæ integritate atque plenitudine in se ipsam vergentem atque inclinantem, secundum unam atque simplicem atque indefinitam et indifferentem de non-exsistentia productionis cogitationem, qua unam eamdemque potest omnis conditio recipere rationem plane indistinctam, quod « Non fuisse » prius quam « Esse » habens.

Revera etenim sibi invicem secundum quidquid omnino, etiam si non ubique, coincidunt quæcunque post Deum sunt exsistentiasque suas per generationem a Deo habent, cum rerum quæ exsistunt nulla omnino, ne iis quidem exceptis quæ plurimi æstimandæ sunt, quæque superant, a generali ad summum gradum qui habitu caret relatione naturaliter libera sit, nec rerum utique exsistentium ne vilissima quidem ab generali et naturæ consentanea ad ea quæ vilissima sunt relatione destituatur omnino aut expers fiat. Quæcunque enim propriis peculiariter sunt discriminibus inter se distincta, ea generalibus atque communibus generaliter identitatibus sunt unita, adque unitatem et mutuam inter semet identitatem generali quadam ratione naturæ compelluntur; sic genera essentialiter sibi invicem unita unitatem habent et identitatem et individuitatem. Nihil enim eorum quæ universalia sunt et comprehendentia et generalia ullo simul cum eis modo discernitur quæ particularia sunt et comprehensa et specialia. Non enim amplius id potest generale esse quod ea quæ secernuntur naturaliter cogere nequeat, sed una cum ipsis secernitur, et de singularitate sua et unitate decedat. Omne enim generale secundum suam rationem totum indivisibiliter in totis sibi ipsi subjectis singulariter inest, et quod singulis privum est totum spectatur generaliter. Species autem secundum genus pariter differentiæ varietate solutæ mutuam capiunt identitatem. Individua vero secundum speciem mutuam secum ipsis congregationem capientia unum idemque cum ipsis inter sese ubique constant, naturæ communitate immutabiliter

πος, ἀνθρώπους μόνον κυρίως τε καὶ ἀληθῶς ἀποδείξας [81], κατ' αὐτὸν δι' ὅλου μεμορφωμένους καὶ σώαν αὐτοῦ καὶ παντελῶς ἀκίβδηλον τὴν (224 a) εἰκόνα φέροντας, ἧς κατ' οὐδένα τρόπον οὐδὲν τῶν φθορᾶς γνωρισμάτων ἅπτεται, καὶ σὺν ἡμῖν καὶ δι' ἡμᾶς τὴν ἅπασαν κτίσιν διὰ τῶν μέσων ὡς μερῶν ἰδίων τὰ ἄκρα περιλαβὼν καὶ περὶ ἑαυτὸν ἀλύτως ἀλλήλοις διασφίγξας παράδεισον καὶ οἰκουμένην, οὐρανὸν καὶ γῆν, αἰσθητὰ καὶ νοητά, ὡς σῶμα καὶ αἴσθησιν καὶ ψυχὴν καθ' ἡμᾶς ἔχων καὶ νοῦν, οἷς ὡς μέρεσι καθ' ἕκαστον τὸ ἑκάστῳ καθόλου συγγενὲς οἰκειωσάμενος ἄκρον κατὰ τὸν προαποδοθέντα τρόπον θεοπρεπῶς τὰ πάντα εἰς ἑαυτὸν ἀνεκεφαλαιώσατο, μίαν ὑπάρχουσαν τὴν ἅπασαν κτίσιν δεῖξας, καθάπερ ἄνθρωπον ἄλλον, τῇ τῶν μερῶν ἑαυτῆς πρὸς ἄλληλα συνόδῳ συμπληρουμένην καὶ πρὸς ἑαυτὴν νεύουσαν τῇ ὁλότητι τῆς ὑπάρξεως, κατὰ τὴν μίαν καὶ ἁπλῆν καὶ ἀπροσδιόριστον, τῆς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγωγῆς καὶ ἀδιάφορον ἔννοιαν, καθ' ἣν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν πᾶσα ἡ κτίσις ἐπιδέξασθαι δύναται λόγον παντελῶς ἀδιάκριτον, τὸ « Οὐκ ἦν » τοῦ « εἶναι » πρεσβύτερον ἔχουσα.

Πάντα γὰρ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ἀλλήλοις συνεμπίπτει καθ' ὁτιοῦν πάντως, εἰ καὶ μὴ πάντῃ, τὰ μετὰ Θεὸν ὄντα καὶ ἐκ Θεοῦ τὸ εἶναι διὰ γενέσεως ἔχοντα, μηδενὸς καθόλου τῶν ὄντων, μηδὲ τῶν ἄγαν τιμίων καὶ ὑπερβεβηκότων τῆς πρὸς τὸ ἄγαν ἄσχετον γενικῆς σχέσεως, παντάπασι φυσικῶς ἀπολελυμένου, μήτε μὴν τοῦ ἐν τοῖς οὖσιν ἀτιμοτάτου τῆς πρὸς τὰ ἀτιμιώτατα κατὰ φύσιν γενικῆς παντελῶς ἀπολιμπανομένου καὶ ἀμοιροῦντος σχέσεως. Πάντα γὰρ τὰ ταῖς οἰκείαις ἰδίως διαφοραῖς ἀλλήλων διακεκριμμένα ταῖς καθόλου καὶ κοιναῖς γενικῶς ταυτότησιν ἥνωνται, καὶ πρὸς τὸ ἓν καὶ ταὐτὸν ἀλλήλοις γενικῷ τινι λόγῳ φύσεως συνωθοῦνται, οἷον τὰ μὲν γένη κατὰ τὴν οὐσίαν ἀλλήλοις ἑνούμενα τὸ (224 b) ἓν ἔχει καὶ ταὐτὸν καὶ ἀδιαίρετον. Οὐδὲν γὰρ τῶν καθόλου καὶ περιεχόντων καὶ γενικῶν τοῖς ἐπὶ μέρους καὶ περιεχομένοις καὶ ἰδικοῖς παντελῶς συνδιαιρεῖται. Οὐ γάρ ἔτι γενικὸν εἶναι δύναται τὸ μὴ συνάγον τὰ διῃρημένα φυσικῶς, ἀλλὰ συνδιαιρούμενον αὐτοῖς, καὶ τῆς οἰκείας μοναδικῆς ἑνότητος ἐξιστάμενον. Πᾶν γὰρ γενικὸν κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον ὅλον ὅλοις ἀδιαιρέτως τοῖς ὑπ' αὐτὸ ἑνικῶς ἐνυπάρχει, καὶ τὸ [82] καθ' ἕκαστον ὅλον ἐνθεωρεῖται γενικῶς. Τὰ δὲ εἴδη κατὰ τὸ γένος ὡσαύτως τῆς ἐν τῇ διαφορᾷ ποικιλίας ἀπολυθέντα τὴν πρὸς ἄλληλα ταυτότητα δέχεται. Τὰ ἄτομα δὲ κατὰ τὸ εἶδος τὴν πρὸς ἄλληλα δεχόμενα σύμβασιν ἓν καὶ ταὐτὸν ἀλλήλοις πάντῃ καθέστηκε, τῇ ὁμοφυΐᾳ τὸ ἀπαράλλακτον ἔχοντα καὶ διαφορᾶς πάσης ἐλεύθερον. Τὰ δὲ συμβεβηκότα κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἀλλήλοις συγκριθέντα τὸ ἐνιαῖον ἔχει, τῷ ὑποκειμένῳ παντελῶς μὴ σκεδαννύμενον. Καὶ μάρτυς τούτων ἀψευδὴς ὁ ἀληθὴς θεηγόρος, ὁ μέγας καὶ ἅγιος Διο-

VARIÆ LECTIONES.

[81] Cod. Gud. a m. pr. habet ἀπέδειξε. [82] In cod. Gud. exstat ἐνυπάρχει πραγματειωδῶς, καὶ τὸ, cett. Ludevi. voc. πραγματειωδῶς, quod glossema videtur esse.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

νύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, ἐν τῷ περὶ τελείου καὶ ἑνὸς κεφαλαίῳ τῆς *Περὶ θείων ὀνομάτων πραγματείας* (55) οὕτωσὶ φάσκων· « Οὐδὲ γάρ ἐστι πλῆθος ἀμέτοχόν πη τοῦ ἑνός, ἀλλὰ τὸ μὲν πολλὰ τοῖς μέρεσιν ἓν τῷ ὅλῳ, καὶ τὸ πολλὰ τοῖς συμβεβηκόσιν ἓν τῷ ὑποκειμένῳ, καὶ τὸ πολλὰ τῷ ἀριθμῷ ἢ ταῖς δυνάμεσιν ἓν τῷ εἴδει, καὶ τὸ πολλὰ τοῖς εἴδεσιν ἓν τῷ γένει, καὶ τὸ πολλὰ ταῖς προόδοις ἓν τῇ ἀρχῇ, καὶ οὐδέν ἐστι τῶν ὄντων ὃ μὴ μετέχει πη τοῦ ἑνός. » Καὶ ἁπλῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, πάντων τῶν διῃρημένων καὶ μερικῶν οἱ λόγοι τοῖς τῶν καθόλου καὶ γενικῶν, ὡς φασι, περιέχονται λόγοις, καὶ τοὺς μὲν τῶν γενικωτέρων καὶ καθολικωτέρων λόγους ὑπὸ τῆς σοφίας συνέχεσθαι, τοὺς δὲ τῶν μερικῶν (**225** *a*) ποικίλως τοῖς τῶν γενικῶν ἐνισχημένους ὑπὸ τῆς φρονήσεως περιέχεσθαι, καθ' ἣν ἁπλούμενοι πρότερον, καὶ τὴν ἐν τοῖς πράγμασι τοῖς ὑποκειμένοις ἀπολύοντες συμβολικὴν ποικιλίαν, ὑπὸ τῆς σοφίας ἑνίζονται, τὴν εἰς ταὐτότητα τοῖς γενικωτέροις συμφυῆαν δεξάμενοι. Σοφία δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ φρόνησίς ἐστιν ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ καὶ τὰ καθόλου τῶν ὄντων συγέχων τῇ δυνάμει τῆς σοφίας, καὶ τὰ συμπληρωτικὰ τούτων μέρη περιέχων τῇ φρονήσει τῆς συνέσεως ὡς πάντων φύσει δημιουργὸς καὶ προνοητὴς, καὶ εἰς ἓν ἄγων τὰ διεστῶτα δι' ἑαυτοῦ, καὶ τὸν ἐν τοῖς οὖσι καταλύων πόλεμον, καὶ πρὸς εἰρηνικὴν φιλίαν τὰ πάντα καὶ ἀδιαίρετον συνδέων ὁμόνοιαν, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καθὼς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος.

tatem sortita et omni a diversitate libertatem. Accidentia vero secundum subjectum invicem sibi concreta singulare quoddam habent quod subjecto minime dissipetur. Atque testis horum locuples verax ac divinus vates magnus ille et sanctus Dionysius adest Areopagita, in capite de perfecto et uno operis *De divinis nominibus* conscripti sic disputans : « Neque enim multitudo unitatis quidem expers est, imo quod multa est partibus unum est in toto, quodque multa est accidentibus, unum est in subjecto, quodque multa numero sive potestatibus, unum est in specie, quodque multa est speciebus unum est in genere, quodque multa est incrementis, unum est in principio, nullumque eorum quæ exsistunt usquam aut unquam unitatis est expers. » Atque simpliciter, ut breviter dicam, omnium distinctarum et particularium rationes universalium et generalium, ut dicunt, rationibus comprehenduntur, ita quidem ut generaliorum magisque universalium rationes a sapientia, particularium contra rationibus generalium varie inhærentium rationes a prudentia comprehendantur, qua explicitæ prius symbolicaque in actionibus subjectis varietate soluta a sapientia in unum coguntur, in identitatem cum generalioribus cognationem adeptæ. Sapientia autem Dei ac Patris et prudentia est Dominus Jesus Christus, qui etiam universalia eorum quæ sunt sapientiæ potestate continet, et complectivas horum partes intelligentiæ prudentia comprehendit, ut cunctorum naturaliter artifex atque provisor, inque unum congregans per semetipsum ea quæ distant, ac bellum in eis quæ exsistunt profligans, et ad pacificum amorem inseparabilemque concordiam cuncta connectens, tam quæ in cœlis quam quæ in terra [8], ut ait divinus Apostolus.

Ἄλλη εἰς τὸ αὐτὸ ἄπορον θεωρία.

Καινοτομοῦνται πάλιν αἱ φύσεις, τῆς μὲν θείας δι' ἀγαθότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἄμετρον τῆς καθ' ἡμᾶς κατὰ θέλησιν ἑκούσιον σαρκικῆς ὑπερφυῶς ἀνεχομένης[83] γεννήσεως, τῆς ἡμετέρας δὲ παραδόξως ἄσπορον τῷ σαρκωθέντι Θεῷ ξένῳ παρὰ τὴν φύσιν θεσμῷ τὴν λογικῶς ἐψυχωμένην γεωργούσης σάρκα, κατὰ πάντα τὴν αὐτὴν ἡμῖν οὖσαν καὶ ἀπαράλλακτον χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ τὸ δὴ παραδοξότερον, μηδὲν τοῦ νόμου τῆς παρθενίας τῆς γενομένης μητρὸς διὰ τῆς γεννήσεως τὸ σύνολον μειωθέντος. Καινοτομία δὲ κυρίως οὐ μόνον τὸ γεννηθῆναι χρονικῶς κατὰ σάρκα τὸν ἀνάρχως ἤδη γεγεννημένον ἀφράστως ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Θεὸν Λόγον, ἀλλὰ καὶ τὸ δοῦναι σάρκα τὴν ἡμετέραν φύσιν ἄνευ σπορᾶς, καὶ τὸ τεκεῖν παρθένον ἄνευ φθορᾶς. Τούτων γὰρ ἕκαστον φανερὰν ἔχον τὴν καινοτομίαν τὸν καθ' ὃν γέγονεν (**225** *b*) ἄῤῥητόν τε καὶ ἄγνωστον λόγον παντελῶς ἀποκρύπτεται κατὰ ταὐτὸν καὶ ἀποδείκνυσι, τὸ μὲν τῷ ὑπὲρ φύσιν καὶ γνῶσιν τρόπῳ, τὸ δὲ τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, ᾧ πάντα τὰ ὑπὲρ φύσιν καὶ γνῶσιν ἁλίσκεσθαι πέφυκεν.

Altera in eamdem quæstionem contemplatio.

Innovantur rursus naturæ, divina, cum de bonitate et charitate immensa legibus naturæ solutis sponte per carnem humanam generari voluit, nostra, cum admirandum in modum carnem non satam, quæ prorsus cum nostra convenit nec nisi hoc uno ab ea differt quod peccatum non capiat, rationaliter animatam alieno præter naturam vinculo Deo qui caro factus est conciliet, quodque magis admirandum est, ita conciliet, ut virginitatis ejus quæ mater per generationem facta est nequaquam violaretur. Innovatio autem proprie est non solum quod is qui sine principio ineffabili modo ex Deo ac Patre Deus Sermo jam generatus erat temporaliter in carne generatus est, sed hoc quoque quod nostra natura carnem sine semine præbuit, et quod virgo inviolata peperit. Horum enim quodque manifestam præferens innovationem qua natus sit rationem arcanam atque incognitam omnino celat pariter atque demonstrat, alterum modo naturam atque cognitionem superante, alterum fidei ratione

[8] Coloss. I, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[83] In apographo exstat ἀνεχόμενος.

(55) Dionys. Areop. *De divin. nomin.*, cap. 13, § 2, p. 531, tom. I Opp. ed. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

qua quæcunque naturam atque cognitionem superant evincuntur. Sic igitur quæstionem quoad fieri potuit solvisse mihi videor, et qua alia ratione eam enarrem ignoro. At tuæ fortasse philosophiæ erit aut censuram agere eorum quæ disputavi, aut meliora de tuo ipsius penu sapientius invenire et exponere, et cognitionis sublimis omnisque terreni puræ fructum mecum communicare.

A Οὕτω μὲν οὖν, κατ' ἐμὲ φάναι, τὸ ἄπορον ὡς δυνατὸν ἐπιλέλυται, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἑτέρως αὐτὸ χρὴ διεξελθεῖν. Τῆς σῆς δ' ἂν εἴη φιλοσοφίας ἢ ἐγκρῖναι τὰ εἰρημένα, ἢ τὰ κρείττω παρ' ἑαυτῆς σοφώτερον ἐξευρεῖν τε καὶ φράσαι, καὶ μεταδοῦναί μοι καρπὸν γνώσεως ὑψηλῆς καὶ μηδὲν ἐχούσης ἐπίγειον.

Ejusdem, ex secundo in baptismum sermone, in illud: « Triplex nativitatis genus agnoscit Scriptura, primam ex corporibus, alteram ex baptismo, tertiam ex resurrectione. » Quibus deinceps addens nonnulla, et nativitates interpretans pergit: « Has porro cunctis nativitates honore a Christo meo affectas fuisse constat primam quidem per primam illam et vitalem insufflationem, secundam vero per incarnationem et baptismum, tertiam denique per resurrectionem quam ipse auspicatus est; nimirum, sicut primogenitus in multis fratribus exstitit, ita primogenitus quoque ex mortuis fieri non dedignatus. »

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὸ βάπτισμα β' λόγου, εἰς τό, « Τριττὴν γέννησιν ἡμῖν οἶδεν ὁ Λόγος, τὴν ἐκ σωμάτων, τὴν ἐκ βαπτίσματος, τὴν ἐξ ἀναστάσεως· » εἶτα ἐπεισπόντος τούτοις τινὰ, καὶ τὰς γεννήσεις ἑρμηνεύοντος, φῆσαι, « Ταύτας δὲ τὰς γεννήσεις ἁπάσας παρ' ἑαυτοῦ τιμήσας ὁ ἐμὸς Χριστὸς φαίνεται, τὴν μὲν τῷ ἐμφυσήματι τῷ πρώτῳ καὶ ζωτικῷ, τὴν δὲ τῇ σαρκώσει καὶ τῷ βαπτίσματι ὅπερ αὐτὸς ἐβαπτίσατο, τὴν δὲ τῇ ἀναστάσει ἧς αὐτὸς ἀπήρξατο, ὡς ἐγένετο πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, οὕτω καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γενέσθαι καταξιώσας (36). »

B

Quomodo in istis divinus hic magister uberiorem videtur eorum quæ antea dixerat repetitionem instituisse? Triplice etenim nativitate indicata, prima quidem ex corporibus, altera ex baptismate, tertia ex resurrectione, tanquam oblitus, per verba quæ superabundare videantur et quartam addidit, dicens: « Primam quidem per primam illam ac vitalem insufflationem. » Cujus enim cum tribus reliquis non meminerat nativitatibus, de ea, quasi supra significasset, addidit dicens: « Primam quidem per primam illam ac vitalem insufflationem. » Quo igitur modo magister id revera dixerit sciet plane qui virtute illum æquaverit, nec procul a sapiente ejus rerum divinarum peritia abstiterit. Sed quatenus ego intelligo pro infirmi intellectus mei debilitate, non otiosa videtur esse quarta illa quæ superaddita est nativitas, imo potius complere supra dictam illam ex corporibus nativitatem, interpretarique divinas in ea rationes ac modos. Qui enim propter factum primum Adam homo fieri dignatus, ejusque peccati gratia generari non dedignatus est, per factitationem is suam ad eum qui cecidit condescensionem, per generationem vero voluntariam suam exinanitionem in ejus qui condemnatus est gratiam designavit: factitatione quidem naturaliter in idem cum homine secundum vitalem insufflationem deductus, unde Dei imaginem nactus, ut homo, invenalem servavit semper libertatem et impeccantiam inviolatam; generatione autem secundum incarnationem hominis interitui obnoxii similitudinem sponte in servili suscepit forma eisdemque cum nobis affectibus naturalibus subjacere præter peccatum tanquam obnoxius, qui sine peccato erat, ultro passus est. Bipartito enim secundum utrumque ex partibus est compositus,

C

Πῶς ἐν τούτοις ὁ θεόφρων οὗτος διδάσκαλος δοκεῖ περιττοτέραν τὴν ἐπανάληψιν τῶν προῤῥηθέντων πεποιηκέναι; Τρισσὴν γὰρ εἰπὼν γέννησιν, τὴν ἐκ σωμάτων, τὴν ἐκ βαπτίσματος, τὴν ἐξ ἀναστάσεως, ἐπήγαγεν ὥσπερ ἐπιλαθόμενος διὰ τῆς δοκούσης περιττῆς εἶναι φράσεως καὶ τετάρτην, διὰ τοῦ φάναι, « Τὴν μὲν τῷ ἐμφυσήματι· τῷ πρώτῳ καὶ ζωτικῷ. » Ἧς γὰρ μετὰ τῶν τριῶν οὐκ ἐμνημόνευσε γεννήσεων ὡς περὶ προλεχθείσης ἐπήγαγεν εἰπών, « Τὴν μὲν τῷ ἐμφυσήματι τῷ πρώτῳ καὶ (226 a) ζωτικῷ. » Πῶς οὖν τοῦτο κατ' ἀλήθειαν εἰρηκεν ὁ διδάσκαλος, οἷδε πάντως ὁ κατ' ἀρετὴν αὐτῷ γεγονὼς παραπλήσιος, καὶ μὴ πόῤῥω τῆς αὐτοῦ περὶ τὰ θεῖα σοφῆς ἐπιστήμης διεστηκώς. Ὅσον δ' οὖν ἐμὲ γινώσκειν κατὰ τὸ τῆς ἐμῆς ἀσθενοῦς διανοίας ἀβληχρὸν, οὐκ οἶμαι περιττὴν εἶναι τὴν ἐπαχθεῖσαν τετάρτην γέννησιν, ἀλλὰ μᾶλλον συμπληρωτικὴν τῆς ἐκ σωμάτων προτεθείσης γεννήσεως, καὶ ἑρμηνευτικὴν τῶν ἐπ' αὐτῇ θείων λόγων τε καὶ τρόπων. Ὁ γὰρ τῆς γενέσεως ἕνεκεν τοῦ πρώτου Ἀδὰμ ἄνθρωπος γενέσθαι καταδεξάμενος, καὶ γεννηθῆναι τῆς αὐτοῦ παραβάσεως χάριν οὐκ ἀπαξιώσας, διὰ μὲν τῆς γενέσεως τὴν πρὸς τὸν πεσόντα συγκατάβασιν, διὰ δὲ τῆς γεννήσεως τὴν πρὸς τὸν καταδεδικασμένον ἑκούσιον κένωσιν ἐπεδείξατο· τῇ μὲν γενέσει φυσικῶς εἰς ταὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὴν ζωτικὴν ἀγόμενος ἔμπνευσιν, ἐξ ἧς τὸ κατ' εἰκόνα λαβὼν ὡς ἄνθρωπος ἄπρατον διέμεινεν ἔχων τῆς ἐλευθερίας, τῆς ἀναμαρτησίας καὶ ἄχραντον· τῇ δὲ γεννήσει κατὰ τὴν σάρκωσιν τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον τῆς φθορᾶς ὁμοίωσιν ἑκουσίως διὰ τῆς δουλικῆς μορφῆς ὑποδὺς τοῖς αὐτοῖς παραπλησίως ἡμῖν κατὰ θέλημα ὑποκεῖσθαι φυσικοῖς παθήμασι χωρὶς ἁμαρτίας, ὡς ὑπεύθυνος ὁ ἀναμάρτητος, ἠνέσχετο. Κατ' ἄμφω γὰρ ταῦτα μέρη τελῶν ἐκ μερῶν συνετέθη, καὶ γέγονε

D

(36) Greg., Naz. *Or.* 1 *in sanctum Baptisma*, cap. 2, p. 692, tom. I. Opp. edit. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τελείως νέος Ἀδὰμ, τὸν πρῶτον τοῖς κατ' ἄμφω μέρεσιν Ἀδὰμ ἐν ἑαυτῷ φέρων ἀμείωτον. Τῆς γὰρ πρὸ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ γενέσεως νόμῳ συγκαταβάσεως ἀνασχόμενος κατὰ τὴν πλάσιν τὸ ἀναμάρτητον φυσικῶς λαβὼν διὰ τῆς ἐμπνεύσεως, τὸ ἄφθαρτον οὐ προσέλαβε. (**226** *b*) Τῆς δὲ μετὰ τὴν παράβασιν ἐκ καταδίκης γεννήσεως κατὰ τὴν ἑκούσιον κένωσιν τὸ παθητὸν φυσικῶς εἰληφὼς τὸ ἁμαρτητικὸν οὐ προσείληφε, καὶ γίνεται νέος Ἀδὰμ, γένεσιν λαμβάνων τὴν αὐτὴν ἀναμάρτητον καὶ γεννήσεως τῆς αὐτῆς παθητῆς ἀνεχόμενος. Ἄμφω γὰρ ἀλλήλαις τελείως περὶ ἑαυτὸν ἐναλλὰξ τοῖς κατ' ἄμφω μέρεσιν συμπλέξας ἄμφω δι' ἀλλήλων τῇ ἐλλείψει τοῦ περὶ ἑκατέραν ἄκρου δυνατῶς ἐξιάσατο, τῆς μὲν πρώτης καὶ τιμίας τὴν δευτέραν καὶ ἄτιμον ποιούμενος σωστικήν τε καὶ ἀνανεωτικήν, τῆς δὲ δευτέρας τὴν πρώτην συστατικήν τε καὶ περιποιητικὴν καταστήσας. Ἄκρα δέ φημι τῆς μὲν γενέσεως πρώτης καὶ τιμίας ὑπαρχούσης τὸ ἄφθαρτον, ὡς ἀναμαρτησίας ἀρχὴ, τῆς δὲ γεννήσεως ὡς δευτέρας οὔσης καὶ ἀτίμου τὸ ἁμαρτητικὸν, ὡς παντὸς πάθους αἴτιον καὶ φθορᾶς. Ἅπερ εἰς ἑαυτὸν κατὰ τὴν σάρκωσιν μηδαμῶς εἰληφὼς ὁ Σωτὴρ καὶ τὰ δι' αὐτὰ καταδεξάμενος τῆς μὲν γενέσεως τὴν γέννησιν σωστικὴν ἐποιήσατο, τῷ κατ' αὐτὴν πάθει παραδόξως τὴν τῆς γενέσεως ἀφθαρσίαν ἀνανεούμενος, τῆς δ' αὖ πάλιν γεννήσεως τὴν γένεσιν περιποιητικὴν κατεστήσατο, τῇ κατ' αὐτὴν ἀναμαρτησίᾳ τὴν τῆς γεννήσεως καθαιτιάζων ἐμπάθειαν, ἵνα τὴν μὲν γένεσιν παντελῶς ἀνασώσηται, τῷ κατ' αὐτὴν θεοτελεῖ λόγῳ τὴν φύσιν διακρατοῦσαν, τῆς δὲ γεννήσεως τὴν ὑποπεσοῦσαν αὐτῇ φύσιν διὰ τὴν ἁμαρτίαν παντελῶς ἐλευθερώσῃ, τῷ κατ' αὐτὴν ἴσως τοῖς λοιποῖς ἐπὶ γῆς ζώοις ἐπιῤῥύτῳ τῆς σπορᾶς τρόπῳ μὴ κρατουμένην. Συνάψας οὖν γένεσιν καὶ πλάσιν καὶ ἔμπνευσιν φυσικῶς τῇ (**227** *a*) σαρκώσει καὶ τῇ γεννήσει, κατὰ μόνην ἐπίνοιαν ἀλλήλων δίελε, καὶ εὑρήσεις κατὰ τὸν μέγαν διδάσκαλον τὴν τετάρτην γέννησιν, συμπληροῦσαν τὴν ἐκ σωμάτων, καὶ μόνῃ ἐπινοίᾳ τὴν ἀπ' αὐτῆς δεχομένην διάκρισιν κατὰ τὸν ἀποδοθέντα τρόπον. Λέγω δὲ ταὐτὸν εἶναι τὴν γένεσιν προσπινουμένην φυσικῶς τῆς ἐπεισάκτου γεννήσεως, ἧς ἴδιόν ἐστι τὸ ἐμφύσημα τὸ πρῶτον καὶ ζωτικόν.

A estque perfecte factus novus Adam, primum Adamum istis secundum utrumque partibus in semet ipso circumferens imminutum. Factitationis enim quæ ante Adami lapsum contigit lege figurationis sustinens condescensionem id quidem naturaliter per insufflationem recepit ut sine peccato esset, sed incorruptibilitatem haud pariter. Generationis autem post lapsum de damnatione institutæ voluntaria sua exinanitione affectus naturaliter cum recepisset, peccandi facultatem non simul recepit, et fit novus Adamus, eamdem videlicet factitationem sortitus peccato liberam, simulque generationem eamdem cum illo passus affectui obnoxiam. Utramque etenim circa semet atque vicissim partibus utriusque perfecte connectens ambabus per se ipsas utriusque extremitatis defectu mutuam et fortissimam attulit medelam, unius et honorabilis alteram et inhonoratam faciens conservatricem et renovatricem, alterius vero priorem constitutricem et vindicem collocans. Extremitates autem voco primæ conditionis et honorabilis incorruptibilitatem, ut quæ impeccantiæ principium est, generationis vero, ut secundæ et inhonorabilis, indolem peccandi, quippe quæ omnis passionis atque interitus causa est. Quibus a Salvatore cum caro fieret nequaquam receptis, et eis quæ per ea sunt admissis, conditionis quidem generationem fecit conservatricem, affectu ejus nimirum quemdam in modum factitationis renovans incorruptibilitatem; item generationis rursus conditionem constituit vindicem, impeccantia ejus statum generationis affectui obnoxium sanctificans, ut conditionem plene salvam faceret, divinæ sua perfectionis ratione conservantem naturam, a generatione vero naturam huic propter delictum subjectam plane liberaret, sationis modo, inde fortasse reliquis in terra animalibus adventitio, non domitam. Quod si conditionem et figurationem et insufflationem naturaliter cum incarnatione et cum generatione conjunxeris, distingue has inter se sola cogitatione, et invenies, secundum magnum magistrum, quartam generationem, complere eam quæ ex corporibus fit, solaque cogitatione capientem istam ab se ipsa distinctionem eo quem enarravi modo. Status antem nihil differre conditionem quæ naturaliter ante superaddititiam illam generationem, cujus peculiare est insufflatio prima atque vitalis, animo concipitur.

B

C

Θεωρία εἰς τὸ, « Τρισσὴν γέννησιν ἡμῖν οἶδεν ὁ Λόγος. »

Καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, εἰ βούλοιο γνῶναι τῶν τοῦ διδασκάλου λόγων τὴν ἀκρίβειαν, ζήτει τίς ὁ κατ' αἰτίαν προηγούμενος τῆς ἀνθρώπου γενέσεως λόγος ἐστὶν, ὁ τῆς ἰδίας ἐντὸς μένων ἀεὶ μονιμότητος ἀνεκφοιτήτως, καὶ τίς ὁ κατὰ τὴν παιδευτικὴν οἰκονομίαν τῆς γεννήσεως αὐτοῦ διὰ τὴν ἁμαρτίαν τρόπος, ὁ τέλος ἔχων τὴν τοῦ παιδαγωγουμένου διόρθωσιν καὶ πρὸς τὸν λόγον τῆς αὐτοῦ γενέσεως τὴν τελείαν ἐπάνοδον, καὶ μαθήσῃ σαφῶς πῶς ὁ Θεὸς γενόμενος ἄνθρωπος κατ' ἄμφω τελείως γέγονε,

D *Contemplatio in illud: « Triplex nativitatis genus nobis agnoscit Scriptura. »*

Utque paucis absolvam, si magistri accuratam in disputando diligentiam cognoscere vis, quære quænam sit illa hominis generationem causaliter præcedens ratio, quæ in sua stabilitate perseverat nunquam egressura, et quis sit generationis ejus ex delicto secundum institutorium vel castigatorium Dei consilium modus, cujus finis est ejus qui instituitur emendatio adque rationem conditionis suæ perfectus reditus, et luculenter disces quomodo Deus cum homo fieret ex utroque perfectus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

factus sit, ad eum quem habebat revera conditionis rationem divini consilii modum sapienter reducens et tum jure admiraberis de magistri acumine, quod ea quæ naturaliter cohærent cogitatione segregans totam mysterii si quod aliud divini in nobis occulte manifestavit rationem. Corporalem enim generationem vitali insufflatione et incarnatione in mente distinguens generatorii modi a conditionis ratione differentiam obscure significavit. Quas nostra causa Deus naturæ renovator, verius dixerim novator, assumpsit, adque pristinum honorem incorruptibilitatis illam adduxit per sanctam suam quæ de nobis sumpta et rationabiliter animata erat carnem, eamque liberaliter insuper deificatione ornavit, de qua ad animæ instar in corpore inhabitante ipsi qui incarnatus est Deo excidere haud liceret, quæ totum inconfuse secundum unitionem circumiret, proque ipsius per eam manifestatione in tantum occultari reciperet in quantum ipse per eam manifestatus et occultationem suam egressus esse putatus est: et quid quodadmirabilius? quod naturaliter Deus exsistens, et homo tamen naturaliter fieri dignatus, neutrius naturæ naturales omnino fines per alteram migravit, sed totus Deus exsistens totus homo factus perseveravit? eo quod Deus est quominus homo fieret non prohibitus, neque profecto eo quod homo factus est deitate deminutus, unus et idem totus per utrumque semper consistens, et tamen revera utrumque et homo et Deus, naturaliter exsistens, neque essentiali partium naturalis differentiæ integritate divisus, neque singularitate substantiæ confusus, non mutatus in inferiorem naturam aut in id quod non esset delapsus. Carnis specie et forma divinum, haud præ se ferens consilium, et quæ alia ad subjectum recipiens, consummavit illud, sed ipsam proprie et revera assumptam humanam secum ipso naturam substantialiter coadunavit stabiliter et constanter et integre et inseparabiliter, atque essentiali ejus ratione ac fine ne dilaberetur continuit. Qua etiam corporalem, secundum sanctum hunc et magnum magistrum, nostram generationem honoravit, et homo vere factus et humanum in modum generatus, ut nos de generationis vinculis solveret, ac de lege qua nos ad feni instar ob peccatum seri et nasci consuevimus, quaque in parem cognatamque cum plantis atque brutis animalibus exsistentiam procreamur. Ut alicubi magnus magnorumque spectator Ezechiel divina mysteria initiatus causamque præsentis circa hominem Dei consilii edoctus, veluti ad Hierusalem verba faciens: *Hæcce, ait, Dominus dicit Hierusalem: Radix tua et generatio tua de terra Chananæa, pater tuus Amorrhæus et mater tua Hetthæa: in die de qua nata es, non ligatus est umbilicus tuus, et in aqua non es lota, nec sale salita, nec involuta pannis: et proje-*

Εἰ δὲ τούτοις στενοχωρούμενοι τοῖς λογισμοῖς, ὦ οὗτοι, φατὲ μὴ νεκρὸν εἶναι παντάπασι τὸ καταβαλλόμενον εἰς πρόφασιν τῆς ἀνθρωπίνης συστάσεως, ζωτικῆς δέ τινος κἂν ποσῶς μετέχειν δυνάμεως, ὡς ψυχὴν ἔχον δηλονότι τῆς τοιαύτης μεθέξει δυνάμεως (χωρὶς γὰρ ψυχῆς εἶδος ζωῆς οὐκ ἂν εἴη πώποτε καθάπαξ ἐν τοῖς ὑπὸ φύσιν ἀναγομένοις καὶ τῆς οὐρανίου δῆλον ἀεικινήτου περιφορᾶς ἐντὸς διειλημμένοις, ἀεὶ δὲ ζωῆς εἶδος ἄνευ ψυχῆς τὸ παράπαν οὐκ ἔστι κατὰ τὴν λογικὴν ἀκολουθίαν), οἷον δ' ἂν ὑποτίθησθε ζωῆς εἶδος τὸ καταβαλλόμενον ἔχειν κατὰ τὴν σύλληψιν, ψυχῆς τινος μόνον ἰδιάτητα ἐνεφήνατε, συστατικὴν μὲν τῆς ἐν ᾗπέρ ἐστιν οὐσίας ἀφοριστικὴν δὲ τῶν μὴ τοιούτων διαφοράν. Εἰ δὲ (235 *a*) καὶ ψυχὴν ἔχειν τὸ ἔμβρυον βίας πρὸς τὸ δέον ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠθούμενοι λέγετε, τίνα τε καὶ ὁποίαν ταύτην, καὶ πῶς θεωρουμένην ἢ λεγομένην, ὑμᾶς λέγειν ἐστὶν ἀκόλουθόν τε καὶ πρόσφορον; Καὶ εἰ μὲν μόνην τὴν θρεπτικήν τε καὶ αὐξητικὴν ἔχειν αὐτὸ διαβεβαιοῦσθε ψυχήν, φυτοῦ τινος δηλονότι καὶ οὐκ ἀνθρώπου τῷ λόγῳ τούτῳ καθ' ὑμᾶς τὸ τρεφόμενον καὶ αὐξόμενον ἔσται σῶμα. Καὶ πῶς τοῦ φυτοῦ πατὴρ ὁ ἄνθρωπος ἔσται συνιδεῖν οὐκ ἔχω, πολλὰ σκοπῶν, ἐξ ἀνθρώπου παντελῶς τὸ εἶναι κατὰ φύσιν οὐκ ἔχοντος. Εἰ δὲ τὴν αἰσθητικὴν μόνην τῷ ἐμβρύῳ προσνέμετε ψυχήν, ἵππου πάντως ἢ βοὸς ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν χερσαίων ἢ ἐναερίων ζώων ψυχὴν ἔχων διειχθήσεται κατὰ τὴν σύλληψιν τὸ ἔμβρυον, καὶ πατὴρ οὐκ ἔσται κατὰ φύσιν ἀνθρώπου καθ' ὑμᾶς ὁ ἄνθρωπος, κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν ἀλλὰ φυτοῦ τινος, καθὼς ἔφην, ἢ ζώου τῶν ἐπὶ γῆς. Οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον ἢ φρενοβλαβέστερον; Τὸ γὰρ μὴ συνυπάρχειν διαβεβαιοῦσθαι τῇ πρώτῃ συστάσει τῶν ὄντων κατὰ τὴν ἑκάστου φυσικὴν διαφορὰν ἀπαραλείπτως τοὺς οἰκείους τῆς ὑπάρξεως ὁρισμοὺς, φύρειν ἐστὶν εἰς ἄλληλα τὰ πάντα, καὶ μηδὲν εἶναι κυρίως τῶν ὄντων ὅπερ ἐστί τε καὶ λέγεται διεσχυρίζεσθαι. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον κακὸν, διαβολὴν

A natura præditum est resarciente et virtute quadam habitum proprium compingendi revocandique, cum mortuum contra corpus id nullo modo efficiat, semel mortificatum, vitalique potestate prorsus destitutum, et idcirco inefficax. Quomodo vero et stabit quod natura dissipatum est atque nullo negotio dissolvitur, cum tanquam fundamenti in modum cogitatione nulla ante subjecta sit virtus vivifica, quæ circa sese naturaliter coagmentet diffusum atque constringat, in qua et exsistentia et formatio ab ea virtute quæ est universa sapienter fabricata inesse sortitæ sunt? In quacunque enim re postquam facta est generatio vere superstes est exsistentia corpori, in ea recte omnino principium quoque exsistentiæ inesse dicatur. Nam a quo separatum corpus dissolvitur, hujus, uti apparet, cum B exsistentia in generatione etiam coexstitisse plane est consentaneum.

Si autem, o isti, his argumentationibus coarctati quod hominis procreandi gratia seminatur mortuum esse negatis, vitalem vel quantulamcunque virtutem participare affirmantes, quod animam videlicet hujus virtutis communione habeat (sine anima enim nulla semel vitæ species tam in eis unquam quæ in naturam prolata quam quæ in orbe cœli semper mobile intus comprehensa sunt, reperiatur, ac semper vitæ species secundum rationis consequentiam exstat prorsus nulla nisi cum anima), qualemcunque vitæ C speciem supponitis inesse in conceptionis propagine, animæ alicujus solum proprietatem significastis, qua quidem ea in qua inest essentia struatur et eorum quæ non ejusmodi sunt differentia definiatur. Jam vero etiam si embryon anima præditum esse a veritate coacti (nam acriter vos urgere opus est) statuitis, qua et quali ista, et quomodo observata aut appellata convenienter sequitur ut doceatis. Atque si solam illud nutriendi et augendi animam habere affirmatis, plantæ alicujus profecto, non hominis, hac ratione secundum vos corpus illud quod nutritur et augetur erit. Et quomodo plantæ pater homo sit intelligere, quoquo consideratione vertor, equidem non habeo, cum de homine plane exsistentiam secundum naturam non habeat. Si contra sensualem solam in embryo inesse animam asseveratis, equi plane vel bovis vel alterius D alicujus animalium terrestrium aut volatilium animam habere embryon de conceptione manifestabitur, ac secundum naturam hominis per vos homo pater non erit, in prima coagmentatione, sed plantæ alicujus, uti dicebam, vel animalium terrestrium alicujus. Et quid hoc esset absurdius aut amentius? Non enim coexsistere plene cum prima eorum quæ sunt compositione pro uniuscujusque naturali differentia proprios exstantiæ fines asseverare, hoc omnia inter se confundere est, atque

VARIÆ LECTIONES.

[33] τῷ habet apographum cod. Gudiani.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

eorum quæ exstant nullum id proprie esse quod est affirmare. Et gravius malum, divinæ sapientiæ atque potestatis calumniam maximam manifesto id continere probabitur. Nam si omnibus quoquomodo exsistentibus antequam procreentur secundum Dei præcognitionem propria inest ratione perfectio, apparet quod etiam simul cum exsistentia secundum propriam rationem in originem producta plene ipsa virtute et actione habebunt perfectionem. Jam si perfectio inest secundum Dei præcognitionem in rebus exsistentibus, sed imperfectio secundum productionem in exsistentiam et originem, fit aut ut non ipsa illa sint quæ præcognita sunt, sed alia pro aliis, aut ut opificis hoc sit manifesta imbecillitas atque aperta, cum quod secundum præcognitionem præcognosset statim una cum generatione comparatum est, plenissime repræsentare non posset.

A τῆς θείας σοφίας τε καὶ δυνάμεως ἀρίδηλον ἔχον μεγίστην πάντως δειχθήσεται. Εἰ γὰρ πάντα τὰ ὁπωσοῦν ὄντα πρὸ γενέσεως αὐτῶν κατὰ τὴν πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ τῷ οἰκείῳ λόγῳ τὸ τέλειον ἔχει, δηλονότι καὶ ἅμα τῷ εἶναι κατὰ τὸν ἴδιον λόγον πρὸς γένεσιν παραγόμενα ἀπαραλείπτως αὐτῇ τῇ ἐνεργείᾳ τὸ τέλειον ἕξει. Εἰ δὲ τὸ μὲν τέλειον κατὰ τὴν πρόγνωσιν ἔχει τὰ ὄντα, κατὰ δὲ τὴν εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν τε καὶ γένεσιν τὸ ἀτελές, ἢ οὐκ αὐτὰ ἐκεῖνα ἔσται τὰ προγνωσθέντα, ἀλλ' καθ' ἑτέρων ἕτερα, ἢ τοῦ δημιουργοῦ πρόδηλος ἀσθένεια τοῦτο ἂν εἴη καὶ σαφής, μὴ δυνηθέντος κατὰ τὴν πρόγνωσιν τὸ προγνωσθὲν ἀθρόως ἅμα τῇ γενέσει κατὰ τὴν ἐνέργειαν (235 *b*) ὡς εἶναι πέφυκε κατὰ τὴν οὐσίαν, παραστῆσαι πληρέστατον.

Quæ quidem argumenta reformidantes si ad illud extremum confugitis, iniquum esse dicentes quod imago atque pars divina (intellectualem ita appellatis animam) cum fluxione atque sordida voluptate coexsistat, et honestius esse statuendum post quadraginta conceptionis dies insinuari illam, naturæ opificem aperte calumniari videbimini, argueminique quod horrendum blasphemiæ hujus, quæ palam est, periculum non temere subitis. Nam si matrimonium malum est, mala est, ut apparet, naturalis quoque procreationis lex : et si mala est ea naturalis procreationis lex, etiam is videlicet qui naturam effecit, ac legem procreandi ei dedit, in malitiæ apud vos crimen jure incurret. Et quid Manichæos et antiquiores, si ita est, aversamini hæreticos, propter hanc quodam modo, et unicam causam duo principia substituentes Deumque universarum rerum abnegantes, postquam vos ipsos idem quod illi, etsi non per eadem, statuere deprehendistis? Quod si hacpropter coexsistere per conceptionem cum corpore animam rationalem et intellectualem pudoris metu dicere refugitis, ne post quadraginta quidem dies, nec post novem graviditatis menses, nec post ipsam partus editionem, ante quadraginta purgationis dies partum habere rationalem atque intellectualem animam dicere audebitis. Intra hoc enim tempus ad Dei templum accedere infanti non licet, quippe impuro secundum legis sanctionem. Ita reliquum est ut ante dies purgationis completos partus nec rationalem nec intellectualem animam habere secundum argumentationis probabilitatem putetis, sed, ut paulo antea dixi, habere animam plantæ, aut irrationalis animalis alicujus de numero eorum quæ rerum natura comprehendit. Cujusmodi opinionis si forte inde occasionem sumpsistis quod magnus Moyses scripsit ab eo pœnas non esse repetendas qui gravidam mulierem cecidisset, ante quadraginta dies si propter plagam embryon in lucem ederet, sciendum est quod sapiens Moyses non rationalis ibi animæ in corpus ingressum, sed perfectam satisfigurationem absolvi intra id tempus

B Εἰ δὲ τούτους ὑφορώμενοι τοὺς ἐλέγχους ἐκ' ἐκεῖνο καταφύγοιτε τελευταῖον, φάσκοντες μὴ δίκαιον εἶναι τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ θεῖον (οὕτω τὴν νοερὰν καλοῦντες ψυχὴν) ῥεύσει καὶ ἡδονῇ ῥυπαρᾷ συνυπάρχειν, μετὰ δὲ τὰς τεσσαράκοντα τῆς συλλήψεως ἡμέρας ἐπεισκρίνεσθαι λέγειν εὐσχημονέστερον οἴεσθαι δεῖν, τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν σαφῶς αἰτιώμενοι φανήσεσθε, καὶ τὸν ἐντεῦθεν τῆς βλασφημίας ἀναφαινόμενον εἰκότως ὑπέχοντες φοβερὸν δειχθήσεσθε κίνδυνον. Εἰ γὰρ κακὸς ὁ γάμος, δηλονότι καὶ ὁ κατὰ φύσιν τῆς γενέσεως νόμος· εἰ δὲ κακὸς ὁ τοιοῦτος τῆς κατὰ φύσιν γενέσεως νόμος, ὁ τὴν φύσιν δηλονότι πεποιηκώς, καὶ δοὺς αὐτῇ νόμον γενέσεως, δικαίως ἂν καθ' ἡμᾶς αἰτιαθήσεται. Καὶ τί τοὺς ἀπὸ Μάνεντος καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ C αἱρετικοὺς, ταύτης ἕνεκα τρόπον τινὰ καὶ μόνης τῆς αἰτίας, δύο τῆς ἀρχὰς ὑποστησαμένους, καὶ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀρνησαμένους, ἀποστρεφόμεθα, τὸ αὐτὸ λέγοντας, εἰ καὶ μὴ διὰ τῶν αὐτῶν, καὶ ὑμᾶς εὑρηκότες; Εἰ δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας συνυπάρχειν τῷ σώματι κατὰ τὴν σύλληψιν τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ψυχὴν λέγειν δι' αἰσχύνης εὐλάβειαν παραιτεῖσθε μηδὲ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας, μήτε μετὰ τὸν ἐνναεμηνιαῖον τῆς κυοφορίας χρόνον, μήτε μὴν μετὰ τὸν τόκον, πρὸ τῶν μ' ἡμερῶν τοῦ καθαρισμοῦ φάναι τολμήσετε τὸ γεννηθὲν ἔχειν τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ψυχήν. Οὐ γὰρ προσιτὸν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ τέως ἐστὶ τὸ τεχθὲν, ὡς ἀκάθαρτον τῷ νόμῳ διοριζόμενον. Ὡς λοιπὸν μέχρι τῆς τῶν ἡμε- D ρῶν τοῦ καθαρισμοῦ συμπληρώσεως μὴ ἔχειν τὸ τικτόμενον τὴν λογικήν τε καὶ νοερὰν ψυχὴν κατὰ τὸν εἰκότα λόγον ὑπονοεῖν, ἀλλά τινος, ὡς ἔφην μικρῷ πρόσθεν, φυτοῦ ἢ ζώου ἀλόγου τῶν ἐν τοῖς οὖσι διειλημμένων. Εἰ δὲ πρόφασις (236 *a*) ὑμῖν τοῦ τοιούτου λόγου καθέστηκε τὸ γεγραφέναι τὸν μέγαν Μωϋσῆν, δίκας μὴ ἀπαιτεῖσθαι τὸν πλήξαντα τὴν κυοφοροῦσαν γυναῖκα, πρὸ τεσσαράκοντα ἡμερῶν εἰ συμβαίη διὰ τῆς πληγῆς αὐτὴν παρὰ τὸν καιρὸν ἀποθέσθαι τὸ ἔμβρυον, ἰστέον ὡς οὐ τὴν εἰς τὸ σῶμα τότε τῆς λογικῆς ψυχῆς γινομένην εἴσοδον ἐμφαίνων ὁ σοφὸς Μωϋσῆς, ἀλλὰ τὸν τέλειον τοῦ καταβληθέντος ἐξεικονισμὸν ἀπαρτίζεσθαι τότε δηλῶν,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τέως κατὰ τὸν πρόχειρον νῦν τοῦτο γέγραφε. Προσεπιτούτοις δὲ πᾶσι, δέδοικα τὸν τοιοῦτον προσδέξασθαι λόγον, μήπως ἡ τοῦ λόγου καθ' εἱρμὸν προβαίνουσα τάξις φοβερῶν ποιήσῃ με δικαίως ἐγκλημάτων ὑπεύθυνον, ὅπερ μὴ θέμις εἰπεῖν ὅσον ἐκ τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου με βιαζομένη τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν λέγειν, εἴπερ ἀληθῶς καθ' ἡμᾶς γενέσθαι κατηξίωσεν ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, κατὰ τὴν σύλληψιν ἄψυχον καὶ ἄνουν ἄνθρωπον γεγονέναι, καὶ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας οὕτως ἔχοντα μεμενηκέναι, τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν καὶ διδασκάλων διαῤῥήδην βοώντων, μᾶλλον δὲ τῆς δι' αὐτῶν λαλούσης τε καὶ λαλουμένης ἀληθείας, ἅμα τῇ καθόδῳ τοῦ Θεοῦ Λόγου κατὰ τὴν σύλληψιν ἀχρόνως διὰ μέσης ψυχῆς λογικῆς ἐνωθῆναι σαρκὶ τὸν Κύριον αὐτὸν καὶ Θεὸν Λόγον, ἀλλ' οὐ διὰ μέσης σαρκὸς ἀψύχου λογικὴν ψυχὴν προσδέξασθαι προσγινομένην, καὶ οὐκ ἄψυχον σῶμα παντελῶς ἢ ἄνουν ψυχὴν καὶ ἄλογον ἀνειληφέναι, ἀλλὰ τελείαν ἀνελλιπῶς τὴν φύσιν τὴν ἐκ ψυχῆς λογικῆς ἅμα καὶ σώματος συνισταμένην ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν ἀῤῥήτως ἑνῶσαι. Διὸ μάλιστα περιέχομαι τοῦ τῆς συνυπάρξεως λόγου, τοὺς ἐφ' ἑκάτερα δι' ἐναντίας ὄντας ἀλλήλοις τε καὶ τῇ μεσότητι προσφυῶς ἀποπεμπόμενος, αὐτὸν τὸν τῆς φύσεως ποιητὴν ἔχων τῷ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίῳ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ τοιούτου λόγου (**236** *b*) συνήγορόν τε καὶ διδάσκαλον ἀπαραλόγιστον, τὸν γενόμενον ἀληθῶς ἄνθρωπον, καὶ τὴν φύσιν τελείως ἔχουσαν ἅμα τῷ εἶναι κατὰ τὴν γένεσιν ὑφίστασθαι δι' ἑαυτοῦ βεβαιωσάμενον, καὶ μόνην καινοτομήσαντα τὴν καινοτομίαν τῆς φύσεως, λέγω δὴ τὴν διὰ σπορᾶς σύλληψιν καὶ τὴν διὰ φθορᾶς γέννησιν, ἅπερ ἡ φύσις μετὰ τὴν παράβασιν ἐπεσπάσατο, τῆς θείας ἀποπεσοῦσα καὶ πνευματικῆς εἰς πλῆθος αὐξήσεως, ἀλλ' οὐ τὸν λόγον τῆς φύσεως καθ' ὃν ἔστι τε καὶ γίνεσθαι πέφυκεν ἅμα τῷ εἶναι ἐκ ψυχῆς λογικῆς ὑφισταμένη καὶ σώματος.

significans [a], interim in hunc sensum hæc scripserit. Ad hæc vero omnia talem admittere sententiam reformido, ne qua sermonis serie procedens ordo horrendorum me criminum jure obnoxium faciat, quoad ex disputationis consequentia me dicere cogens Dominum nostrum ac Deum, quod dixisse nefas est, siquidem vere ad nos homo fieri dignatus est, peccati tamen expers, hoc est dixisse eum de conceptione inanimatum et mente non præditum hominem effectum fuisse, et per quadraginta dies hoc statu perseverasse, cum sancti Patres nostri atque doctores diserte conclament, imo ipsa per eos Veritas affirmet et affirmetur, simul cum Dei Verbi per conceptionem descensione statim et nullo tempore interjecto per mediam animam rationalem Dominum ipsum et Deum Verbum cum carne coisse, non vero per mediam carnem inanimatam animam rationalem accedentem recepisse, et non inanimatum prorsus corpus aut mentis expertem irrationalemque animam adoptasse, sed perfectam plene naturam ex anima rationali simul et corpore consistentem sibimet secundum substantiam ineffabili quodam modo coadunasse. Quamobrem maxime amplexor coexsistentiæ opinionem, cæterasque in utramque partem divergentes, quæ tam sibi invicem quam medio contraria sunt, ut consentaneum est, missas facio, et ipsum naturæ Conditorem suo quod sibi habet incarnationis mysterio patronum hujus opinionis atque doctorem infallibilem habeo, qui vere est homo factus, quique naturam, simul atque esse incepit, secundum generationem subsistere perfecte habentem per semetipsum confirmavit et solum naturæ innovationem inchoavit, conceptionem per sationem, inquam, atque generationem per interitum, quas natura post transgressionem sibi contraxerat, cum de divino et spirituali in multitudinem incremento delapsa esset, sed non naturæ rationem, secundum quam et est et fieri potest, simul cum exsistentia ex rationali anima atque corpore suscepisset.

Περὶ τοῦ πῶς καινοτομία γίνεται τῶν καινοτομουμένων πραγμάτων μενόντων ἀτρέπτων κατὰ τὴν φύσιν.

Πᾶσα γὰρ καθόλου φάναι καινοτομία περὶ τὸν τρόπον τοῦ καινοτομουμένου πράγματος πέφυκεν, ἀλλ' οὐ περὶ τὸν λόγον τῆς φύσεως γίνεσθαι, διόπερ ὁ μὲν λόγος καινοτομούμενος φθείρει τὴν φύσιν, οὐκ ἔχουσαν τὸν καθ' ὃν ἐστι λόγον ἀραδιούργητον, ὁ δὲ τρόπος καινοτομούμενος φυλαττομένου δηλαδὴ τοῦ κατὰ φύσιν λόγου θαύματος ἐνδείκνυται δύναμιν, ὡς τὴν φύσιν ἐνεργουμένην τε καὶ ἐνεργοῦσαν ὑπὲρ τὸν ἑαυτῆς ἀποδεικνὺς δηλονότι θεσμόν. Λόγος δὲ φύσεως ἀνθρωπίνης ἐστὶ τὸ ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ ἐκ ψυχῆς λογικῆς εἶναι τὴν φύσιν καὶ σώματος, τρόπος δὲ ἡ ἐν τῷ ἐνεργεῖν καὶ ἐνεργεῖσθαι φυσικῶς τάξις ἐστὶν, ἀμειβομένη τε πολλάκις καὶ ἀλλοιουμένη, τὴν δὲ φύσιν ἑαυτῇ παντελῶς οὐ συναμείβουσα.

Quomodo innovatio fiat dum res innovandæ firmæ natura ac stabiles maneant.

Omnis etenim, ut universe dicam, innovatio circa modum rei innovandæ, non circa rationem naturæ, fieri comparata est, quia ratio innovata naturam lædit, quæ eam secundum quam exsistit rationem non teneat intemeratam, modus vero innovandus, ita nimirum ut naturalis ratio servetur, miraculi ostendit virtutem, cum naturam nempe et actam et agentem ultra suam ipsius legem ac normam promoveat. Ratio autem humanæ naturæ est animam et corpus et ex anima rationali et corpore naturam esse, contra modus est ordo quo agitur naturaliter et agit, qui sæpenumero vertitur et immutatur, sed naturam una cum semetipso omnino non mutat. Quemadmodum etiam in quacunque re alia fieri solet,

[a] Exod. xxi, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quando Deus circa suam aliquid conditionem voluerit innovare Providentiæ gratia eorum quibus providetur, et ad demonstrandam suam quæ cuncta comprehendit ac permeat virtutem. Ita profecto virtutem exhibens miraculorum antiquitus atque ostentorum magnificentiis ratione innovationis est usus, cum ad alteram vitæ speciem juxta istam in carne et interitui obnoxiam Henoch et Eliam beatos viros transferret [o], non immutata eorum natura, sed vicissitudine instituendi ejus administrandique ; cum aquam ad submergendos improbos in terra homines quantitate multiplicari juberet [p] ; cum in arca simul cum feris agrestibus primum navitam Noe vitam degere haud infestatam ostenderet [q] ; cum Abraham et Saram magnos sui cultores partu honoraret præter ætatem ac legitimum prolis serendæ terminum naturæ ac tempus [r]; cum ignem desuper cadere in hominum impiorum submersionem juberet [s], nequaquam tamen per hoc imminutum ratione sua naturali, cum rubi ignem non urentem servi sui advocandi gratia accenderet [t] ; cum aquam in Ægypto in sanguinis mutaret qualitatem [u], naturam suam omnino non abnegantem, quippe quæ aqua maneret secundum naturam quamvis rubefacta, cumque cætera miracula illa atque ostenta perficeret, ut fidelibus spem e calamitatibus quibus obsidebantur evadendi, infidelibus vero sensum castigantis virtutis suæ præberet, ad dissolvendam eorum circa Deum qua tenebantur indurationem, mare virga dissecans atque aquæ cohærentiam separans, ita ut de peculiari sua natura haud degeneraret, cum in transgressum eorum qui propter sese ab instante hoste premebantur, tum in repressionem eorum qui nobilitatem ac libertatem impudenter persequebantur, aquam ligno dulcem reddens, et panem nullo aratro partum cœlitus pluens novum atque incognitum, et avium multitudinem esculentarum subito de mari ebulliens, extra naturalem singulorum ex se quo cohærent ordinem ac seriem in solatium eorum qui in deserto afflictabantur, aquæ matrem saxum ostendens, in obfirmationem fidei eorum qui in acie ordines deserebant, flumen retundens in siccum transgressum pii populi, solis atque lunæ cursum inhibens mirifice nullo obstaculo impeditum, et sistens cœli naturam semper immobilem adeo ut immota staret, in perniciem impiæ dominationis, Deo per ignorantiam aciem opponentis, idque ne prius ostenti omnium oculis objecti virtus cessaret quam perfecta foret clades, atque ut in posterum obtinerent hæreditatem ferociter annuntiatam. Et reliqua quotquot Deus tam in terra possessionis quam in cæteris in quas Israel vetus ob peccata veniebat, effecisse narratur, circa modum virtutis, sed non circa rationem exstantiæ innovando naturam eorum quæ innovabantur, Deus effecit. In quibus omnibus et post quæ illud, propter quod hæc sunt omnia et

A Καθάπερ καὶ ἐπ' ἄλλου παντὸς ἔχει πράγματος, ἡνίκα καινίσαι τι περὶ τὴν ἑαυτοῦ κτίσιν ὁ Θεὸς βουληθῇ προνοίας ἕνεκεν τῶν προνοουμένων, καὶ ἐνδείξεως τῆς ἐπὶ πάντα καὶ διὰ πάντων διηκούσης δυνάμεως. Ὥσπερ ἀμέλει παραδοξοποιῶν ταῖς ἀνέκαθεν τῶν θαυμάτων τε καὶ σημείων μεγαλειότησι καινοτομίας λόγῳ πεποίηκε, πρὸς ἕτερον εἶδος ζωῆς παρὰ τὸ ἐν σαρκὶ τῇ ὑπὸ φθορὰν μεταβιβάσας τὸν Ἐνὼχ τε καὶ τὸν Ἠλίαν τοὺς μακαρίους, οὐ κατ' ἀλλοίωσιν φύσεως, ἀλλὰ κατὰ (237 *a*) παραλλαγὴν τῆς κατ' αὐτὴν ἀγωγῆς καὶ διοικήσεως, ὕδωρ εἰς ἐπίκλυσιν τῶν ἐπὶ γῆς μοχθηρῶν ἀνθρώπων καθιστῶν τῷ ποσῷ πολλαπλάσιον, ἐν τῇ κιβωτῷ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἀποφαίνων τὸν πρῶτον πλωτῆρα Νῶε δίαιταν ἔχειν ἀλύμαντον, Ἀβραὰμ καὶ Σάρραν

B τοὺς μεγάλους αὐτοῦ θεράποντας παιδὶ τιμῶν παρ' ἡλικίαν καὶ τὸν νενομισμένον πρὸς παιδοποιίαν ὅρον τε καὶ χρόνον τῆς φύσεως, πῦρ τὴν ἐπὶ τὰ κάτω ποιεῖσθαι φορὰν εἰς ἐπίκλυσιν ἀσεβῶν παρασκευάζων, οὐδ' ὅλως τοῦ κατὰ φύσιν λόγου διὰ τοῦτο μειούμενον, τῆς βάτου πῦρ ἀκαύστως ἐξάπτων εἰς τὴν τοῦ θεράποντος πρόσκλησιν, ὕδωρ ἐν Αἰγύπτῳ πρὸς αἷματος μεταβάλλων ποιότητα, τὴν φύσιν αὐτοῦ παντελῶς μὴ ἠρνημένον, ὕδωρ· μεῖναν κατὰ φύσιν καὶ μετὰ τὴν φοινιξιν, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐκεῖσε θαυμάτων τε καὶ σημείων ἐπιτελῶν, πρὸς τὸ δοῦναι τοῖς μὲν πιστοῖς τῶν κατεχόντων δεινῶν ἐλευθερίας ἐλπίδα, τοῖς ἀπίστοις δὲ συναίσθησιν τῆς κολαζούσης δυνάμεως, πρὸς ἀπόθεσιν τῆς κατ-

C εχούσης αὐτοὺς περὶ τὸ Θεῖον πωρώσεως, θάλασσαν τέμνων ῥάβδῳ καὶ τὸ συνεχὲς διαλύων τοῦ ὕδατος, τῆς οἰκείας μὴ ἐξισταμένου φύσεως, εἰς δίοδον μὲν τῶν δι' αὐτὸν διωκομένων, ἐποχὴν δὲ τῶν ἀναιτίως διωκόντων τὸ εὐγενὲς καὶ ἐλεύθερον, ὕδωρ ξύλῳ γλυκαίνων, καὶ ἄρτον ἀνήροτον οὐρανόθεν ὗων ξένον καὶ ἄγνωστον, καὶ πλῆθος ὀρνέων ἐδωδίμων ἐξαίφνης τῆς θαλάττης ἐκβράζων, χωρὶς τῆς κατὰ φύσιν ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς, πρὸς παραμυθίαν τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ κακοπαθούντων, ὕδατος μητέρα τὴν πέτραν ἀποδεικνὺς, εἰς βεβαίωσιν πίστεως τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι λειποτακτούντων, ποταμὸν ἀνακόπτων πρὸς διάβασιν ἄβροχον λαοῦ θεοσεβοῦς, ἡλίου τε καὶ σελήνης δρόμον ἐπέχων ἀκώλυτον παραδόξως, τὴν ἀεικίνητον τοῦ περιέχοντος (237 *a*) φύσιν στήσας

D ἀκίνητον, πρὸς ὄλεθρον ἀσεβοῦς δυναστείας ἀμαθῶς ἀντιπαρατατομένης Θεῷ, καὶ πρὶν λάβῃ πέρας τῶν ὁρωμένων ἡ δύναμις, καὶ εἰς κατάσχεσιν τῆς πόρρωθεν ἀψευδῶς ἐπηγγελμένης κληρονομίας. Καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα δὴ πεποιηκέναι λέγεται, κατά τε τὴν γῆν τῆς κατασχέσεως καὶ τὰς λοιπὰς εἰς ὅσας ἦλθε παρανομήσας ὁ παλαιὸς Ἰσραὴλ, περὶ τὸν τρόπον τῆς ἐνεργείας, ἀλλ' οὐ περὶ τὸν λόγον τῆς ὑπάρξεως, τὴν φύσιν καινοτομήσας τῶν καινοτομηθέντων πεποίηκεν ὁ Θεός. Μεθ' ὧν ἁπάντων καὶ μεθ' ἃ τὸ δι' ὃ πάντα καὶ δι' οὗ καινότατον ὄντως μυστήριον τῆς αὐτοῦ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσεως ἐπιτελέσας περὶ τὸν τρόπον, ἀλλ' οὐ περὶ τὸν λόγον. τὴν φύσιν

[o] IV Reg. II, 11; Gen. v, 24. [p] Gen. v, passim. [q] Gen. VII, passim. [r] Gen. XVII, 17. [s] Gen. XIX, 24. [t] Exod. III, 2. [u] Exod. VII, 17.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐκαινοτόμησε, προσλήψει σαρκὸς διὰ μέσης ψυχῆς A per quod, novissimum revera mysterium sum-
νοερᾶς, ἀῤῥήτως κυηθεὶς ἄνευ σπορᾶς, καὶ γεννη- quo carnem propter nos ingressus est, circa mo-
θεὶς ἀληθῶς ἀνευ φθορᾶς ἄνθρωπος τέλειος, ψυχὴν dum perficiens, at non circa rationem, naturam
νοερὰν μετὰ σώματος ἐξ αὐτῆς τῆς ἀφράστου συλ- innovavit, carne per mediam animam intellectua-
λήψεως ἐσχηκώς. lem assumpta, ineffabili quodam modo sine satione
conceptus, et generatus vere sine corruptione homo perfectus, animam intellectualem cum
corpore ex ipsa quam interpretari non capit conceptione nactus.

—

Ὅτι πᾶσα φύσις τῷ οἰκείῳ λόγῳ διαπαντὸς ἔχει τὸ τέλος.

Πᾶσα γὰρ, καθολικῶς εἰπεῖν, φύσις, νοητή τε καὶ αἰσθητὴ, ἤγουν ἁπλῆ καὶ σύνθετος, καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἐκ μέρους τὴν πρὸς τὸ εἶναι τῆς γενέσεως ἀρχὴν, οὐδέποτε δέχεται, οὔτε μὴν ἐξ ἡμισείας μοίρας ὑφίστασθαι δύναται. Ἀλλ' εἰ μὲν σύνθετος B
φύσις ἐστὶν, ὅλη τελεία τελείοις τοῖς οἰκείοις μέρ-
σιν ἀθρόως συνυφίσταται, μὴ ἔχουσα πρὸς ἑαυτὴν ἢ
πρὸς ἄλληλα τῶν ἐξ ὧν ἐστι μερῶν τὴν οἱανοῦν
κατὰ τὸν χρόνον διάστασιν. Εἰ δὲ ἁπλῆ φύσις ἐστὶν,
ἤγουν νοητὴ, ὡσαύτως ἅμα τοῖς ἑαυτῆς ἀπαρα-
λείπτως λόγοις τελεία τελείοις ἀθρόως συνυφίστα-
σθαι πέφυκε, χρόνου τινὸς τὸ σύνολον αὐτὴν τῶν
οἰκείων λόγων, οὐδαμῶς διακρίνοντος. Οὔτε γὰρ ἦν
ποτε καθόλου τις φύσις ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε ἔστιν,
οὔτε ἔσται κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ὑπάρχουσα ὅπερ
νῦν οὐκ ἔστιν, οὔτε μὴν (**238** *a*) νῦν ἐστιν ἢ ἐς
ὕστερον ἔσται ὅπερ οὐκ ἦν πρότερον. Ὧν γὰρ οἱ
λόγοι παρὰ τῷ Θεῷ ἅμα τῷ εἶναι τὸ τέλειον ἔσχον,
τούτων ἡ κατὰ τοὺς οἰκείους λόγους παραγωγὴ καὶ
οὐσίωσις προσθήκης πάσης καὶ ἐλλείψεως τῆς πρὸς C
τὸ εἶναι ὅπερ ὄντα τυγχάνει παντελῶς ἐστιν ἀνεπί-
δεκτος. Ἀλλ' ἀρκεῖν οἶμαι κατὰ τὴν τοῦ λόγου
παρέκβασιν καὶ πρὸς τούτους τὰ νῦν ῥηθέντα, πρὸς
τὸ μὴ παρασύρεσθαι ῥᾳδίως εἰς ἀτόπους δόξας παρὰ
τῶν πίστιν ποιουμένων τὴν ἐν ταῖς κομψείαις τῶν
λόγων τεχνικὴν πιθανότητα.

Quod omnis natura propria semper ratione habeat finem.

Omnis enim, ut generatim loquar, natura, intelligibilis et sensibilis, vel simplex et composita, quocunque modo id est, ex parte nunquam capit initium generationis in exsistentiam, neque profecto ex dimidia parte subsistere potest. Sed si composita est natura, tota subsistit perfecta simul cum perfectis suis ipsius particulis, nec sui habet aut particularum ex quibus constat inter se ullam secundum tempus distantiam. Verum si simplex natura est, sive intelligibilis, pari modo una cum suis plene rationibus perfectis ipsa perfecta summatim subsistit, tempore prorsus nullo a suis rationibus utcunque separata. Neque enim erat unquam omnino aliqua natura in eis quæ exsistunt, neque est, neque erit secundum suam ipsius rationem tale quid exstans quod nunc non est, neque profecto nunc est aut in futuro erit quod antea non fuit. Quorum enim rationes apud Deum simul cum exsistentia perfectionem habuerunt, horum secundum suas rationes productio atque in essentiam prolatio additamenti omnis et defectus ad exsistentiam eam quam sortita sunt expertes et non capaces. Sed satis esse opinor quæ nunc secundum sermonis digressionem etiam adversum hos disputavi, ne facile in absurdas opiniones abstraherentur ab eis qui artificiosam probabilitatem in sermonum elegantiis pro fide habent atque commendant.

—

Διὰ τί συνῆψε τῇ σαρκώσει τὴν ἐκ βαπτίσματος γέννησιν ὁ διδάσκαλος.

Πρὸς τί δὲ βλέπων καὶ τίνος ἕνεκεν τῇ σαρκώσει συνῆψε τὴν ἐκ βαπτίσματος γέννησιν ὁ διδάσκαλος (τοῦτο γὰρ εἰς τὴν ἐξέτασιν ἔτι τοῦ προκειμένου D
λείπεται λόγου), συντόμως ὡς ἔμαθον ἐρῶ κατὰ
δύναμιν. Φασὶν οἱ τὰ θεῖα μυστικῶς περιέποντες
λόγια, καὶ τοῖς ὑψηλοτέροις, ὡς εἰκὸς, αὐτὰ σεμνύ-
νοντες θεωρήμασι, κατ' εἰκόνα Θεοῦ κατ' ἀρχὰς
γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἐπὶ τῷ πάντως γεννη-
θῆναι κατὰ προαίρεσιν πνεύματι, καὶ προσλαβεῖν τὸ
καθ' ὁμοίωσιν διὰ τῆς τηρήσεως τῆς θείας ἐντολῆς
αὐτῷ προσγενόμενον, ἵνα ᾖ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος πλάσμα
μὲν τοῦ Θεοῦ κατὰ φύσιν, Υἱὸς δὲ Θεοῦ καὶ Θεὸς διὰ
Πνεύματος κατὰ χάριν. Οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν ἄλλως
Υἱὸν ἀποδειχθῆναι Θεοῦ καὶ Θεὸν κατὰ τὴν ἐκ χάριτος
θέωσιν τὸν γενόμενον ἄνθρωπον, μὴ πρότερον κατὰ
προαίρεσιν γεννηθέντα τῷ Πνεύματι, διὰ τὴν ἐνοῦσαν
αὐτῷ φυσικῶς αὐτοκίνητον καὶ ἀδέσποτον δύναμιν.

Quare magister cum incarnatione conjunxerit generationem per baptismum.

Quo respectu et qua causa magister cum incarnatione conjunxerit generationem per baptismum (hoc enim restat adhuc quærendum in hac disputatione), id breviter ut didici pro viribus meis exponam. Qui divina mystice tractant oracula, ac sublimioribus, ut par est, contemplationibus honórant, hominem ad Dei imaginem in principio factum esse tradunt, cum plane secundum voluntatem generatus esset Spiritu, et similitudinem hanc accepisse attributam propter servatum Dei mandatum, ut idem homo figmentum quidem sit Dei secundum naturam, sed Filius Dei et Deus per Spiritum secundum gratiam. Non enim aliter Dei Filius ac Deus secundum gratiæ deificationem potuit designari homo factus, nisi antea secundum voluntatem esset Spiritu generatus, ob eam quam naturaliter in se habet potestatem liberi arbitrii. Hanc igitur

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

deificam atque divinam et immaterialem generationem cum primus homo deseruisset, quia eis quæ intellectus sunt et ob oculorum obtutu remota interim bonis prætulit sensibilem voluptatem et manifestam, corporali, quæ non nostri nempe sit arbitrii, ac materiali et fato concedenda generatione damnatur, justo Dei judicio, qui sponte pejora prætulerit melioribus, id est generationem passioni subjectam et servilem et coactam, in modum bestiarum terræ brutarum et pecudis mente carentis, prætulerit libertati ac generationi a passione liberæ et sui arbitrii et sanctæ, atque pro honore cum Deo et divino et ineffabili mercari voluerit parem cum insensatis bestiis et inhonoratam in materiam relegationem. Qua hominem liberare et ad beatitudinem divinam reducere volens Sermo, naturæ humanæ artifex, homo ex hominibus vere fit atque generatur corporaliter sine peccato propter hominem, et baptizatur, sponte subiens generationem pro nobis in adoptionem spiritualem, essentialiter Deus et Dei secundum naturam Filius, ut infirmaret corporalem generationem. Cum igitur qui nos fecit, quique solus Patri cum Spiritu par est et deitate et gloria Filius et Sermo, propter nos apud nos ex nobis vere homo fit, et corporaliter nascitur sine peccato, et generationem de baptismo in adoptionem spiritualem pro nobis subeundam suscepit naturaliter Deus, idcirco cum incarnatione, ut mihi videtur, magister conjunxit generationem ex baptismo, ut hoc infirmandæ expiandæque corporalis generationis gratia factum esse interpreteris. Nam quod Adam (generationem spiritualem in deificationem, inquam) sponte deseruit, ut corporali in interitum generatione damnaretur, hoc sponte sua, ut bonus et hominum amans, in nostro lapsu homo factus, seque ipsum cum nobis pariter condemnans, qui solus liber et sine peccato, et corporalem generationem subeundam suscipiens, in qua condemnationis nostræ adhuc vis inesset, spiritualem mystice generationem reparavit, atque solutis generationis corporalis pro nobis in semetipso vinculis per spiritualem voluntatis generationem nobis, qui credimus in ejus nomen, potestatem dedit ut Dei filii pro carnis ac sanguinis fieremus. Incarnatio igitur atque corporalis prius propter meam damnationem in Domino secuta est generatio, et sic quæ reliqua erat per baptismum spiritualis insecuta est generatio, pro salute mea secundum gratiam et revocatione, aut, ut magis perspicue dicam, refictione, qua Deus circa me copulat exsistentiæ meæ et bonæ exsistentiæ rationes, et eam quæ a me facta erat harum divisionem atque distantiam contrahit, perque hæc ad exsistentiæ æternæ rationem sapienter compellit, secundum quam neque parient amplius homines neque parientur, cum eorum quæ videntur ordo pariendi finem attigerit per magnam et communem resurrectionem, quæ in immortalitatem generet hominem secundum subsistentiam immutabilem,

Ἥνωται Θεοποιὸν καὶ θείαν καὶ ἄϋλον γέννησιν, διὰ τὸ προτιμῆσαι τῶν νοουμένων καὶ ἀδήλων τέως ἀγαθῶν τὸ κατ' αἴσθησιν τερπνὸν καὶ ἐπίδηλον. παραλιπὼν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, τὴν ἐκ σωμάτων ἐκτὸς ἀπροαίρετον καὶ ὑλικὴν καὶ ἐπίκηρον (**238** *b*) ἔχειν καταδικάζεται γέννησιν, ἀξίως κρίναντος τοῦ Θεοῦ τὸν ἑκουσίως τῶν κρειττόνων τὰ χείρονα προελόμενον, τὴν ἐμπαθῆ καὶ δούλην καὶ κατηναγκασμένην, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἐπὶ γῆς ἀλόγων τε καὶ ἀνοήτων κτηνῶν γέννησιν τῆς ἐλευθερίας καὶ ἀπαθοῦς καὶ αὐθαιρέτου καὶ ἁγνῆς ἀνταλλάξαι γεννήσεως, καὶ τῆς σὺν Θεῷ καὶ θείας καὶ ἀνεκλαλήτου τιμῆς τὴν μετὰ τῶν ἀνοήτων κτηνῶν ἄτιμον ἀντιλαβεῖν συμπαρενύλησιν. Ἥστινος τὸν ἄνθρωπον ἐλευθερῶσαι καὶ πρὸς τὴν θείαν εὐκλησίαν ἐπανάγειν βουλόμενος ὁ τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων δημιουργήσας Λόγος, ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων ἀληθῶς γίνεταί τε καὶ γεννᾶται σωματικῶς χωρὶς ἁμαρτίας διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ βαπτίζεται, τὴν εἰς υἱοθεσίαν πνευματικὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἑκουσίως ὑπερχόμενος γέννησιν, ὁ κατ' οὐσίαν Θεὸς καὶ Θεοῦ κατὰ φύσιν Υἱός, εἰς ἀθέτησιν τῆς ἐκ σωμάτων γεννήσεως. Ἐπειδὴ τοίνυν δι' ἡμᾶς ὁ ποιήσας ἡμᾶς καὶ μόνος τῷ Πατρὶ μετὰ τοῦ Πνεύματος ὁμόθεος καὶ ὁμόδοξος Υἱὸς καὶ Λόγος καθ' ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν ἀληθῶς ἄνθρωπος γίνεται, καὶ σωματικῶς γεννᾶται χωρὶς ἁμαρτίας, καὶ τὴν ἐκ βαπτίσματος εἰς υἱοθεσίαν πνευματικὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπελθεῖν καταδέχεται γέννησιν ὁ φύσει Θεὸς, διὰ τοῦτο συνῆψε τῇ σαρκώσει, καθὼς οἶμαι, τὴν ἐκ βαπτίσματος γέννησιν ὁ διδάσκαλος, ὡς εἰς ἀθέτησιν καὶ λύσιν τῆς ἐκ σωμάτων ἐπινοηθῆναι γεννήσεως. Ὅπερ γὰρ ὁ Ἀδὰμ (λέγω δὲ τὴν εἰς θέωσιν ἐκ πνεύματος γέννησιν) ἑκουσίως παραλιπὼν γεννᾶσθαι σωματικῶς εἰς φθορὰν κατεκρίθη, τοῦτο κατὰ θέλησιν ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος ἐν τῷ ἡμῶν παραπτώματι γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ συγκατακρίνας ἡμῖν ἑαυτὸν ἑκουσίως, ὁ μόνος ἐλεύθερος καὶ ἀναμάρτητος, καὶ τὴν ἐκ σωμάτων γεν- (**239** *a*) νηθῆναι καταδεξάμενος γέννησιν, ἐν ᾗ τὸ κράτος ὑπῆρχε τῆς ἡμῶν κατακρίσεως, τὴν ἐν πνεύματι μυστικῶς δωρηθῶσατο γέννησιν, καὶ τῆς σωματικῆς γεννήσεως λύσας ὑπὲρ ἡμῶν ἐν ἑαυτῷ τὰ δεσμὰ δέδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν διὰ τῆς κατὰ πνεῦμα γεννήσεως κατὰ θέλησιν, τέκνα Θεοῦ ἀντὶ σαρκὸς καὶ αἵματος γενέσθαι τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Σάρκωσις οὖν καὶ σωματικὴ πρότερον τῆς ἐμῆς ἕνεκα κατακρίσεως ἐπὶ τοῦ Κυρίου παρηκολούθησε γέννησις, καὶ οὕτως ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐν πνεύματι παραλειφθεῖσα ἐπηκολούθησε γέννησις. ὑπὲρ τῆς ἐμῆς κατὰ χάριν σωτηρίας καὶ ἀνακλήσεως, ἢ σαφέστερον εἰπεῖν ἀναπλάσεως· οἷα συνάπτοντος περὶ ἐμὲ τοῦ Θεοῦ τόν τε τοῦ εἶναί μου λόγον καὶ τὸν τοῦ εὖ εἶναι, καὶ τὴν γενομένην παρ' ἐμοῦ τούτων ἐνοποιοῦντος ταμὴν καὶ διάστασιν, καὶ διὰ τούτων πρὸς τὸν τοῦ ἀεὶ εἶναι λόγον σοφῶς συνελαύνοντος, καθ' ὃν οὐκέτι τὸ φέρειν ἔστι καὶ φέρεσθαι περὶ τὸν ἄνθρωπον, λαβούσης τέλος περὶ τὸ φέρεσθαι τῆς τῶν φαινομένων οἰκονομίας διὰ τῆς μεγάλης καὶ κοινῆς ἀναστάσεως, εἰς ἀθανασίαν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γεννώσης τὸν ἄνθρωπον καθ' ὑπερξιν ἀναλλοίωτον, δι' ὃν τῶν φαινομένων ἡ φύσις τὸ εἶναι κατὰ γένεσιν εἴληφε, καὶ μεθ' οὗ λήψεται χάριτι τὸ κατ' οὐσίαν μὴ φθείρεσθαι. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ τῶν εἰρημένων κατ' ἐπιτομὴν ἐπιμνησθέντες τὴν δύναμιν, κεφαλαιώσωμεν. Ἔχομεν τὴν ἐκ σωμάτων γέννησιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κατ' ἐπίνοιαν διαιρεθεῖσαν εἰς τὸν προηγούμενον τῆς φύσεως λόγον καὶ εἰς τὸν νῦν αὖθις ὑπάρχοντα καθ' ἡμᾶς, εἰς ὃν ἐτελεύτησε, καὶ πάλιν εἰς τὸν κατὰ φύσιν τῆς γενέσεως λόγον καὶ εἰς τὸν τῆς γεννήσεως τρόπον, προσέτι γε μὴν καὶ εἰς τοὺς διαφόρους τρόπους τῆς κατ' οὐσίαν γενέσεως τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος καὶ προσεπιτούτοις (**239** *b*) εἰς τὴν ἄνευ σπορᾶς σύλληψιν καὶ τὴν ἀνευφθορᾶς γέννησιν. Ἐφ' ὑμῖν οὖν ἐστιν ὡς κριταῖς δικαίοις τῶν λελεγμένων ἐπιβολῶν ἐγκρῖναι τὴν κρείττονα. B

qua rerum visibilium natura exsistentiam cepit originalem, et cum qua per gratiam impetrabit illud ut essentialiter non intereat. Sed si placet, eorum quæ disputavimus brevi facta commemoratione capita recolamus. Habemus corporalem nostri Salvatoris generationem cogitatione divisam in principalem naturæ rationem et in eam quæ nunc rursus penes nos exsistit, in quam est mortuus, et rursus divisam in naturalem generationis rationem et in generationis modum, præterea etiam in diversos modos essentialis originis mentis atque corporis, et in conceptionem denique sine satione et generationem sine interitu. Penes vos est igitur, ut penes æquos judices, expositarum opinionum quæ melior sit vestra censura probare.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Τί φάρμακα ἐπιζητεῖς, τὰ μηδὲν ὀνήσοντα; τί κριτικὸν ἱδρῶτα, ἴσως παρεστῶτος τοῦ ἐξοδίου; (39) »

Τοῦτο, καθὼς ἔφασκεν ὁ μακάριος γέρων, πρὸς τοὺς ὑπερτιθεμένους τὸ βάπτισμα, τὸ ῥητὸν τέθεικεν ὁ διδάσκαλος, ἐλπίδι τοῦ ζήσεσθαι τὸ βάπτισμα φιληδονίας ἕνεκεν ὑπερτιθεμένους, καί φησι, « Τί πάρ' ἄλλου δεῖ μαθεῖν τὴν ἔξοδον, τοῦ βίου δηλονότι, ἀλλ' οὐχ ὡς ἤδη παρούσης διανοῆ; Τί φάρμακα ἐπιζητεῖς, τὰ μηδὲν ὀνήσοντα; τί κριτικὸν ἱδρῶτα, ἴσως παρεστῶτος τοῦ ἐξοδίου; » Ἐπειδὴ γὰρ τέσσαρας ἡμέρας χρισίμους εἶναί φασιν ἰατρῶν παῖδες ἐν τοῖς πυρεκτιῶσι, τὴν δ', καὶ τὴν ζ', καὶ τὴν θ', καὶ τὴν ια', τυχὸν δὲ καὶ τὴν ιγ' (ἐν ταύταις γὰρ C ἂν εὕρωσιν ἐν τῷ νοσοῦντι, καθώς φασι, νενοτισμένον ἐξ ἱδρῶτος τὸ σῶμα τεκμηριοῦσι ζήσειν τὸν κείμενον), ἵνα οὖν μὴ τοῦτον ἐκδεχόμενος ὁ νοσῶν τὸν ἱδρῶτα κακοβούλως ὑπερτίθεται τὸ βάπτισμα, περίοδον οἰόμενος ἔχειν ἐτῶν, συμβουλεύει πάνυ σαφῶς ὁ διδάσκαλος τῷ κάμνοντι, μὴ τούτῳ τῷ ἱδρῶτι θαῤῥεῖν καὶ μάτην ἐρείδεσθαι, δυνατοῦ ὄντος ἀντὶ τούτου τὸν ἐξόδιον ἱδρῶτα συμβῆναι, τὸν βιοῦντα τῆς παρούσης ζωῆς τὸ τέλος, ἵνα μή, ὡς εἶπον, διὰ τοῦτον ἀπατώμενος ὁ νοσῶν τὸν ἱδρῶτα τῆς μὲν προδήλου καὶ θείας ζωῆς καὶ ἀεὶ διαμενούσης ἀλλοτριούμενος λάθῃ, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην καὶ ἐπίκηρον καὶ πάντως λυθησομένην εὑρεθῇ περιέκων, ἀκράτητον κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν καὶ ἀεὶ D διὰ φθορᾶς καὶ ἀλλοιώσεως ῥέουσαν, καὶ θᾶττον τὰς τῶν ἔχειν νομιζόντων χεῖρας (**240** *a*) διαφεύγουσαν ἢ ὄναρ ἀνυπόστατον βλέποντα.

Ejusdem ex eodem sermone, in illud : « Quid medicamenta quæris, nihil profutura? quid criticum sudorem, cum fortasse letalis adsit? »

Hoc, ut dixit beatus ille senex, adversus eos posuit dictum magister qui baptismum differrent, et spe vitæ voluptatis lenociniis se dedentes baptismum differrent, et : « Quid opus est, inquit, ut de exitu tuo ab alio certior fias, » id est de « exitu vitæ, ac non ipse potius de eo tanquam jam præsente cogitas? Quid medicamenta quæris, nihil profutura? Quid criticum sudorem, cum fortasse letalis adsit? » Cum enim quatuor dies medicorum filii in febricitantibus criticos esse dicant, quartam et C septimam et nonam et undecimam, fortasse decimam tertiam quoque (in his enim si, ut dicunt, corpus sudore madefactum reperiunt, convaliturum esse ægrotum conjectant), ne igitur hunc exspectans sudorem infirmus malo consilio usus baptisma differat, annorum opinatus habere commeatum, sapienter doctor ægrotanti consilium dat, ne huic sudori confidat et frustra innitatur, cum fieri possit ut mortis sudor ejus loco eveniat, præsentis vitæ finem prædicaturus; ne, ut dicebam, falsus eo ægrotans sudore a certa et divina et sempiterna vita imprudenter abalienatus humanam ac sorti obnoxiam et prorsus interituram curans inveniatur, impotentem naturaliter ac semper per interitum et immutationem fluentem, et celerius eorum qui eam D tenere sibi videntur manus effugientem quam vana somniantem noctis imago.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τὸ, « Οὐ γὰρ πολλάκις Χριστὸς φιλεῖ κλεπτόμενος, καὶ εἰ λίαν ἐστὶ φιλάνθρωπος. (40) »

Τί δήποτε, φασὶν ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενοί τινες, εἰ λίαν ἐστὶ φιλάνθρωπος ὁ Θεὸς, καὶ πηγὴ φιλανθρωπίας ἀνέκλειπτος, ὥστε μηδ' ὁτιοῦν ὑπὸ τῶν ἀρυομένων ἐλαττοῦσθαι, μὴ φιλεῖ κλεπτόμενος; Οὕτω γὰρ ἂν μᾶλλον τὸ φιλάνθρωπον ἐπεδείκνυτο,

Ex eodem sermone in illud : « Non enim sæpe Christus sibi aliquid subripi amat, tametsi mire benignus et facilis. »

Quid tandem, aiunt quidam, cum in hunc orationis locum pervenerunt, si valde benignus est Deus, et benignitatis fons perennis, adeo ut nullo modo possit exhauriri, sibi aliquid subripi non amat? Ita enim magis eluceret benignitas, non exhausta inde

(39) Greg. Naz. *Or. in sanctum Baptisma*, cap. 12, p. 699, tom. I. Opp., edit. Bened.

(40) Idem *ibid.*, cap. 33, p. 717, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quod volentibus subripiendi aliquid daret locum, præsertim cum salutare esset furtum) et quotiescunque voluissent. Quibus, Deo sermonem gratificante, respondemus quod hoc ipsum est benignitatis plenum, vel potius ipsa benignitas, et quoad eos qui aliquid subripere volunt salutaris providentiæ luculentissimum argumentum, non sinere volentes sæpius ut ei aliquid subripiant, ne forte, facili salutis alienatione, facillima fiat consequenter doni abjectio, quod videlicet nullo negotio recuperari queat, neve firmi ac stabilis in pulchro status ignari efficiantur qui donum acceperint, dum facile in nequitiam labantur eorum animi propter facilitatem possessionis pulchri de vilitate contemptæ.

A μὴ ἐλαττούμενον διὰ τοῦ διδόναι χώραν τοῖς ἐθέλουσι κλέπτειν, καὶ μάλιστα κλοπὴν σωτήριον, καὶ ἐσάκις ἂν θέλοιεν. Πρὸς οὓς Θεοῦ λόγον χαριζομένου φαμὲν, ὅτιπερ αὐτὸ τοῦτο φιλανθρωπίας πλῆρές ἐστι, μᾶλλον δὲ αὐτὸ **φιλανθρωπία** [34], καὶ τοὺς περί τι κλέπτειν [35] ἐθέλοντας, ἀγαθῆς προμηθείας ἔνδειξις σαφεστάτη, τὸ μὴ συγχωρεῖν τοῖς ἐθέλουσι πολλάκις αὐτὸν κλέπτειν, ὡς ἂν μὴ προχείρου τυγχάνοντος τοῦ σφετερισμοῦ τῆς σωτηρίας ῥᾴστη γένηται κατὰ τὸ εἰκὸς καὶ ἡ τοῦ δωρηθέντος ἀποβολή, ὡς εὐμαρῶς πάλιν ληφθῆναι δυναμένου, καὶ τῆς ἐν τῷ καλῷ ἀμεταθέτου καὶ παγίας ἕξεως ἀμαθεῖς ἀποφανθῶσιν οἱ τυγχάνοντες τῆς δωρεᾶς, εὐέμπτωτον εἰς κακίαν τὴν γνώμην ἔχοντες διὰ τὴν εὐμάρειαν τῆς τοῦ καλοῦ κτήσεως, τῷ εὐώνῳ καταφρονούμενης.

Ejusdem ex sermone in Pascha, in illud: « Nudum per simplicitatem et vitam artificio carentem, atque omnis integumenti et munimenti expertem. Talem enim esse conveniebat eum qui primum esset creatus. »

Quid magnus iste doctor his verbis occulte revelet solos illos nosse aio qui pari cum eo gratia et sapientiæ et cognitionis sunt impertiti, qui, postquam intellectuales oculos de omni passionum et materialis affectus sorde purgaverunt, cognitionis in universis veræ radium percipere potuerint, per quam simplice, quoad ejus fieri possit, et uniformi ratione mentem a multitudine retrahentes universam rerum quæ exstant scientiam simplice intelligentia complecterentur. Nos vero, quos ignorantiæ adhuc tenebræ veritatis perceptione prohibet, propter mentis circa sola fluctuantia agitationem, quemadmodum cæcus ambabus manibus quisquilias pertentans haud raro aliquid pretiosi invenire solet, sic nos quoque cum nostra infirmitate de præsenti quæstione aliquid dicere aggredimur. Atque nihil aliud omnino dicimus quam quod Deus nobis in manus dederit, secundum quod scriptum est, ad alendos pro virili parte ac facultate vos, patres bonos nostros, id est simplicem et modicam nobisque convenientem contemplationem, intelligentiæ nostræ contrectabili magis quam firmo certoque pede progrediente oratione institutam, quæque paternam invitet benedictionem, ne quæ naturæ minime convenienter sensibilium agrum sensibiliter in modum Esau perlustrantes, ob tarditatem parata privemur patris satiati benedictione [y], aut rursus animo superbia elato majorem potestatem quærentes ab eis damnum accipiamus qui nostrum adhuc contemplationis montem colunt, in modum Israel, de quibus lex narrat, quod irruperunt quidam et in montem ascenderunt, et exivit Amorrhæus illius montis incola atque vulneravit eos [z]. Suspi-

B *Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ εἰς τὸ Πάσχα λόγου, εἰς τὸ, « Γυμνὸν τῇ ἁπλότητι καὶ ζωῇ ἀτέχνῳ, καὶ δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος. Τοιοῦτον γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς. (41) »*

Τί μὲν διὰ τούτων ὁ μέγας οὗτος διδάσκαλος κρυφίως ἀποκαλύπτει, μόνους ἐκείνους εἰδέναι φημὶ τοὺς τὸ ἴσον αὐτῷ τῆς σοφίας εἰληφότας καὶ τῆς γνώσεως χάρισμα, οἳ διὰ τὸ πᾶσαν τὴν ἐκ παθῶν καὶ πάσης ὑλικῆς προσπαθείας λήμην ἀποθέσθαι τῶν νοερῶν ὀμμάτων τὴν ἀκτῖνα τῆς ἐν ὅλοις ἀληθοῦς γνώσεως χωρεῖν ἐδυνήθησαν, καθ' ἣν τῷ ἁπλῷ κατὰ τὸ ἐφικτὸν καὶ ἐνοειδεῖ λόγῳ τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν πολλῶν περιστείλαντες πᾶσαν τὴν ἐπιστημονικὴν C τῶν (**240** *a*) ὄντων ἁπλῇ συνέσει περιέλαβον εἴδησιν. Ἡμῖν δὲ οἷς ὁ ζόφος ἔτι τῆς ἀγνοίας ἐπιπροσθεῖ πρὸς τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατανόησιν, διὰ τὴν περὶ μόνα τὰ σαλευόμενα τοῦ νοῦ συστροφήν, ὥσπερ τυφλὸς ἅμφω τὼ χεῖρε φορυτὸν ὕλης ἀφάσσων εὑρίσκει πολλάκις τι τῶν τιμίων, οὕτως ἐπιχειροῦμεν καὶ ἡμεῖς μετὰ τῆς ἑαυτῶν ἀσθενείας εἰπεῖν τι περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος. Καὶ δὴ λέγομεν ἄλλο τὸ παράπαν οὐδὲν ἢ ὅπερ ὁ Θεὸς ἐν χερσὶν ἡμῶν παραδῷ κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρὸς τὸ θρέψαι κατὰ δύναμιν ἡμῶν τοὺς καλοὺς πατέρας ὑμᾶς, λέγω δὲ τῷ ψηλαφητικῷ λόγῳ τῆς ἐν ἡμῖν νοερᾶς δυνάμεως ἁπλοῦν καὶ ἀπέριττον θεώρημα καὶ ἡμῖν σύμμετρον, καὶ πατρικὴν εὐλογίαν προσ- D καλούμενον, μήπως ἀφυῶς τὸν ἀγρὸν τῶν αἰσθητῶν αἰσθητῶς κατὰ τὸν Ἡσαῦ περιοδεύοντες στερηθῶμεν διὰ βραδυτῆτα τῆς ἑτοίμης τοῦ τρεφομένου πατρὸς εὐλογίας, ἢ πάλιν δι' ὑψηλοφροσύνην τι μεῖζον τῆς δυνάμεως ἡμῶν ἐπιζητοῦντες ἐκ τῶν οἰκούντων ἔτι τὸ ὄρος ἡμῶν τῆς θεωρίας, τρωθῶμεν κατὰ τὸν Ἰσραὴλ, περὶ ὧν ὁ νόμος φησὶν ὅτι παραβιασάμενοί τινες ἀνέβησαν εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἀμορῥαῖος ὁ οἰκῶν ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ καὶ ἐτίτρωσκεν αὐτούς. Ὑπονοῶ τοίνυν ὅτι τὴν διαφορὰν τῆς

[y] Gen. xxvii, 31 seqq. [z] Deut. i, 43, 44.

VARIÆ LECTIONES

[34] Cod. Gud. αὐτοφιλανθρωπία. [35] περὶ τό τι κλέπτειν cod. Gud.

(41) Idem Orat. *in sanct. Pascha*, cap. 8, p. 850, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πρὸ τοῦ παραπτώματος κράσεως τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἐν τῷ προπάτορι Ἀδὰμ πρὸς τὴν νῦν θεωρουμένην ἐν ἡμῖν καὶ κρατοῦσαν ἐνδείξασθαι βουλόμενος ταῦτά φησιν ὁ διδάσκαλος, ὡς τότε δηλαδὴ τοῦ ἀνθρώπου ἐναντίαις καὶ φθαρτικαῖς ἀλλήλων κατὰ τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος μὴ διελκομένου ποιότησιν, ἀλλ' ὡσαύτως ἔχοντος δίχα ῥοῆς καὶ ἀπορῥοῆς, καὶ τῆς ἐφ' ἑκάτερα τούτων κατὰ τὴν τῶν ποιοτήτων ἐπικράτειαν συνεχοῦς ἀλλοιώσεως ἐλευθέρου τυγχάνοντος, οἷα δὴ τῆς κατὰ χάριν (241 *a*.) ἀθανασίας οὐκ ἀμοιροῦντος, καὶ τὴν νῦν μαστιγοῦσαν αὐτὸν τοῖς ἑαυτῆς κέντροις φθορὰν οὐκ ἔχοντος, ἀλλ' ἑτέραν δηλονότι πρέπουσαν αὐτῷ κρᾶσιν τοῦ σώματος, ἀμάχοις καὶ ἁπλαῖς ποιότησι συνεχομένην. Καθ' ἣν γυμνὸς ἦν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, οὐχ ὡς ἄσαρκος καὶ ἀσώματος, ἀλλ' ὡς τὴν πιχυτέραν τὴν σάρκα ποιοῦσαν καὶ θνητὴν καὶ ἀντίτυπον κρᾶσιν οὐκ ἔχων. Κατὰ τοῦτον τὸν μέγαν διδάσκαλον ἀτέχνως τε ἔζη μὴ διαπνεόμενος τὴν ἅπαξ οὐσιωδῶς δοθεῖσαν αὐτῷ φυσικὴν εὐεξίαν, καὶ περιβολῆς ὑπῆρχεν ἀπροσδεής, διά τε τὴν ἐνοῦσαν ἀπάθειαν αἰσχύνην μὴ ὑφορώμενος καὶ τὸ μὴ κρυμοῖς καὶ θάλπεσιν αὐτὸν ὑποκεῖσθαι, δι' ἃ μάλιστα τῆς τε τῶν οἴκων καὶ τῶν ἐσθημάτων περιβολῆς ὁ τρόπος τοῖς ἀνθρώποις ἐπινενόηται.

A cor igitur quod temperamenti corporis humani Adæ propatoris quale fuerit ante transgressionem differentiam ab eo quod in nobis hodie spectatur et obtinet significare volens magister hæc dicit, cum illo videlicet tempore homo qualitatibus contrariis et sibi invicem exitialibus secundum temperamentum corporis non distraheretur, sed quietus mancret, ab omni fluxu et defluxu intactus, et ab perpetua in hunc illumve pro principatu qualitatum immutatione liber, utpote qui secundum gratiam nec immortalitatis esset expers, nec haberet interitum qui nunc eum stimulis exagitat, verum aliud nimirum idoneum ipsi corporis temperamentum, concordibus simplicibusque qualitatibus constrictum. Secundum quod nudus erat B primus homo, non quasi sine carne ac corpore, sed ut crassius quod carnem efficit, mortalem et duram, temperamentum non habens. Secundum magnum hunc doctorem certe vivebat ita ut bona corporis ejus habitudo naturalis, qua semel essentialiter esset impertitus, non evanesceret, utque ipse integumento non egeret, cum nullis passionibus obnoxius pudorem haud metueret, neque frigoribus et æstubus subjectus esset, quorum in primis causa domuum et vestimentorum integumenti consuetudo ab hominibus excogitata est.

Ἄλλη περὶ αὐτοῦ θεωρία.

Ἢ μήποτε καὶ ἐκ τῶν νῦν περὶ τὸν ἄνθρωπον θεωρουμένων τὰ τότε περὶ αὐτὸν ὄντα τῇ περιαιρέσει τῶν νῦν περὶ αὐτὸν ὄντων παραδείκνυσιν ὁ διδάσκαλος. Κινεῖται γὰρ νῦν ὁ ἄνθρωπος, ἢ περὶ φαντασίας ἀλόγους παθῶν ἐξ ἀπάτης διὰ φιληδονίαν, ἢ περὶ λόγους τεχνῶν ἐκ περιστάσεως διὰ τὴν χρείαν, ἢ περὶ φυσικοὺς λόγους ἐκ τοῦ νόμου τῆς φύσεως διὰ μάθησιν, ὧν οὐδὲν κατ' ἀρχὴν εἰκότως ἐξ ἀνάγκης εἶχε τὸν ἄνθρωπον, ὑπεράνω πάντων γενόμενον. Οὕτω γὰρ ἔπρεπεν εἶναι τὸν ἀπ' ἀρχῆς, μηδενὶ τὸ σύνολον περισπώμενον τῶν ὑπ' αὐτὸν, ἢ περὶ αὐτὸν, ἢ κατ' αὐτὸν, καὶ πρὸς τελείωσιν ἑνὸς μόνου προσδεόμενον, τῆς πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτὸν, φημὶ δὲ τὸν Θεὸν, καθ' ὅλην τὴν ἀγαπητικὴν δύναμιν ἀσχέτου κινήσεως. Ἀπαθὴς γὰρ χάριτι ὢν ἀπάτην παθῶν φαντασίας δι' ἡδονῆς οὐ προσίετο· καὶ ἀπροσδεὴς ὑπάρχων τῆς περὶ τέχνας περιστατικῆς ἀνάγκης διὰ τὴν χρείαν ἐλεύθερος ἦν· καὶ σοφὸς ὢν τῆς περὶ τὴν φύσιν θεωρίας ὑπεράνω καθειστήκει διὰ τὴν γνῶσιν. Οὐδὲν οὖν εἶχεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος μεταξὺ Θεοῦ καὶ αὐτοῦ προβεβλημένον πρὸς εἴδησιν, (241 *b*) καὶ κωλύον αὐτοῦ τὴν δι' ἀγάπης αὐθαίρετον κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν κίνησιν γενησομένην συγγένειαν, καὶ διὰ τοῦτο « γυμνὸς τῇ ἁπλότητι » προσηγορεύθη τῷ διδασκάλῳ, ὡς ὑπεράνω πάσης τῆς κατὰ φύσιν ὑπάρχων ζητήσεως, καὶ « ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, » ὡς πάσης τεχνῶν ἐνδεοῦς καθαρεύων ζωῆς, καὶ « δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος, » οἷα τῆς πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθήσεων ἐμπαθοῦς συμπλοκῆς τυγχάνων ἐλεύθερος, οἷς ὑπῆχθη δικαίως ὕστερον, ἐλλείψας τὴν ἔλλειψιν,

Altera de eodem loco contemplatio.

Vel fortasse etiam ex eis quæ hodie in homine C spectantur comprehensione eorum quæ nunc in eo sunt instituta, magister significat ea quæ tum in eo fuerint. Movetur enim nunc homo, vel circa figmenta irrationalia passionum per fraudem voluptatis cupidine inductus, vel circa rationes artium ex circumstantia utilitate invitatus, vel circa naturales rationes ex lege naturæ cognitionis gratia, quorum nihil videlicet in principio hominem, rebus omnibus superiorem factum, necessitatis vinculo trahebat. Ejusmodi etenim conveniebat esse principem hominem, ut prorsus ab nullo eorum quæ aut subjecta sibi aut circum sese juxtave haberet distraheretur, et ad perfectionem uno solum indigeret, id est motione ad eum qui hominem superat, Deum, inquam, secundum omnem charitatis vim irrevocata atque victrice. Cum enim D per gratiam passionibus obnoxius nullis esset, fraudem passionum rerum inanium studio non admisit; et cum nihilo indigeret, artium quoque ab infesta propter indigentiam necessitate liber fuit; et cum sapiens esset, naturæ contemplatione erat superior factus per cognitionem. Nihil ergo primus homo inter Deum et semetipsum habebat ad scientiam objectum, quodque suam per charitatem voluntariam secundum motionem ad Deum futuram impediret cognationem, et idcirco « nudus simplicitate » a magistro est appellatus, utpote superior naturali desiderio factus omni, et « vita artificio carente, » utpote omni vita artibus indigente purus, et « omnis integumenti et muniminti

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

expers, » quippe qui liber erat a connexione affectibus plena sensuum cum sensibilibus, quibus postea est jure subactus, cum defectum passus esset, ac loco plenitudinis omnium vacuitatem sponte maluisset, inferior redditus quibus naturaliter ante superior erat.

καὶ τοῦ πλήρης εἶναι τὸ κενὸς πάντων γενέσθαι αὐθαιρέτως ἑλόμενος, κάτω γενόμενος ὧν ὑπεράνω φυσικῶς ὑπῆρχε γεγενημένος.

Alia de eodem loco contemplatio.

Vel fortasse « nudus, » ut magister, varia circa naturam contemplatione et cognitione, et « vita artificio carente, » extra multiplicem circa actionem et virtutem collocatus fraudem secundum habitum possidens virtutum rationes impollutas, « omnisque integumenti et munimenti expers, » intelligentia eorum quæ videntur sensuali ad cognoscenda divina principaliter non egens, solo simplice uniformis et simplicis, quæque secundum Deum sunt conservatricis, virtutis atque cognitionis munimento ornatus, quod activam et strenuam duntaxat motionem ad patefactionem voluntariam desiderat. Certe quicunque a generis nostri auctoris lapsu philosopha ratione resurgere cupiunt, primum passionibus prorsus, deinde occupatione circa artium rationes exui incipiunt, ac denique, postquam naturalem supra contemplationem se sustulerint, in immaterialem cognitionem introspiciunt, formæ sensu expressæ, vel cogitati prolatione sermonis comprehensi plane expertem, quemadmodum Deus principio primum effecerat hominem, cognitionis simplicitate vitaque indistracta, et lege carnis mortificata nudi facti. Haberem utique alio quoque modo, et sublimiore, de præsenti quæstione contemplandum, sed nunc quidem omittam ea de causa quam initio hujus sermonis sum præfatus.

Ἄλλη περὶ αὐτοῦ θεωρία.

Ἢ μήποτε « γυμνὸς, » ὡς φησιν ὁ διδάσκαλος, τῆς περὶ φύσιν ποικίλης θεωρίας καὶ γνώσεως, καὶ « ζωῇ τῇ ἀτέχνῳ, » τῆς περὶ πρᾶξιν καὶ ἀρετὴν πολυτρόπου μεθοδείας ὑπάρχων ἐκτὸς, κατὰ τὴν ἕξιν ἔχων τοὺς τῶν ἀρετῶν ἀμολύντους λόγους, καὶ « δίχα παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος, » τῆς ἐπ' αἰσθήσεσι τῶν φαινομένων διανοίας πρὸς κατανόησιν τῶν θείων, προηγουμένως οὐ χρῄζων, μόνην τὴν ἁπλῆν τῆς ἐνοειδοῦς καὶ ἁπλῆς καὶ συνεκτικῆς τῶν μετὰ Θεὸν ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως ἐχων προβολὴν, τῆς ἐπ' ἐνεργείᾳ μόνης κινήσεως πρὸς ἔκφανσιν αὐθαίρετον χρῄζουσαν. Ἀμέλει γοῦν ὅσοι φιλοσόφῳ λόγῳ τῆς τοῦ προπάτορος ἐγείρειν ἑαυτοὺς βούλονται παραπτώσεως, πρῶτον ἀπάρχονται τῆς τῶν παθῶν παντελοῦς ἀφαιρέσεως, εἶθ' οὕτως τῆς περὶ τοὺς λόγους τῶν τεχνῶν ἀσχολίας, καὶ τέλος τὴν φυσικὴν ὑπερκύψαντες θεωρίαν εἰς τὴν ἄϋλον παρακύπτουσι γνῶσιν, τὴν μὴ ἔχουσαν παντελῶς αἰσθήσει τυπουμένην μορφὴν, ἢ νόημα προφορᾷ λόγου χωρούμενον· καθὼς ἐξ ἀρχῆς τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἐποίησεν (242 *a*) ὁ Θεὸς, γυμνοὶ τῇ ἁπλότητι τῆς γνώσεως καὶ τῇ ἀπερισπάστῳ ζωῇ, καὶ τῇ νεκρώσει τοῦ νόμου τῆς σαρκὸς γενόμενοι. Ἦν μέντοι καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ὑψηλοτέρως θεωρῆσαι τὸ προκείμενον ἄπορον, ἀλλὰ παρείσθω τὰ νῦν[16] δι' ἣν ἀρχόμενος τοῦ λόγου προεῖπον αἰτίαν.

Ejusdem sermonis in illud : « Annuculus porro, ut sol justitiæ, vel e cœlo progrediens, vel quantum ad partem eam quæ oculis cernitur, circumscriptus ac definitus. »

Multa Salvatoris nostri sunt nomina, ac multiplex secundum suam cujusque interpretationem mysticæ contemplationis stat modus, quia multas secundum naturalem contemplationem rei per exemplum in nomen Domini sumptæ contemplamentorum licet admittere vias et interpretationes. Quemadmodum profecto in præsenti nostra quæstione se res habet. Cum enim propter brevitatem nondum possit sermo enarrare innumerabiles contemplamentorum circa solem modos, quo id magister sensu contemplatus sit nos quoque contemplemur, ea nimirum quæ complicate sunt dicta ab eo pro virili parte explicantes. Annus igitur, secundum sanctos et sapientes nostros doctores, solis est ab signo ipsius in signum circuitus, quintuplam secundum tempus proprietatem comprehendens. Tempus enim in diem et hebdomadam et mensem et

Τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τό· « Ἐνιαύσιον δὲ, ὡς ἥλιον δικαιοσύνης, ἢ ἐκεῖθεν ὁρμώμενον, ἢ τῷ ὁρωμένῳ περιγραπτόν (42). »

Πολλαὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰσιν αἱ προσηγορίαι, καὶ πολύτροπος ὁ ἐφ' ἑκάστῃ κατὰ τὴν αὐτῆς ἐπίνοιαν τῆς κατὰ θεωρίαν ἀναγωγῆς καθέστηκε τρόπος, διὰ τὸ πολλὰς κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν τοῦ παραδειγματικῶς εἰς προσηγορίαν τοῦ Κυρίου λαμβανομένου πράγματος ἐπιδέχεσθαι δύνασθαι θεωρημάτων ἐπιβολάς· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸ νῦν προκείμενον ἡμῖν ἄπορον ἔχει. Πολλοὺς γὰρ ὅσους οὐδέπω δυνατοῦ τυγχάνοντος τοῦ λόγου θεωρημάτων περὶ τοῦ ἡλίου τρόπους ἐκθέσθαι διὰ τὸ σύντομον, καθ' ἣν ὁ διδάσκαλος αὐτὸ ἐπίνοιαν ἐθεώρησε, καὶ ἡμεῖς θεωρήσωμεν, τὰ συνεπτυγμένως αὐτῷ δηλονότι ῥηθέντα κατὰ δύναμιν ἐξαπλοῦντες. Ἐνιαυτὸς τοίνυν ἐστὶ κατὰ τοὺς ἁγίους καὶ σοφοὺς ἡμῶν διδασκάλους ἡ τοῦ ἡλίου ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου εἰς τὸ αὐτὸ σημεῖον ἀποκατάστασις, τῆς κατὰ χρόνον πενταπλῆς ἰδιότητος περιεκτική. Ὁ γὰρ χρόνος εἰς ἡμέραν

VARIÆ LECTIONES.

[16] Cod. Gud. ταυτῶν.

(42) Idem *ibid.*, cap. 17, p. 853, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

καὶ ἑβδομάδα καὶ μῆνα καὶ καιρὸν καὶ ἐνιαυτὸν μερίζεταί τε καὶ συνάγεται· καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ὡσαύτως, εἰς ὥραν καὶ ἡμέραν καὶ ἑβδομάδα καὶ μῆνα καὶ καιρὸν, συνεχοῦς καὶ ἀδιαστάτου τῆς κατ' αὐτὸν μενούσης κινήσεως, περὶ ἣν αἱ κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν διαιρέσεις θεωρούμεναι τὴν συνεχῆ καὶ ἀδιάστατον ἠρίθμησαν τοῦ χρόνου κίνησιν. Εἰ δὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ παρ' ἡμῖν κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου φορὰν ἐνιαυτὸς γίνεται, ἐνιαυτὸς δηλαδὴ Κυρίου δεκτός ἐστι πάντως, ὡς γέγραπται, κατὰ τὸν τῆς ἀλληγορίας τρόπον, ἡ πᾶσα (242 *b*) τῶν αἰώνων παράτασις, ἀπ' ἀρχῆς ἧς εὐδόκησεν ὁ Θεὸς οὐσιῶσαι τὰ ὄντα, καὶ τοῖς μὴ οὖσιν ὕπαρξιν δοῦναι, καὶ διὰ τῆς προνοίας, ὥσπερ τις νοητὸς ἥλιος τῆς πρὸς διαμονὴν συνεχούσης τὸ πᾶν δυνάμεως, συγκαταβατικῶς ἐφεῖναι τὴν ἀκτῖνα ἀνεχόμενος, ποικίλαι τοὺς τρόπους ἀξιώσας πρὸς τελεσφόρησιν ὧν τοῖς οὖσιν οἰκείων κατέσπειρεν ἀγαθῶν μέχρι τῆς πάντων ἀποπερατώσεως τῶν αἰώνων, καθ' ἣν συλλέξει τῆς οἰκείας σπορᾶς τοὺς καρποὺς ζιζανίων ἀμιγεῖς καὶ πάσης ἀχυρώδους ἄχνης καὶ συμφορήσεως καθαροὺς, καὶ ὁ σύμπας τῆς τῶν κινουμένων κινήσεως περαιωθήσεται λόγος, λαβόντων τῶν ἀξίων τὴν ἐπηγγελμένην τῆς θεώσεως ἐσχάτην μακαριότητα. « Ἥλιος » οὖν « δικαιοσύνης » ὁ Κύριος προσηγόρευται, ὡς ποιητὴς καὶ συντελεστὴς τῶν αἰώνων, καὶ ὡς ἀρχὴ πάντων καὶ τέλος, καὶ τῆς πενταπλῆς κατὰ τὴν πρόνοιαν τῶν προνοουμένων σοφῆς εὐταξίας δημιουργὸς, καὶ ὡς πληρῶν τὰ πάντα φωτὸς ἀϊδίου ταῖς ἀνεκλείπτοις ἐπιβολαῖς τῆς ἀγαθότητος, καὶ τοὺς εὑρύνοντας πρὸς ὑποδοχὴν τῆς αὐτοῦ μακαρίας ἀκτῖνος τοὺς ἑαυτῶν νοητοὺς πόρους πεπείρους καὶ ἐδωδίμους τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ποιούμενος. Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἐνίαυτός ἐστι Κυρίου δεκτὸς, ὡς διὰ πάντων τῶν σωζομένων πληρούμενος κατὰ τὴν ὑπ' αὐτοῦ νοητῶς γινομένην πεντάτροπον κίνησιν, ὡς Ἡλίου δικαιοσύνης, ἤντινα νοήσει πάντως ὁ διὰ τῆς τῶν φαινομένων ἀκριβοῦς κατὰ λόγον φυσικῆς θεωρίας τὴν τῶν νοουμένων πνευματικὴν ἐπιστήμην συλλεγόμενος. Ἐκεῖθεν δὲ « ὁρμώμενος[37] » εἴρηται τῷ διδασκάλῳ (243 *a*), « ἢ τῷ ὁρωμένῳ περιγραπτὸς, » ἢ ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ κατ' οὐσίαν ἀληθινοῦ τοῦ Πατρὸς γεννητῶς ὁρμώμενος, ἢ ὡς ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς τῷ καθ' ἡμᾶς ὁρωμένῳ τῆς φύσεως εἴδει περιγραπτὸς, καθάπερ ἥλιος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁρμώμενος τῷ φαινομένῳ δισκοειδεῖ σώματι περιγέγραπται.

veris, æstatis, autumni, hiemis vicissitudinem et annum dividitur atque consociatur; itemque annus in horam et diem et hebdomadam et mensem et vicissitudinem, dum continua et nullis discreta intervallis per eum manet motio, circa quam quæ per immutationem spectantur discrimina, continuam nullisque intervallis disjunctam temporis motionem numeris distinguunt. Quod si in hunc modum apud nos secundum solis cursum fit annus, annus nempe Domini acceptabilis omnino est [y], ut scriptum legitur secundum allegoriæ modum universa seculorum extensio ac series, a cujus principio Deo placuit essentia ornare ea quæ erant, et existantiam dare eis quæ non erant, et per providentiam, tanquam intellectualis aliqui sol virtutis ad perservandum universitatem continentis, cum condescensione radium immittere sustinens, quo variaret modos ad maturanda ea bona quæ rebus exsistentibus propria insevit usque dum omnia sæcula consummata fuerint, quo tempore proprii seminis fructus colliget a loliis discretos, omnique palearum gluma atque congerie puros, dumque universa eorum quæ moventur motionis ratio fuerit terminata, et ii qui mortuerint deificationis summam quæ prædicata erat beatitudinem percipiant. « Sol » igitur « justitiæ » Dominus appellatur, ut factor et consummator sæculorum, et ut principium rerum universarum ac finis, quintuplique secundum Providentiam boni ac sapientis in rebus quibus provisum est ordinis constitutor et artifex, et ut æterna luce universa replens plenis bonitatis missilibus, et eos qui beati ejus radii recipiendi gratia intellectuales canales suos amplient maturos et esculentos Deo et Patri reddens. Idem vero et annus Domini acceptabilis est, ut per omnes qui servantur consummatus secundum quintupliam quæ intellectualiter fit ab eo, tanquam justitiæ Sole, motionem, quam noverit plane quicunque per diligentem rationem rerum quæ visui nostro objectæ sunt naturalem contemplationem collegerit spiritualem eorum quæ noscuntur scientiam. Illinc vero « progrediens, vel ad partem eam quæ oculis cernitur circumscriptus et definitus » a magistro appellatus est, vel ut lux de luce, et Deus verus de Deo essentialiter vero Patre generationis via progrediens, vel ut homo idem qui in nobis videtur naturæ specie circumscriptus, quemadmodum sol, qui de cœlo progrediens corpore disco simili apparente circumscribitur.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τό· « Θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ μάλιστα κατ' οἶκον ἕκαστον ἐπιζητεῖται τὸ πρόβατον (43). »

Εἴποι δ' ἂν τις, καὶ εὐλόγως, ὡς οἶμαι, τυχὸν, Εἴπερ εἷς ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ διὰ νόμου καὶ προφητῶν καὶ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν μεγαλειότητος μυστικῶς

Ex eodem sermone in illud : « Illud minime mirandum, quod maxime per singulas domos ovis requiritur. »

Dicat vero aliquis fortasse, nec sine ratione, ut mihi videtur: Si quidem unus est Christus, per legem et prophetas, perque conditionis magnificen-

[y] Luc. iv, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[37] Apographum præbet h. l. ὁριώμενος.

(43) Idem *ibid.*, cap. 14, p. 856, tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tiam eis qui spiritualiter audire atque videre cupiunt mystice prædicatus, quomodo typum Christi absolvit lex et multas per domos familiarum sacrificari jubet? Cui respondemus quod, si modo ipsum nos caperemus sermonem, intellectualiter in auribus atque oculis animæ inhærentem et exaperientem hanc ad receptionem atque contemplationem mysteriorum sacrorum, simul ad ultionem omnis inobedientiæ et aversionem omnis vanitatis, agnosceremus omnino mysticam sacræ Scripturæ voluntatem, cum hoc præsenti loco jungentes simile quoddam de sancti Apostoli ore, illud: *Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum* [1]. Quemadmodum revera unusquisque eorum qui Christo crediderunt pro facultate sua et virtutis qua innititur habitu atque qualitate crucifigitur et crucifigit secum Christum, si cum Christo spiritualiter quidem crucifigitur. Alius enim alio virtutis modo crucifixionem adaptat sibi atque conciliat: hic quidem solo activo peccato crucifixus, atque mortificans id Dei timori affixum; ille ipsis etiam passionibus crucifixus, facultatesque animæ personans; tertius etiam ipsis passionum vanitatibus crucifixus, non valere jubens sensus, ad recipiendam inde aliquam animi in sublime elevationem; ille suis circa passiones cogitationibus atque considerationibus: alius etiam sensuali fraude; alius vero etiam naturali proprietate crucifixus sensuum ad sensibilia relationem exuit; alius omnem quoque generatim sensualem cruce motionem sedat, ut nihil in se prorsus habeat quod naturaliter agatur; alius denique de ipsa intellectuali omnino desistit actione, atque, ut majus eloquar, hic quidem practica quæ dicitur philosophia per impassibilitatem crucifixus, et ad naturalem in spiritu contemplationem, quasi a carne quadam Christi ad animam ejus transgrediens, alter naturali quoque mortificatus contemplatione, abjecta intellectuali rerum contemplatione symbolica, et ad uniformem et simplicem theologicæ artis initiationem quasi ab anima quadam Christi ad intellectum ejus translatus, tertius etiam ab hac in ineffabilem per plenum negationem infinitatem ablativam tanquam ab intellectu quodam Christi ad divinitatem ejus mystice evectus: secundum suam, ut dixi, unusquisque facultatem, et secundum Spiritus gratiam pro merito ac dignitate sibi largitam, Christum habens sibi convenienter facientem sublimes suas per mortificationem erga omnes res accessiones, ita divinum quoque nostrum quisque Agnum velut in aliqua domo proprio ordine institutionis pro virtute ei convenientis sacrificat agnum et carnes ejus participat, et saturatur Christo. Cujus enim proprius agnus fit Christus Jesus, ut quisquis capere eum possit et edere, proprius, Paulo magno veritatis præcone, et peculiari quodam modo proprius uniuscujusque sanctorum pro

A τοὺς ἀκούειν πνευματικῶς καὶ ὁρᾷν δυναμένους κηρυττόμενος, τῶς τὸν τύπον ὁ νόμος ἐκτελῶν τοῦ Χριστοῦ πολλὰ πρόβατα κελεύει θύεσθαι κατ' οἴκους πατριῶν; Πρὸς ὃν φαμεν, ὡς εἴπερ αὐτὸν δεξοίμεθα τὸν λόγον, νοητῶς τῶν ὅλων τῆς ψυχῆς καὶ τῶν ὁμράτων ἀκουόντων, καὶ διανοίγοντα ταῦτα πρὸς ὑποδοχὴν μὲν καὶ θεωρίαν τῶν αὐτοῦ μυστηρίων, ἐπίκηψιν δὲ πάσης παρακοῆς καὶ ἀποστροφὴν πάσης ματαιότητος, γνοίημεν πάντως τὸ μυστικὸν βούλημα τῆς ἁγίας Γραφῆς, τῷ προκειμένῳ συνάπτοντες ὅμοιον ἐκ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου φάσκοντος, τό· *Οὐδὲν ἔκρινα εἰδέναι ἐν ὑμῖν, εἰ μὴ Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον*· ὅσπερ οὖν ἕκαστος τῶν πεπιστευκότων τῷ Χριστῷ κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν καὶ τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ τῆς

B ἀρετῆς ἕξιν τε καὶ ποιότητα σταυροῦται τε καὶ συσταυροῖ ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, Χριστῷ δηλονότι πνευματικῶς συσταυρούμενος. Ἄλλος γὰρ κατ' ἄλλον ἀρετῆς τρόπον ἑαυτῷ καταλλήλως πεπέπηται τὴν σταύρωσιν· ὁ μὲν μόνῃ σταυρούμενος τῇ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίᾳ, καὶ ταύτην νεκρῶν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ προσηλωμένην· (253 *b*) ὁ δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς πάθεσι σταυρούμενος καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἐξιώμενος· ὁ δὲ καὶ αὐταῖς τῶν παθῶν ταῖς φαντασίαις, οὐκ εἰῶν τὰς αἰσθήσεις ἀφέτους, πρὸς ὑποδοχήν τινος τῶν κατὰ ταῦτα μετεωρισμῶν· ὁ δὲ καὶ τοῖς περὶ τὰ πάθη λογισμοῖς καὶ ἐνθυμήμασιν· ὁ δὲ καὶ τῇ κατ' αἴσθησιν ἀπάτῃ· ἄλλος δὲ καὶ τὴν πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθήσεων διὰ τῆς φυσικῆς οἰκειότητος στεφούμενος ἀποτίθεται σχέσιν· ἄλλος δὲ καὶ πᾶσαν καθολικῶς αἰσθητικὴν τῷ σταυρῷ κατασβέννυσι κίνησιν, πρὸς τὸ μηδὲν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸ παράπαν φυσικῶς

C ἐνεργούμενον· ἄλλος δὲ καὶ αὐτῆς τῆς κατὰ νοῦν ἀποπαύεται παντελῶς ἐνεργείας, καὶ ἵνα τὸ μεῖζον εἴπω, ὁ μὲν τῇ πρακτικῇ σταυρούμενος φιλοσοφίᾳ δι' ἀπαθείας, καὶ πρὸς τὴν ἐν πνεύματι φυσικὴν θεωρίαν ὥσπερ ἀπό τινος σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μεταβαίνων, ὁ δὲ καὶ τῇ φυσικῇ θεωρίᾳ νεκρούμενος, διὰ τῆς ἀπαθείας τῆς κατὰ νοῦν περὶ τὰ ὄντα συμβολικῆς θεωρίας, καὶ πρὸς τὴν ἑνοειδῆ καὶ ἁπλῆν τῆς θεολογικῆς ἐπιστήμης μυσταγωγίαν ὥσπερ ἀπό τινος ψυχῆς τοῦ Χριστοῦ πρὸς

D τὸν νοῦν αὐτοῦ μετατιθέμενος, ὁ δὲ καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς τὴν δι' ἀποφάσεως παντελοῦς ἄῤῥητον ἀφαιρετικὴν ἀοριστίαν ὥσπερ ἀπό τινος τοῦ Χριστοῦ νοὸς πρὸς τὴν αὐτοῦ θεότητα μυστικῶς ἀναγόμενος· ἕκαστος, ὡς ἔφην, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, καὶ τὴν κατ' ἀξίαν χορηγουμένην αὐτῷ τοῦ πνεύματος χάριν τὸν Χριστὸν ἔχων ἀναλόγως ἑαυτῷ τὰς ὑψηλὰς διὰ τῆς πρὸς πάντα νεκρώσεως ἀναβάσεις ποιούμενον, οὕτως καὶ τὸν θεῖον ἀρνὸν ἕκαστος ἡμῶν ὡς ἐν οἰκίᾳ τινὶ τῷ ἰδίῳ τάγματι τῆς κατ' ἀρετὴν ἁρμοζούσης (254 *a*) αὐτῷ καταστάσεως θύει τε τὸν ἀρνὸν καὶ μεταλαμβάνει τῶν αὐτοῦ σαρκῶν, καὶ ἐμφορεῖται τοῦ Ἰησοῦ. Ἑκάστου γὰρ ἴδιος γίνεται ἀρνὸς Χριστὸς Ἰησοῦς, ὡς ἕκαστος χωρεῖν τε καὶ ἐσθίειν τοῦτον δύναται, ἴδιος, Πτύλου τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας κή-

[1] 1 Cor. II, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY/FR

ρους, καὶ ἰδιοτρόπως ἴδιος ἑκάστου τῶν ἁγίων κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐν ἑκάστῳ πίστεως, καὶ τὴν ἐπιχορηγουμένην χάριν τοῦ Πνεύματος, ᾧ μὲν οὕτως, ᾧ δὲ οὕτως, εὑρισκόμενος ὅλος καὶ ὅλῳ, πᾶσι δὲ πάντα γινόμενος.

fidei in singulis modulo, proque gratia quæ subministrata est alteri hoc, alteri illo modo, omnis in omni inventus, cunctis vero cuncta effectus.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου εἰς τό· « Ὅσον μὲν σαρκικοὺς τοῦ λόγου καὶ τρόφιμον, κατὰ τὴν ἐνδοσθίων καὶ τῶν κρυφίων τοῦ νοῦ βρωθήσεται καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδοθήσεται (44). »

Ex eodem sermone in illud: « Quidquid porro carnosum et esculentum habet doctrina, cum intestinis abditisque mentis partibus comedetur, atque ad spiritualem concoctionem digeretur. »

Ὁ πᾶσαν μετὰ σοφίας φύσιν ὑποστήσας Θεὸς, καὶ πρώτην ἑκάστῃ τῶν λογικῶν οὐσιῶν δύναμιν τὴν αὐτοῦ γνῶσιν κρυφίως ἐνθέμενος, δέδωκε καὶ ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς ἀνθρώποις, ὡς μεγαλόδωρος Δεσπότης, κατὰ φύσιν τὸν εἰς αὐτὸν πόθον καὶ ἔρωτα, συνεπικλέξας αὐτῷ φυσικῶς τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, ἐφ' ᾧ δυνηθῆναι μετὰ ῥᾳστώνης γνῶναι τοὺς τρόπους τῆς τοῦ πόθου πληρώσεως, καὶ μὴ παρασφαλέντας διαμαρτεῖν οὗ τυχεῖν ἀγωνιζόμεθα. Κατὰ τοῦτον οὖν κινούμενοι τὸν πόθον περί τε τῆς ἀληθείας αὐτῆς καὶ τῆς αὐτάκτως τοῖς ὅλοις ἐμφαινομένης σοφίας τε καὶ διοικήσεως ζητεῖν ἀναγόμεθα ἐκείνου τυχεῖν, διὰ τούτων γλιχόμενοι, οὗ χάριν τὸν πόθον ἐλάβομεν. Καὶ τοῦτο μυστικῶς ἐγνωκότες οἱ φιλομαθεῖς καὶ φιλότιμοι τῆς ἀληθείας ἐρασταὶ μίαν ἐστήσαντο σχολὴν καὶ προσεδρείαν ἑαυτοῖς τὴν περὶ τούτου φιλόπονον ἄσκησιν, ἀκριβῶς ὑπ' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς ἀληθοῦς κατανοήσεώς τε καὶ ἀκολουθίας μαθόντας ὡς, (Σαλ. *b*) εἴπερ κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ποσῶς δι' εὐσεβῶν θεωρημάτων τὴν μέλλουσαν ἀλήθειαν εἰκονίσαιντο, καὶ τὸν πόθον πληροφορήσουσιν, ἑτοιμοτέραν ὡς τοῖς ἐνταῦθα καλῶς γυμνασθεῖσαν τὴν ψυχὴν ἐσχηκότες, ἀκμητὶ μετὰ τὸν βίον τοῦτον ἐπὶ τὴν μέλλουσαν ἀλήθειαν μεταβήσονται, σκιαγραφηθεῖσαν αὐτοῖς ἤδη καλῶς διὰ τῶν θειοτέρων νοημάτων, ἄγοντος αὐτοὺς ἐκ' αὐτὴν δηλαδὴ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἁπλῆν καὶ ἀρίδηλον καὶ δίχα πάσης ἀπορίας, συμβολικῆς τε ποικιλίας καὶ πάσης αἰνιγματώδους ἀσαφείας, αὐτοῖς παραδεικνύντος, ἀποδρασάσης αὐτοῖς ὥσπερ ἐπὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ὀδύνης καὶ λύπης καὶ στεναγμοῦ διὰ τὴν τελείαν ἀπάθειαν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς θεωρητικῆς γνώσεως, ἀσαφείας πάσης καὶ ἀπορίας, διὰ τὴν σοφίαν, προστεθείσης αὐτοῖς, ἐντεῦθεν λαβοῦσι τὰς ὑποτυπώσεις αὐτῆς, τηνικαῦτα γυμνῆς τῆς ἀληθείας. Παντὶ γὰρ, φησὶ, τῷ ἔχοντι, δηλονότι τὸν περὶ τῶν μελλόντων πόθον, δοθήσεται, καὶ προτεθήσεται πάντως ἡ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπόλαυσις. Πλούσιος γὰρ ὑπάρχων ὁ Θεὸς ἡμῶν οὐδέποτε λήγει τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν τὰ θεῖα διανέμων δῶρα τῆς γνώσεως, ἅπερ οὐδ' ὀνομάζειν κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον δυνάμεθα, διὰ τὸ αὐτῶν ὕψος καὶ μέγεθος, εἴπερ ἀληθεύει φάσκων περὶ τῆς ἐσχάτης μακαριότητος ὁ μέγας Ἀπόστολος ὑπεράνω παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου αὐτὴν εἶναι, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὴν μετὰ πᾶσαν πάντων τῶν χαρισμάτων διανομήν τε καὶ

Omnem cum sapientia naturam qui produxit Deus, et rationalium unicuique essentiarum primam facultatem occulte insevit sui cognitionem, is nobis humilibus hominibus quoque, ut liberalissimus Dominus, naturale quoddam sui desiderium dedit atque amorem, una connexa cum eo naturaliter doctrinæ facultate, quo facilius possent cognoscere modos desiderii explendi, ac ne aberrantes eo excideremus quod consequi certamus. Hoc igitur desiderio commoti tam circa ipsam veritatem quam circa sapientiam administrationemque quas pulcher in rebus universis manifestat ordo id studere impellimur, his incensi, ut illius compotes fiamus cujus gratia desiderium cepimus. Quod cum mystice intellexerint studiosi et ambitiosi veritatis amatores, unam sibi collocaverunt scholam et studii assiduitatem gnavam circa hoc exercitationem, accurate ab ipsa rerum vera cognitione et legitima ratione edocti, quod, si hoc in sæculo futuram veritatem per pias contemplationes aliquatenus expressissent, desiderium quoque satiarent, postquam paratiorem, ut terrenis his rebus probe exercitatam, mentem nacti sint, sine ullo labore post hanc vitam in futuram perrecturi veritatem, quæ jam pulchre ipsis per divinas cogitationes adumbrata est. Tum eos ad ipsam nempe veritatem deducet Deus et Salvator noster Jesus Christus simplicemque et claram omnique difficultate symbolicaque varietate et omni obscuritate solutam eis repræsentabit, postquam aufugerint eos, ut activa pulsa virtute, ærumna et dolor et gemitus, ob perfectam impassibilitatem, ita contemplativa ejectæ cognitione, obscuritas quoque omnis et angustia, ob sapientiam, nuda quidem veritate, cujus inde sint informationes capturi, iis apposita. Omni enim, inquit qui habet, desiderium videlicet eorum quæ futura sunt, dabitur [a], et apponetur omnino æternorum bonorum fruitio. Dives enim cum noster sit Deus, nunquam desinet eis qui dilexerint ipsum divina distribuere munera cognitionis, quæ sane ne nominare quidem hoc sæculo licet, propter sublimitatem eorum et magnitudinem, si quidem vero pronuntiat magnus Apostolus, extremam beatitudinem dicens omni quo nominetur nomine superiorem esse, non solum in hoc ævo, sed etiam in futuro [b] significans summum post universa dona gratiæ pleno distributa, post factam ascensionem, manifestatum

[a] Luc. VIII, 18. [b] Hebr. II, 9; 1 Cor. II, 9.

(44) Idem *ibid.* cap. 16, p. 857 sq. tom. I Opp. edit. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

iri bonorum culmen, quod nullo verbo aut notione dici aut intelligi queat, tam eorum bonorum quæ hoc ævo possint attingi quam eorum quæ in futuro sint apparitura, ac fortasse nominari a nobis et intelligi capiant. Semper enim qui cœlos pertransivit, Jesus [a] Dei Sermo, et cunctis cœlis superior factus, eos qui actione et contemplatione ipsum sequuntur de pejoribus ad meliora transfert atque transponit, et de his ad alia quæ etiam his superiora sunt, et, ut breviter dicam, tempus deficeret, si divinas sanctorum ascensiones et revelationes per singulas de gloria ad gloriam immutationes enarrare vellem, donec suam quisque et convenientem suo ordini accepisset deificationem. Itaque magnus hic doctor ejus quod circa Deum habemus naturalis desiderii, de quo supra diximus, gnarus adhortatur omnes et per doctrinam suam vocat ad spiritualem Agni pro nobis mactati gustationem servareque diserte atque utiliter commendat membrorum suorum, hoc est Agni, compaginem integram et inconfusam, ne condemnemur quod divini corporis compaginem concinnam distrahamus et lancinemus, audacterve, ut supra facultatem, aut nefarie, ut contra facultatem, Agni et Sermonis carnes comedamus: verum unusquisque pro facultate sua et ordine, proque Spiritus gratia, quæ ei obtigit, divinum sermonem participato, pro singulorum membrorum significatu. Sic caput quidem participabit is qui ex principiis quæ demonstrari nequeunt fidem sibi quæsivit plane liberas habentem circa theologiam rationes, unde coagmentatum totum virtutum corpus et cognitionum spiritualiter auget. Auris vero participabit is qui divinas rationes spiritualiter cum intelligentia recepit, perque eos ad mortem usque factis suis obedit Deo atque morigeratur. Oculos porro, qui conditionem spiritualiter intuetur, omnesque et sensuales et intellectuales rationes sine offendiculo ad consummandam unice cogit Dei gloriam. Pectus autem participabit qui animum theologicis contemplationibus expletus, secundum magnum evangelistam Joannem, ad instar fontis perennis rationem suam et modum, cunctorum Providentiam complectentem, pie discentibus profundit. Manus rursus, ut par est, participat qui actionum divinitus prohibitarum, sive per ignaviam sive per negligentiam perpetrat nullum, sed omnes animæ in agendo vires ad perficienda Dei mandata paratas habet atque intentas. Ventrem vero, qui animæ, quod semper scaturiat, genitale habet, qui spiritualibus abundat contemplationibus, qui inexstinguibilem et flagrantissimum impassibilis appetitus cum Deo coeundi amorem habet. Intestina vero participabit convenienter, qui indagatione magis occulta et cognitione intellectuali profunda Dei pervestigat, et ineffabilibus mysteriis saturatur. Majus quid Sermo audebit. Inferio-

A ἀνάβασιν δειχθησομένην τῶν ἀγαθῶν ἀκροτάτην κορυφὴν αἰνιττόμενος, τὴν μηδενὶ λώγῳ ἢ νῷ ῥηθῆναι ἢ γνωσθῆναι (245 *a*) δυναμένην, τόν τε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ἡμῖν ἐφικτῶν, τῶν τε κατὰ τὸν μέλλοντα δειχθησομένων, καὶ ὀνομασθῆναι καὶ γνωσθῆναι τυχὸν ἡμῖν δυναμένων. Ἀεὶ γὰρ ὁ διεληλυθὼς τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν γενόμενος, τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ διὰ πράξεως καὶ θεωρίας μεταβιβάζει τε καὶ μετατίθησιν ἀπὸ τῶν ἡττόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, καὶ ἀπὸ τούτων πάλιν ἐπὶ τὰ ἔτι τούτων ἀνώτερα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐπιλείψει με ὁ χρόνος λέγοντα τὰς Θείας τῶν ἁγίων ἀναβάσεις τε καὶ ἀποκαλύψεις κατὰ τὴν ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν ἀλλοίωσιν, ἕως ἕκαστος τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, ἁρμόζουσαν δέξοιτο θέωσιν. Τὸν τοίνυν προῤῥηθέντα περὶ Θεοῦ φυσικὸν πόθον ἔχοντας ἡμᾶς εἰδὼς οὗτος ὁ μέγας διδάσκαλος προτρέπει τε πάντας καὶ καλεῖ διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας πρὸς τὴν πνευματικὴν βρῶσιν τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν σφαγιασθέντος ἀμνοῦ, φυλάξαι τε εὐκρινῶς καὶ εὐχρήστως ὑποτίθεται τῶν αὐτοῦ, τοῦ ἀμνοῦ δηλονότι, μελῶν τὴν ἁρμονίαν ἄθραυστον καὶ ἀσύμφυρτον, ἵνα μὴ κατακριθῶμεν ὡς διασπῶντες καὶ διασπαράττοντες τὴν εὔθετον ἁρμονίαν τοῦ Θείου σώματος, ἢ θρασέως, ὡς ὑπὲρ δύναμιν, ἢ ἀνιέρως, ὡς παρὰ δύναμιν, τοῦ ἀμνοῦ καὶ Λόγου τὰς σάρκας ἐσθίοντες· ἀλλ' ἕκαστος κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμίν τε καὶ τάξιν, καὶ τὴν ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ χάριν τοῦ Πνεύματος, μεταλαμβανέτω τῶν Θείου Λόγου κατὰ τὴν ἑκάστου μέλους ἐπίνοιαν. Οἷον κεφαλῆς μὲν ὁ ἐξ ἀναποδείκτων ἀρχῶν ἀφέτους παντελῶς ἔχουσαν τοὺς περὶ Θεολογίας λόγους πίστιν κεκτημένος μεταλήψεται, ἐξ ἧς τὸ πᾶν σῶμα τῶν ἀρετῶν τε καὶ τῶν γνώσεων συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν πνευματικὴν αὔξησιν. Ὤτων δὲ μεταλήψεται (245 *b*) ὁ τοὺς Θείους λόγους πνευματικῶς μετ' ἐπιστήμης ὑποδεχόμενος, καὶ εὐπειθὴς καὶ ὑπήκοος Θεῷ δι' αὐτοὺς μέχρι θανάτου διὰ τῶν ἔργων γινόμενος· ὀφθαλμῶν δὲ, ὁ τὴν κτίσιν πνευματικῶς κατανοῶν, καὶ πάντας τοὺς κατ' αἴσθησίν τε καὶ νοῦν λόγους ἀπροσκόπως εἰς μίαν δόξης Θεοῦ συνάγων ἐκπλήρωσιν. Στήθους δὲ μεταλήψεται ὁ τὴν καρδίαν θεολογικῶν πληρώσας θεωρημάτων, κατὰ τὸν μέγαν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, καὶ πηγῆς ἀεννάου δίκην τὸν περιεκτικὸν τῆς τοῦ παντὸς προνοίας εὐσεβῶς προχέων τοῖς μανθάνουσι λόγον τε καὶ τρόπον. Χειρῶν δ' αὖ μεταλαμβάνει δεόντως ὁ μηδὲν τῶν κατ' ἐντολὴν ἀνειμένως ἔργων καὶ ἠμελημένως ἐπιτελῶν, ἀλλ' ὅλην ἔχων ἑτοίμην καὶ εὔτονον πρὸς ἐκπλήρωσιν τῶν Θείων νόμων τῆς ψυχῆς τὴν κατὰ τὴν πρᾶξιν ἐνέργειαν· κοιλίας δὲ, ὁ τὸ γόνιμον τῆς ψυχῆς ἀείῤῥυστον ἔχων, καὶ πληθυνόμενος τοῖς πνευματικοῖς θεωρήμασι, καὶ ἀκατάσβεστον τὸν καυστικώτατον τῆς πρὸς τὴν Θείαν συνουσίαν ἀπαθοῦς ἐφέσεως ἔρωτα κεκτημένος. Ἐνδοσθίων δὲ μεταλήψεται προσηκόντως, ὁ τῇ κρυφιωτέρᾳ ζητήσει τε καὶ γνώσει τοῦ νοῦ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ διερευνώμενος, καὶ ἀπορρήτων ἐμφορούμενος μυστηρίων. Τολμήσει

[a] Hebr. IV, 14.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τι μεῖζον ὁ λόγος. Τῶν κάτω τοῦ Λόγου μερῶν μεταλαμβανέτω σωφρόνως, ὁ λογικῶς κατὰ τῆς ὕλης ἱστάμενος, καὶ παντάπασιν ἀμόλυντον μετὰ τῆς ψυχῆς τὴν σάρκα διατηρῶν, καὶ ὅλον ἀπαραλείπτως αὐτῇ τὸν Λόγον ταῖς ἀρεταῖς διαμορφῶν σάρκα γενόμενον. Μηρῶν δὲ μεταλήψεται ὁ τὸν Λόγον ἐπικείμενον ἔχων τῷ τῆς ψυχῆς παθητικῷ μέρει, καὶ παντελῶς ἐκτέμνων αὐτῆς τὴν πρόσυλον κίνησιν· γονάτων δὲ, ὁ πρὸς τοὺς κειμένους καὶ ἀσθενοῦντας (246 *a*) τῇ πίστει συμπαθῶς κατὰ πρόνοιαν ἐπικλινόμενος, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Λόγου μιμούμενος συγκατάβασιν. Κνημῶν δὲ καὶ ποδῶν μεταλαμβανέτω πρὸς τούτοις, ὁ ἐπὶ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως ἀσαλεύτους ἔχων τῆς ψυχῆς τὰς βάσεις καὶ ἀκλονήτους, καὶ κατὰ σκοπὸν πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἐπειγόμενος, καὶ τῆς ἀγνοίας τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς τῆς κακίας ὑπερπηδῶν μετὰ τοῦ Λόγου καὶ διαλλόμενος. Ἀλλὰ τίς δυνήσεται πάσας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ τὰς δι' ἡμᾶς ἐπινοίας ἐξαριθμῆσαι καθ' ἃς ἐδώδιμον ἑαυτὸν καὶ μεταληπτὸν ἀναλόγως ἑκάστῳ πεποίηκεν. Ἔτι γὰρ ἔχει πρὸς τούτοις πᾶσιν ὁ Κύριος βοστρύχους, καὶ ῥῖνας, καὶ χείλη, τράχηλόν τε, καὶ ὤμους, καὶ δακτύλους, καὶ ὅσα τῆς ἡμετέρας κατασκευῆς ἐπ' αὐτοῦ λέγεται τροπολογικῶς. Ὧν προσφυῶς τε καὶ εὐχρήστως μεταλαμβάνουσιν οἱ πρὸς ἕκαστον καὶ δι' ἑκάστου μέλους σημαινόμενον πνευματικὸν μεταποιούμενοι λόγον. Οὕτως ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ βιβρώσκεται, κατὰ τὸν ἅγιον τοῦτον καὶ μέγαν διδάσκαλον, καὶ εἰς πέψιν πνευματικὴν ἀναδίδοται, μεταποιῶν πρὸς ἑαυτὸν τῷ πνεύματι τοὺς μεταλαμβάνοντας, ἕκαστον αὐτῶν εἰς τὸν τοῦ βρωθέντος ὑπ' αὐτοῦ πνευματικῶς μέλους τόπον κατὰ τὴν θέσιν τῆς σωματικῆς ἁρμονίας ἐνάγων τε καὶ μετατιθέμενος, ὥστε φιλανθρώπως τὸν ἐν τοῖς ὅλοις λόγον τοῖς πράγμασιν οὐσίαν γίνεσθαι τὸν μόνον ὑπὲρ φύσιν καὶ λόγον.

res Sermonis partes participabit sapienter is qui rationaliter contra materiam stat, et impollutam omnino cum anima carnem conservat, et totum ac sine defectu ea Sermonem, qui caro est factus virtutibus effingit. Femora autem participabit qui Sermonem, in passibili animæ parte habet impositum, ac motionem ejus in materiam pronam prorsus exstirpat; genua contra, quid ad jacentes et fide labantes misericorditer de Providentia inclinat, atque Sermonis ad nos condescensionem imitatur. Tibias denique et pedes participato ad hæc, qui intrepidos et inconcussos in fide et virtute et cognitione habet animæ gressus, et juxta propositum approperat ad præmium vocationis in cœlum, quique ignorantiæ montes nequitiæque colles transilit cum ratione. Sed quis omnia Salvatoris nostri Dei propter nos cogitata enumerare poterit quibus esculentum sese atque fruendum convenienter unicuique effecerit? Habet enim Dominus ad omnia hæc cincinnos et nares et labra, cervicem humerosque ac digitos, et quæcunque nostræ constitutionis de eo figurate prædicari solent. Ea convenienter atque utiliter participant qui in quamque et per quodque membrum significatam rationem instaurantur. Ita Agnus Dei comedetur, secundum hunc sanctum et magnum doctorem, et in concoctionem spiritualem digeretur, dum participantes se Spiritu in seipsum immutat atque regenerat, unumquemque eorum in membri ab eo vorati locum pro corporalis ordinis et coagmentationis positione attrahens atque transponens, ita ut humaniter ea quæ universis inest ratio in rebus essentia fiat, quæ ratio sola superat naturam itemque sermonem.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Νεκρώσας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν ζώνην Ἰωάννου μιμούμενος, τοῦ ἐρημικοῦ καὶ προδρόμου καὶ μεγάλου τῆς ἀληθείας κήρυκος (45). »

Ὁ τὴν Ἰωάννου ζώνην μιμούμενός ἐστιν ὁ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου τὸ γόνιμον τῆς ψυχῆς διὰ γνώσεως πρακτικῶς ἐπισφίγγων, καὶ ἀδιάχυτον αὐτὸ πρὸς τὴν ὕλην διαφυλάττων. Ἐρημικὸς δέ ἐστιν (246 *b*) ὁ παθῶν καθαρεύουσαν τὴν ἕξιν κτησάμενος. Πρόδρομος δὲ ὁ διὰ τῆς γνησίας μετανοίας τὴν ἐπακολουθοῦσαν αὐτῇ δικαιοσύνην, καὶ διὰ τῆς φαινομένης ἀρετῆς τὴν ἐπιδημεῖν αὐτῶν μέλλουσαν γνῶσιν προμηνύων. Μέγας δὲ τῆς ἀληθείας κῆρύξ ἐστιν ὁ τῷ οἰκείῳ βίῳ τὸν ὑπ' αὐτοῦ [41] λαλούμενον τῆς διδασκαλίας λόγον πιστούμενος.

Ex eodem sermone, in illud: « Mortificatus membra quæ sunt super terram [d]*, et solitarii illius Joannis et præcursoris magnique veritatis præconis, præcinctionem imitans. »*

Joannis zonam imitatur qui rationis virtute genitale animæ per cognitionem active constringit, et inconfusum contra materiam servat. Solitarius autem est qui purum affectibus habitum sibi quæsivit. Prædromus vero est qui sinceræ pœnitentiæ ope justitiam, quæ illam subsequitur, conspicuaque virtute futuram ad quam sit accessurus cognitionem prænuntiat. Magnus denique veritatis præco est qui doctrinæ sermonem a semetipso prædicatum sua propria vita confirmat.

---

[d] Coloss. III, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[38] τί habet cod. Gud. [39] Ita rescripsi. Apographum habet λόγος τῶν καὶ τῶν τοῦ λόγου. [40] Apographum habet μετὰ τῆς κατὰ τῆς ψυχῆς. [41] Cod. Gud. habet quidem τὸν ὑπ' αὐτοῦ, sed vocum ὑπ' αὐτοῦ pars prior punctis subterpositis sunt notata. Aliena manus aliquid rescriptura fuisse videtur.

(45) Idem *ibid.* cap. 18, p. 859, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Ex eodem sermone, in illud : « Et si quis discipulus ad prædicandum Evangelium mittitur, frugalitati ac simplicitati studeat : quem præter quod nec æs, nec baculum, nec duplicem tunicam habeat, etiam nudis pedibus iter facere oportet [e], ut pulchri pedes evangelizantium pacem appareant [f]. »

Evangelium est sublimior de Dei regno sermo; regnum autem Dei est omnis materiæ omniumque vanitatum de ea conceptarum pura conditio. Discipulus igitur ad Evangelium prædicandum missus, uti videtur, is est qui moribus suis prorsus sese ab hoc mundo abalienatum demonstrat, eo quod æris sit expers et baculi, quodque unam tantum tunicam habeat, pecuniæ cupidinem et iracundiam vel imperii alicujus confidentiam suam circumcidens, moralem, philosophiam neque dolosam neque B efflictam, simplicem eam omnique versutia liberam, veluti unam tuniculam, profitens, nullum omnino mortalitatis signum animæ vestigio veluti calceum indutus, utpote qui magnæ pacis exsistat nuntius, atque status præco qui non timeat amplius bellum passionum aut corporis mortem reformidet, adeo ut qui prudenter in eum oculos figunt ex immutabili vitæ per virtutem identitate angelorum in Dei comitatu conversationem dignissimam atque stabilitatem exprimant.

A Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Καὶ εἴ τις μαθητὴς ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον πέμπεται, φιλοσόφως καὶ ἀπερίττως· ὃν δεῖ πρὸς τῷ ἀχάλκῳ καὶ ἀράβδῳ καὶ μονοχίτωνι, ἔτι καὶ γυμνοποδεῖν, ἵνα φαιδρῶσιν οἱ πόδες ὡραῖοι τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην (46). »

Εὐαγγέλιόν ἐστιν ὁ περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ὑψηλότερος λόγος· βασιλεία δέ ἐστι Θεοῦ ἡ πάσης ὕλης καὶ πασῶν τῶν κατ' αὐτὴν φαντασιῶν καθαρεύουσα λῆξις. Μαθητὴς οὖν ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον πεμπόμενος εἰκότως ἐστὶν ὁ τοῖς τρόποις παντελῶς τὴν πρὸς τὸν κόσμον τοῦτον ἐπιδεικνύμενος ἀλλοτρίωσιν τῷ τε ἀχάλκῳ καὶ ἀράβδῳ καὶ μονοχίτωνι τήν τε φιλαργυρίαν καὶ τὸν θυμὸν ἢ τὴν ἐπὶ δυναστείᾳ τινὶ πεποίθησιν ἑαυτοῦ περικόψας, ἀτέχναστόν τε καὶ ἁπλαστον καὶ μονότροπον καὶ πάσης ἐλευθέραν διπλόης τὴν ἠθικὴν, ὥσπερ ἓν χιτώνιον, μετιὼν φιλοσοφίαν, μηδὲν τὸ σύνολον νεκρότητος τῷ ἴχνει τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ὑπόδημα, σύμβολον ἐναφείς, οἷα τῆς μεγάλης εἰρήνης ὑπάρχων ἄγγελος, καὶ τῆς μηκέτι φοβουμένης τὸν ἐκ τῶν παθῶν πόλεμον, μηδὲ θάνατον σώματος ὑποστελλομένης καταστάσεως κῆρυξ, ὥστε δύνασθαι τοὺς εἰς αὐτὸν συνετῶς ὁρῶντας ἐκ τῆς κατ' ἀρετὴν περὶ τὸν βίον ἀναλλοιώτου ταὐτότητος τὴν ἐν ἀγγέλοις περὶ Θεὸν [43] εὐπρεπεστάτην εἰκονίζεσθαι πολιτείαν τε καὶ εὐστάθειαν.

Alia in idem contemplatio.

Aut fortasse per simplicitatem orationis et zonam Joannis imitando, et rursus ad facultatem faciendam evangelice pascha edendi, et participantium differentias et ipsius paschatis modos Pater per ænigma præcipiendo significavit. Tria enim pascha antiquior tradit sacra Scriptura, unum quidem esse perfectum in Ægypto [g], et alterum in deserto [h], et tertium in terra annuntiationis [i]. Ægyptus igitur secundum unam cogitationem figurata hunc mundum significat, desertum vero pariter secundum alteram illarum contemplationum animarum post mortem statum allegorice denotat, terra autem annuntiationis futurum ævum designat. Tres enim loci et status sunt in quibus versamur homines, id est hic mundus, in quo exsistentia impertiti generamur, et ille locus quo post mortem pergimus abeuntes, et futurum ævum, in quo cum animabus atque corporibus coercemur. Quandiu igitur in hoc mundo versamur, in Ægypto agimus pascha, de peccati maculis dum purgamur, verum quando morte hanc vitam finivimus, tanquam in deserto rursus agimus alterum pascha, dum clarius eorum quæ sunt rationes, symbolis et ænigmatis et sensuali varietate exutas intellectualiter et cor-

C

D

Ἄλλο εἰς τὸ αὐτὸ θεώρημα.

Ἢ μήποτε διὰ τὸ ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ κατὰ μίμησιν τῆς Ἰωάννου ζώνης, καὶ πάλιν εὐαγγελικῶς δύνασθαι τὸ πάσχα ἐσθίεσθαι, τάς τε διαφορὰς τῶν μεταλαμβανόντων καὶ τοὺς (247 a) τρόπους αὐτοῦ τοῦ Πάσχα διδασκαλικῶς ὁ Πατὴρ παρῃνίξατο. Τρία γὰρ Πάσχα παραδίδωσιν ὁ Παλαιᾶς Γραφῆς λόγος [44], ἓν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτελούμενον, καὶ ἕτερον κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ τὸ ἄλλο κατὰ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Ἡ μὲν οὖν Αἴγυπτος κατὰ μίαν τῶν περὶ αὐτὴν ἐπινοιῶν ἀλληγορουμένη τοῦτον δηλοῖ τὸν κόσμον, ἡ δὲ ἔρημος ὡσαύτως κατὰ μίαν τῶν ἐπ' αὐτῆς θεωριῶν τὴν μετὰ θάνατον κατάστασιν τῶν ψυχῶν ἀλληγορικῶς ὑποφαίνει, ἡ δὲ γῆ τῆς ἐπαγγελίας τὸν μέλλοντα προτυποῖ. Τρεῖς γὰρ τόποι καὶ καταστάσεις εἰσὶν ἐν οἷς οἱ ἄνθρωποι γινόμεθα· οὗτος ὁ ἐν ᾧ τὸ εἶναι λαμβάνοντες γεννώμεθα κόσμος, καὶ ὁ μετὰ θάνατον ἐν ᾧ ἐντεῦθεν ἀπιόντες γινόμεθα τόπος, καὶ ὁ μέλλων αἰὼν, ἐν ᾧ μετὰ ψυχῶν συγκλειόμεθα καὶ σωμάτων. Ἐφ' ὅσον οὖν χρόνον ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἐν Αἰγύπτῳ ἄγομεν τὸ πάσχα, τῶν καθ' ἁμαρτίαν κηλίδων ἐκκαθαιρόμενοι· ἐπὰν δὲ ταύτην διὰ θανάτου περάσωμεν τὴν ζωὴν, ὡς ἐν ἐρήμῳ πάλιν ἄγομεν ἕτερον πάσχα, τρανοτέρους τοὺς τῶν ὄντων λόγους, χωρὶς συμβό-

[e] Matth. x, 9, 10. [f] Rom. x, 15. [g] Exod. xii, passim. [h] Exod. xiv, passim. [i] Exod. xxiv, passim.

VARIÆ LECTIONES.

[43] Cod. Gud. ἀγγέλοις περὶ Θεόν. Punctis ab aliena et recentiore manu positis subscripta est emendatio quam extricasse mihi non contigit. [44] Apographum habet ὁ πατὴρ γραφῆς λόγος. Correxi ὁ Παλαιᾶς Γραφῆς λόγος.

(46) Idem *ibid.* cap. 19, p. 860, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λων καὶ αἰνιγμάτων καὶ τῆς δι' αἰσθήσεως ποικιλίας, A poris expertes ediscimus; et rursus in futuro divinarum annuntiationum ævo pascha celebramus, dum extremam edimus immediate sapientiæ sermonem, ad quem regenerati per gratiam deificamur; nec ullum ad alterum pascha transitum aliunde habentes, præter quod nobis etiam in hac vita ad uniuscujusque statum locorum, quæ dixi, proprietas per imaginem repræsentari potest. Nam uniuscujusque nostrum vita ejus in quo versatur loci quasi imaginem præbet. Velut, si practicam, quæ dicitur, philosophiam fortiter tractamus, in Ægypto pascha probe obimus, inter Ægyptios quidem versantes, nec tamen Ægyptii ipsi, ut in carne quidem versantes, nec tamen carnaliter militantes. Si vero naturalem in spiritu contemplationem pie exercemus, arma Deo fortia reddentes B animæ facultates, ad expugnanda præsidia omnemque summitatem contra Dei cognitionem erectam, et ad contemplandas spirituales in eis quæ exsistunt rationes, veluti corpore nudi ac sensuali imaginationis fraude liberi, ad divinas annuntiationes gnostice iter facientes, tum in deserto sumus, in statu, inquam, ab affectibus et omni materiali vanitate puro. Si denique theologicam initiationem ineffabilibus mentis motionibus imitamur, quænam sit latitudo et longitudo et altitudo et redundans in nos magnitudo sapientiæ Dei, quoad possint homines, haud ignorantes, in terra sumus annuntiationis. Practicam igitur et naturalem et theologicam philosophiam per trium personarum differentiam a magistro significari mihi videtur, quibus C convenienter pro sua quisque facultate intellectuale comedat pascha.

νοητῶς τε καὶ ἀσωμάτως μανθάνοντες· καὶ αὖθις κατὰ τὸν μέλλοντα τῶν θείων ἀπαγγελιῶν αἰῶνα ἑορτάζομεν τὸ πάσχα, τὸν ἀκρότατον ἀμέσως ἐσθίοντες τῆς σοφίας λόγον, πρὸς ὃν μεταποιηθέντες κατὰ χάριν θεούμεθα, τὴν πρὸς ἄλλο πάσχα διάβασιν καθ' ὁτιοῦν ἄλλην οὐκ ἔχοντες, πλὴν ὅτι καὶ ἐνταῦθα παροῦσιν ἡμῖν δυνατόν ἐστι πρὸς τὴν ἑκάστου κατάστασιν εἰκονισθῆναι τῶν εἰρημένων τόπων τὴν ἰδιότητα. Ὁ γὰρ ἑκάστου ἡμῶν βίος χαρακτηριστικός ἐστι τοῦ ἐν ᾧ ἐστι τόπου. Οἷον, εἰ μὲν τὴν πρακτικὴν ἀνδρικῶς μετερχόμεθα φιλοσοφίαν, ἐν Αἰγύπτῳ τὸ πάσχα καλῶς ἐπιτελοῦμεν, μετὰ τῶν Αἰγυπτίων μὲν ὑπάρχοντες, οὐκ Αἰγύπτιοι δὲ τυγχάνοντες, ὡς ἐν σαρκὶ μὲν ὄντες, οὐ κατὰ σάρκα δὲ στρατευόμενοι. (247 *b*) Εἰ δὲ τὴν φυσικὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν εὐσεβῶς ἐξασκούμεθα, ὅπλα τῷ Θεῷ δυνατὰ τὰς τῆς ψυχῆς ποιούμενοι δυνάμεις, πρὸς καθαίρεσιν μὲν ὀχυρωμάτων καὶ παντὸς ὑψώματος ἐπαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, θεωρίαν δὲ τῶν ἐν τοῖς οὖσι πνευματικῶν λόγων, ὥσπερ γυμνοὶ σώματος καὶ τῆς κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀπατηλῆς φαντασίας ἐλεύθεροι, τὴν πρὸς τὰς θείας ἐπαγγελίας γνωστικῶς ποιούμενοι πορείαν, ἐσμὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τῇ παθῶν λέγω, καὶ πάσης ὑλικῆς φαντασίας καθαρευούσῃ κατασκευῇ. Εἰ δὲ τὴν θεολογικὴν μυσταγωγίαν ἀῤῥήτοις νοὸς κινήμασι μορφάζομεθα, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ τὸ ὑπερβάλλον εἰς ἡμᾶς μέγεθος τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀνθρώποις οὐκ ἀγνοοῦντες, ἐσμὲν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας. Τὴν πρακτικὴν οὖν, καὶ τὴν φυσικὴν, καὶ τὴν θεολογικὴν φιλοσοφίαν οἶμαι διὰ τῆς διαιρέσεως τῶν τριῶν προσώπων τὸν διδάσκαλον παραινίττεσθαι, δι' ὧν ἀναλόγως ἕκαστος κατὰ τὴν ὑποῦσαν αὐτῷ δύναμιν τὸ νοητὸν ἐσθίει πάσχα.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Εἰ μέν τις εἶ Ῥαχὴλ ἢ Λεία, ψυχὴ πατριαρχικὴ καὶ μεγάλη, καὶ τὰ εἴδωλα κλέψον ἅπερ ἂν εὕρῃς τοῦ σοῦ πατρὸς, οὐχ ἵνα φυλάξῃς, ἀλλ' ἵνα ἀφανίσῃς· εἰ δὲ Ἰσραηλίτης σοφὸς, πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας μετέστραται (47). »

Ex eodem sermone, in illud : « Si Rachel quædam es, aut Lia, hoc est patriarchica et magna anima, patris quoque tui idola, quæcunque inveneris, subripe [1]*, non ut servas, sed ut deleas ; si autem sapiens Israelita, ad terram promissionis transfer. »*

Ῥαχὴλ μὲν, ὥς φασιν, ἀμνὰς ἢ ποιμαίνουσα ἑρμηνεύεται, ἡ δὲ Λεία, κοπουμένη ἢ κόπωσις ἑρμηνεύεται. Ποιμαίνεται οὖν καὶ ποιμαίνει καὶ ἄγεται καὶ ἄγει ἡ Ῥαχὴλ, κατὰ τὴν τῆς προσηγορίας δύναμιν. Ῥαχὴλ οὖν ἐστι πᾶσα ψυχὴ θεωρητικὴ, ἡ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ ὡς ἀμνὰς ποιμαινομένη τε καὶ ἀγομένη, καὶ κατὰ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ τοῖς κατὰ πρᾶξιν θεσμοῖς ποιμαίνουσά τε καὶ ἄγουσα αὐτῆς τὰ κινήματα καὶ τὰ διανοήματα, καὶ τὰ πάθη τῆς σαρκὸς τῷ (248 *a*) γονίμῳ τῆς ἀρετῆς ὑποτάσσουσα τέως, καὶ οὕτως μετὰ τὴν εἰς γνῶσιν εἴσοδον παντελῶς ἀφανίζουσα. Λεία δέ ἐστι πᾶσα ψυχὴ πρακτικὴ, τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς ἔχουσα κόπωσιν, ἣν μάλιστα πρώτην πᾶς τις τὴν θείαν μετιὼν φιλοσο-

Rachel quidem, ut tradunt, *agna* vel *pascens oves* explicatur, Lia vero *fatigatam* vel *fatigationem* interpretantur. Pascitur igitur et pascit, et agitur et agit, Rachel, secundum vocis significationem. Rachel igitur est omnis anima contemplativa, quæ lege Dei tanquam agna pasta et acta, et juxta legem Dei præceptis eis quæ ad actionem pertinent et pascit et agit motiones suas cogitationesque, atque carnis affectus fecunditati virtutis interim subjicit, adeoque postquam ingressa in cognitionem est, prorsus exstinguit. Lia autem est omnis anima strenua pro virtute laborans, quam omnis maxime divinæ philosophiæ sectator in matrimonium apud se excipit. Israelita

[1] Gen. xxxi, 19.

(47) Idem. *ibid.* cap. 21, p. 861, tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

autem sapiens est mens contemplativa ævi hujus cogitationes in terram cognitionis transferens ad exemplum magni illius Jacobi, qui totam Labani substantiam ad terram patrum transportavit [i]. Quemadmodum enim admirandus ille Jacobus, ut traditum est, virgas decorticatas aquarum canalibus injecit et concipere ad eas fecit oves bibentes [k], sic omnis mens in spiritu sapientissima quoque rationes rerum quæ sunt diviniores a materia circumvestiente denudatas modis cognitionis contemplativis subjicit, et incorporalium statum formare quemque discentem et animæ suæ ipsius motiones edocet. Patriarcha itaque eorum quidem qui per activum laborem virtuti operam navant, Lia est, contra eorum qui per naturalem contemplationem rationaliter virtutem colunt, Rachel est, utpote Dei lege obedienter gubernata, ac leniter secundum eam gubernans. Eorum vero qui juxta contemplationem spiritualem petunt sublimitatem cognitionis Jacobus est ille eximia laude prædicandus, hoc est eorum qui ea quæ videntur non ita ut videntur, sed ut intellectui repræsentantur inspiciunt atque cognoscunt, et cum cogitationibus inde repetitis divites ad immaterialem et incorporalem cognitionem transeunt.

A φίαν γαμικῶς εἰσοικίζεται. Ἰσραηλίτης δὲ σοφός ἐστι νοῦς θεωρητικὸς τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου νοήματα πρὸς τὴν χώραν τῆς γνώσεως μεταβιβάζων κατὰ τὸν μέγαν ἐκεῖνον Ἰακώβ, τὸν πάντα τὰ τοῦ Λάβαν πρὸς τὴν γῆν τῶν Πατέρων μετακομίσαντα. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ θαυμαστὸς Ἰακὼβ ἱστορικῶς τὰς ῥάβδους λεπίσας καὶ ὑποθεὶς ταῖς ληνοῖς τῶν ὑδάτων πρὸς αὐτὰς ἐγκισσᾶν ἐποίει τὰ πίνοντα πρόβατα, οὕτω καὶ πᾶς ἐν πνεύματι σοφώτατος νοῦς τῆς περικειμένης ὕλης τοὺς τῶν ὄντων θειοτέρους λόγους ἀπογυμνώσας, καὶ τοῖς κατὰ τὴν θεωρίαν τρόποις τῆς γνώσεως ὑποθέμενος, τὴν τῶν ἀσωμάτων κατάστασιν μορφοῦσθαι, τούς τε μανθάνοντας πάντας καὶ τὰ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐκδιδάσκει κινήματα. Πατριάρχης οὖν τῶν μὲν διὰ πρακτικῆς κοπώσεως B τὴν ἀρετὴν κατορθούντων ἐστὶν ἡ Λεία, τῶν δὲ διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας τὴν ἀρετὴν λογικῶς μετιόντων ἐστὶν ἡ Ῥαχήλ, ὡς εὐπειθῶς ἀγομένη τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πράως κατ' αὐτὸν ἄγουσα. Τῶν δὲ κατὰ θεωρίαν πνευματικὴν τὸ ὕψος μεταδιωκόντων τῆς γνώσεως, Ἰακὼβ ὁ πανεύφημος, τῶν μὴ τὰ φαινόμενα καθὼς φαίνονται παντελῶς, ἀλλὰ καθὼς νοοῦνται, θεωμένων τε καὶ γινωσκόντων, καὶ μετὰ τῶν ἐν τούτοις νοημάτων πλουσίως πρὸς τὴν ἄϋλον καὶ ἀσώματον μεταβιβαζομένων γνῶσιν.

Ex eodem sermone, in illud : « Si Simon Cyrenæus sis, crucem tolle, ac sequere [l]. »

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ἂν Σίμων ᾖς Κυρηναῖος, τὸν σταυρὸν ἆρον καὶ ἀκολούθησον (48). »

Simon quidem est *obedientia*, Cyrenæus autem, ut tradunt, explicatur *paratus animus*. Quicunque C igitur ad obediendum Evangelio paratus, terrenis mortificatis membris per practicam philosophiam pro virtute lubenter subit vexationem, Simon factus est Cyrenæus, voluntariam sectans virtutem, in humeris dum fert crucem et Christum sequitur, conversationem vitæ Deo convenientis terrena prorsus aversatam ostendens.

Σίμων μὲν ὑπακοή, Κυρηναῖος δὲ ἑτοιμότης, ὥς φασιν, ἑρμηνεύεται. (**248** *b*) Πᾶς οὖν ἕτοιμος πρὸς ὑπακοὴν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ προθύμως διὰ νεκρώσεως τῶν ἐπὶ γῆς μελῶν τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν ὑπερχόμενος κάκωσιν, Σίμων γέγονε Κυρηναῖος, ἑκούσιον μετερχόμενος ἀρετήν, ἐπ' ὤμων τε τὸν σταυρὸν ἔχων καὶ ἀκολουθῶν τῷ Χριστῷ ἀνεσταλμένην παντελῶς τῆς γῆς τοῦ κατὰ Θεὸν βίου τὴν ἀγωγὴν ἐπιδεικνύμενος.

Ex eodem sermone, in illud : « Si ut latro cruci simul affixus fueris, ut vir probus, Deum agnosce. »

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, εἰς τό· « Ἐὰν συσταυρωθῇς ὡς λῃστής, ὡς εὐγνώμων τὸν Θεὸν γνώρισον (49). »

Latro probus cum Christo simul cruci affixus omnis est homo qui pro peccatis male patitur ut D obnoxius, simul male patiens cum Sermone ipsius gratia innoxie male patiente, et cum grata beneficii recordatione ferens, justique judicii secundum providentiam recum esse Sermonem agnoscens, et culpam quam male patiendo luit confitens, ac precans ut Sermo quemadmodum quamvis innoxius passionem suam communicarit, ita sibi quamvis indigno per semetipsum velit gaudium suum et oblectationem communicare, et mortificationem ex circumstantia in voluntariam ipsius virtutem benigne annumerare, quando Sermonis velaminibus, quæ

Λῃστής ἐστιν εὐγνώμων συσταυρούμενος τῷ Χριστῷ πᾶς ἄνθρωπος ὑπὲρ ἁμαρτιῶν πάσχων κακῶς ὡς ὑπεύθυνος, τῷ ἀνευθύνως δι' αὐτὸν κακοπαθοῦντι λόγῳ συγκακοπαθῶν καὶ φέρων μετ' εὐχαριστίας, καὶ τὸν κατὰ πρόνοιαν τῆς δικαίας κρίσεως Λόγον συνόντα γνωρίζων, καὶ ὁμολογῶν τὴν ὑπὲρ ὧν πάσχει κακῶς αἰτίαν, καὶ αἰτῶν ὥσπερ αὐτῷ τοῦ πάθους ἐκοινώνησεν ἀνεύθυνος ὢν ὁ λόγος, οὕτω δι' ἑαυτὸν τὸν λόγον τῆς οἰκείας εὐπαθείας ἀναξίῳ τυγχάνοντι μεταδοῦναι, καὶ τὴν ἐκ περιστάσεως νέκρωσιν εἰς ἑκούσιον αὐτοῦ ἀρετὴν διὰ τὴν εὐγνωμοσύνην λογίσασθαι, ἡνίκα τῆς προνοίας τὰ σοφὰ τοῦ Λόγου προκαλύμματα πέρας λαβόντα τῆς αὐτοῦ

[i] Gen. xxx, passim. [k] ibid. [l] Matth. xxvii, 32.

(48) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 864, tom. I Opp. ed. Bened.

(49) Idem *ibid.*, cap. 24, p. 864, tom. I. Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βασιλείας τὸ φῶς φανῇ τὸ ἀπρόσιτον. Οὕτω περι- A ἱσταται αὐτῷ πάσχοντι δι' ἁμαρτίας ἡ ἐκ περιστάσεως τῶν μελῶν τοῦ σώματος νέκρωσις, δι' εὐγνώμονος εὐχαριστίας εἰς αὐθαίρετον ἀρετὴν μεταπίπτουσα, καθ' ἣν τῶν καθ' ἁμαρτίαν πολλῶν ἀπολυόμενος ὀφλημάτων μετὰ τοῦ λόγου δικαίως εἴσεισιν εἰς τὴν χώραν τῆς γνώσεως, φημὶ δὲ τὸν παράδεισον, ἐν ᾗ γενόμενος γνώσεται τὴν αἰτίαν τῆς ἐν ᾗ καθειργμεθα νῦν καταδίκης καὶ κακοπαθείας. Λῃστὴς δὲ ἀγνώμων ἐστὶν ὁ δι' ἁμαρτίας πάσχων κακῶς ὡς ὑπεύθυνος, καὶ μὴ γνωρίζων διὰ (**249** *a*) φιλαπεχθήμονα γνώμην τὸν ἀνευθύνως ὑπὲρ φιλανθρωπίας αὐτῷ συμπάσχοντα τῆς δικαιοσύνης λόγον, ἀλλὰ βλασφήμως ἀποπεμπόμενος τὸν ἐπ' αὐτῷ κατὰ πρόνοιαν δικαίως ὁρισθέντα τῆς κρίσεως λόγον, ὃς ἐπειδὴ μὴ ἐγνώρισε τὸν ἀτίμως αὐτῷ κατὰ βούλησιν B συγκαταδικασθέντα λόγον καὶ ἠτήσατο χάριν ὧν ἐπλημμέλησεν, ἀφίεται τῆς βασιλείας ἀλλότριος, οὐδεμίαν τοῦ ποτε ταύτης τεύξεσθαι παρὰ τοῦ λόγου λαβὼν ἐπάγγελον.

Καθ' ἕτερον δὲ τὸ προκείμενον ἄπορον διασκοποῦντες τρόπον τῇ βοηθείᾳ τῆς θείας χάριτος στοχαστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀποφαντικῶς (τὸ μὲν γὰρ μέτριον, τὸ δὲ προπετὲς), ἐγχειρεῖν τῷ προκειμένῳ ῥητῷ τολμῶμεν, φάσκοντες; τὴν τῶν μέσων τυχὸν προβολὴν, κατὰ τὸ ἴσον ἀπὸ τῶν ἄκρων ἔχουσαν ἀπόστασιν, παίγνιον εἰρῆσθαι Θεοῦ τῷ μεγάλῳ διδασκάλῳ, διὰ τὴν ἐπίῤῥυτον αὐτῶν καὶ εὐαλλοίωτον στάσιν, μᾶλλον δὲ, στάσιμον ῥεῦσιν εἰπεῖν οἰκειότερον. Ὃ καὶ παράδοξον, στάσιν ἀεὶ ῥέουσαν καὶ φερομένην θεᾶσθαι, καὶ ῥεῦσιν ἀεικίνητον προνοητικῶς τῆς τῶν οἰκονομουμένων ἕνεκεν βελτιώσεως θεόθεν ἐπινενοημένην, τοὺς δι' αὐτῆς παιδαγωγουμένους σοφίσαι δυναμένην, ἀλλαχοῦ μεταστήσεσθαι πάντως ἐλπίζειν, καὶ πέρας τοῦ κατ' αὐτὴν ἐπ' αὐτοῖς μυστηρίου τῇ πρὸς Θεὸν νεύσει βεβαίως διὰ τῆς χάριτος θεωθήσεσθαι πιστεύειν. Μέσα δὲ λέγω τὴν τῶν ὁρωμένων καὶ νῦν περὶ τὸν ἄνθρωπον ὄντων ἢ ἐν οἷς ὁ ἄνθρωπος συμπλήρωσιν, ἄκρα δὲ τὴν τῶν μὴ φαινομένων καὶ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἀψευδῶς ἔσεσθαι μελλόντων ὑπόστασιν, τῶν κυρίως τε καὶ ἀληθῶς κατὰ τὸν ἄῤῥητον καὶ προηγούμενον σκοπόν τε καὶ λόγον τῆς θείας ἀγαθότητος πεποιημένων τε καὶ γεγενημένων. Καθὼς ὁ σοφὸς Ἐκκλησιαστὴς μεγάλῳ τε καὶ τρανῷ ψυχῆς ὄμματι τῶν ὁρωμένων τε καὶ ῥεόντων ὑπερκύψας τὴν γένεσιν, καὶ οἷον ἐν φαντασίᾳ τῶν ἀληθῶς πεποιημένων τε καὶ γεγενημένων γενόμενος· *Τί τὸ γεγενημένον; αὐτὸ τὸ γενησόμενον· καὶ τί τὸ πεποιημένον;* Αὐτὸ, φησὶ, *τὸ ποιηθησόμενον·* πῶν πρώτων δηλαδὴ καὶ τῶν τελευταίων ἐπιμνησθεὶς, ὡς τῶν αὐτῶν ὄντων καὶ ἀληθῶς ὄντων, τῶν δὲ μέσων καὶ παρερχομένων οὐδόλως κατὰ τὸν τόπον μνησθείς. Μετὰ γὰρ τὸ ἐξελθεῖν, ὡς οἷόν τε ἦν μεγαλοφυῶς (263 *a*) μάλιστα τὸν διδάσκαλον, περί τινος φύσεως ζώων καὶ λίθων, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀορίστως περὶ πολλῶν τῶν ἐν τοῖς οὖσι θεωρουμένων, ἐπιφέρει τούτοις· « Παίζει γὰρ Λόγος αἰτὸς ἐν αἰ-

[a] Psal. XLI, 8. [b] Eccle. I, 9. [c] ibid.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δεσι παντοδαπῖσι, κρίνας ὡς [86] ἐθέλει κόσμον ἐν ἕνθα καὶ ἕνθα (70). » Μήποτε οὖν καθὼς αὐτὸς ἐν τῷ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς λόγῳ φησὶ, περὶ θεότητος διεξιὼν καὶ κτιστῆς φύσεως, « Ἕως ἑκάτερον ἐπὶ τῆς ἰδίας μένει, τὸ μὲν περιωπῆς, τὸ δὲ ταπεινώσεως, ἄμικτος ἡ ἀγαθότης καὶ τὸ φιλάνθρωπον ἀκοινώνητον, καὶ χάσμα μέγα ἐν μέσῳ καὶ ἀδιάβατον, οὐ τὸν πλούσιον τοῦ Λαζάρου καὶ τῶν ὀρεκτῶν τοῦ Ἀβραὰμ κόλπων διείργον, πᾶσαν δὲ τὴν γενητὴν φύσιν καὶ ῥέουσαν τῆς ἀγενήτου καὶ ἑστηκυίας; » Ὧ παρεμφερῆ τε καὶ ὅμοια καὶ ὁ θεηγόρος μέγας διεξέρχεται Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης φάσκων· « Τολμητέον δὲ καὶ τοῦτο ὑπὲρ ἀληθείας εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πάντων αἴτιος τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ τῶν πάντων ἕρωτι δι' ὑπερβολὴν τῆς ἐρωτικῆς ἀγαθότητος ἔξω ἑαυτοῦ γίνεται, ταῖς εἰς τὰ ὄντα πάντα προνοίαις, καὶ οἷον ἀγαθότητι καὶ ἀγαπήσει καὶ ἔρωτι θέλγεται, καὶ ἐκ τοῦ ὑπὲρ πάντα καὶ πάντα καὶ πάντων ἐξῃρημένου πρὸς τὸ ἐν πᾶσι κατάγεται, κατ' ἐκστατικὴν ὑπερούσιον δύναμιν ἀνεκφοίτητον ἑαυτοῦ (71). » Μήπως οὖν, καθὼς ἔφην, κἀκ τούτων τὸν περὶ τοῦ, « Παίζει γὰρ Λόγος αἰπύς, » ἐπιτόμως ἀποδοθέντα τρόπον ἐξαπλῶσαι κατὰ διάνοιαν τοιαύτην ἡμῖν ἐστι δυνατὸν φάσκουσιν, Ὥσπερ οἱ γονεῖς (ἵνα τοῖς καθ' ἡμᾶς παραδείγμασι χρήσωμαι εἰς τὴν τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς πραγμάτων ὑπογραφὴν), ἁφορμὰς τοῖς τέκνοις παρέχοντες τὴν νωθείαν [87] ἀποσείσασθαι συγκαταβάσεως τρόπῳ, δοκοῦσι κατὰ συμπεριφορὰν παιδικὰ παίγνια μετιέναι, ὡς φέρε εἰπεῖν καρυατίζειν, καὶ ἀστραγάλοις μετ' αὐτῶν συμπεριφέρεσθαι, ἢ καὶ ἄνθη πολύχροα τούτοις παρατιθέντες, καὶ (263 *b*) πολυδαιδάλους ἐσθῆτας τῶν αἰσθήσεων θελκτηρίους, ἀπῆγον ἢ κατέπληττον, ὡς τῶν παίδων ἑτέραν τέως ἐργασίαν οὐκ ἐχόντων, μετὰ βραχὺ δὲ καὶ παιδευτηρίας αὐτοὺς τῶν γονέων παραδιδόντων, εἶτα καὶ λόγῳ τελεωτέρου καὶ πραγμάτων ἰδίων μεταδιδόντων, οὕτω τυχὸν καὶ τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν φησι διὰ τῶν εἰρημένων ὁ διδάσκαλος διὰ τῆς τέως ἱστοριώδους τῶν φαινομένων κτισμάτων φύσεως εἰς ἔκπληξιν ἢ καὶ ἀπαγωγὴν διὰ τῆς αὐτῶν θέας καὶ γνώσεως νῦν ἡμᾶς οἷα κομιδῇ παῖδας ἐμβάλλοντα, ἔπειτα καὶ τὴν τῶν ἐν αὐτοῖς πνευματικωτέρων λόγων θεωρίαν ἐνιέντα, καὶ τελευταῖον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ καθὼς ἐστιν ἐφικτὸν διὰ θεολογίας μυστικωτέραν γνῶσιν ἐνάγοντα, τὴν πάσης τῆς ἐν εἴδει καὶ ποιῷ καὶ σχήματι καὶ ποσῷ, τῷ ἐν πλήθει τε καὶ ἕνῳ παντάπασι καθαρεύουσαν, ποικιλίας τε καὶ συνθέσεως ἐν τοῖς προπαιδεύμασιν, ὡς πρὸς τὸ τέρμα τῆς θεωρίας, « παίζειν » εἰρηται τῷ θεοφόρῳ Γρηγορίῳ, καὶ τῷ θεοφόρῳ Διονυσίῳ « θέλγεσθαί » τε καὶ « ἐξίστασθαι ἑαυτοῦ. »

Τῷ ὄντι γὰρ ἐκ παραλλήλου κατὰ παράθεσιν θεωρούμενα πρὸς τὰ κυρίως καὶ ἀληθῶς ὄντα, καὶ

A Ratio in formis omnimodis, discernens qualibet mundum suum hinc et illinc. » Nonne igitur similiter atque ipse in sermone sacræ Pentecostes, de Deo et condita natura disserens, ait « Quandiu uterque in propriis manserit, Deus scilicet in sua specula, et homo in humilitate sua, nec bonitas miscebitur, nec benignitas communicabitur, sed erit magnus et non permeabilis hiatus interjectus, non divitem a Lazaro et expetito Abrahæ sinu dirimens [P], verum procreatam et fluxam naturam ab increata et stabili? » Iis consentanea atque similia magnus Dei præco persequitur Dionysius Areopagita dicens : « Nam audendum est hoc etiam de veritate dicere, quod ipsemet omnium rerum fons et causa pulchro et bono cunctorum amore, propter excessum bonitatis amantissimæ extra se exsistit per rerum omnium providentias, et quasi delectatur ejusmodi bonitate et charitate et amore, et, cum sit supra omnia et omnia et ex omnibus exemptus, ad universale deducitur, secundum exstaticam supernaturalem, quæ seipsum haud deserat, virtutem. » Fortasse igitur, ut dixi, meam illius, « Ludit enim Ratio summa, quam paucis exposui rationem ex his quoque et in hanc sententiam interpretari nobis liceat, uti dicamus : Sicut parentes (ut nostræ vitæ exemplis utar ad res quæ superant nos delineandas), pueris pigritiam excutere studentes condescensionis modo sese accommodant et puerilia ludicra sequi videntur, veluti fac nucibus et talis ludere cum eis morigerantes, vel etiam flores colorum varietate distinctos et vestes variis coloribus tinctas, quæ sensus mulceant, proponentes, primum avocant aut obstupefaciunt pueros, alio opere nondum occupatos, paulo post vero ludo litterario ipsisque disciplinam graviorem tradunt, et propriis negotiis imbuunt : sic fortasse etiam rerum universarum Deum verbis istis magister per rerum creatarum quæ apparent nobis veluti historialem interim naturam nos, nunc veluti maxime pueros, in obstupefactionem vel etiam avocationem conspectu nimirum earum et cognitione injicientem, deinde etiam spiritualiorum in eis rationum contemplationem immittentem, postremo ad sui cognitionem magis mysticam, quantam attingere nobis liceat, quæ ab omni in forma et qualitate et specie et quantitate tam multitudinis quam molis plane pura est per theologiam deducentem, in varietatis atque compositionis tanquam primis disciplinæ elementis in finem contemplationis, « ludere, » ut ab divino Gregorio dictum est, et ab divino Dionysio « delectari » et, « extra se exsistere. »

Revera enim res præsentes et visui objectæ juxta ea quæ proprie ac vere sunt, quæque in futuro

[P] Luc. xvi, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[86] Sic cod. Gud. h. l. [87] Sic cod. Gud.

(70) Greg. Naz. Or. in Pentecost. cap. 12., p. 741. tom. I. Opp. ed. Bened.

(71) Dionys. Areopag. *De div. nom.* cap. 4. § 13., p. 405. tom. I, Opp. ed. Ven.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

apparebunt, collocata atque comparata ludus puerilis, quin hoc etiam ultra esse videtur. Nam cum veritate rerum proprie divinarum atque originalium comparatus rerum præsentium atque oculis objectarum ordo ne esse quidem ullo modo eis videbitur qui totam pro facultatis suæ gradu divinæ pulchritudinis decorem capere meruerunt, sicuti nec puerilis omnino ludus cum vero aliquo et certo negotio comparatus esse existimatur.

A ἐς ὕστερον φανησόμενα, τὰ παρόντα καὶ φαινόμενα καὶ παίγνιον εἶναι δοκεῖ, καὶ ἔτι τούτου πορρωτέρω. Πρὸς γὰρ τὴν τῶν κυρίως θείων καὶ πρωτοτύπων πραγμάτων ἀλήθειαν συγκρινομένη τῶν παρόντων καὶ ὁρωμένων πραγμάτων ἡ διακόσμησις οὐδὲ τὸ παράπαν εἶναι νομισθήσεται τοῖς ὅλον χωρεῖν κατὰ τὸ δυνατὸν τὸ τῆς θείας ὡραιότητος κάλλος ἀξιουμένοις, ὥσπερ οὐδὲ τὸ παίγνιον ἀληθινῷ τινι καὶ ὄντι πράγματι συγκρινόμενον εἶναι καθάπαξ νομίζεται.

—

Alia in idem contemplatio.

Fortasse vero etiam degenerabilis ac mutabilis natura materialium quas committimus rerum alio alias transferentium et translatarum, et stabile B firmamentum præter primam rationem qua sapienter et providenter feruntur et ferunt habentium nullum, atque, cum potiri eis nobis videamur, diffugientium magis quam superatarum, appetitumque nostrum, qui eis potiri instituimus, a se velut repellentium, et superare aut superari plane non capientium, utpote quæ solum stabilem suæ naturæ terminum habent hunc quod effluunt et non stant, ludus puerilis Dei, a magistro appellata est recte, ut qui per hæc nos ad ea quæ vere sunt et nunquam fluctuant transducit.

Ἄλλη θεωρία εἰς τὸ αὐτό.

Τυχὸν δὲ καὶ τὸ μεταπτωτικὸν ὧν ἐγχειρίζομεν ὑλικῶν πραγμάτων ἄλλην ἄλλως μεταφερόντων τε καὶ μεταφερομένων, καὶ μηδεμίαν (**263** *a*) βάσιν ἐχόντων στερέμνιον, πλὴν τοῦ πρώτου λόγου καθ' ὃν φέρονται σοφῶς τε καὶ προνοητικῶς καὶ φέρουσι, καὶ τῷ κρατεῖσθαι ὑφ' ἡμῶν νομίζεσθαι, διαφευγόντων πλέον ἢ κρατουμένων, καὶ τὴν ἔφεσιν ἡμῶν τῶν αὐτοῖς ἀνεχομένων κρατεῖσθαι, μᾶλλον ἑαυτῶν οἷον ἀπωθουμένων, καὶ κρατεῖν ἢ κρατεῖσθαι παντελῶς μὴ δυναμένων, οἷα δὴ μόνον σταθηρὸν τῆς ἑαυτῶν φύσεως ὅρον κεκτημένων τὸ ἀπορρεῖν καὶ μὴ ἵστασθαι, παίγνιον εἰκότως ἐρρέθη Θεοῦ τῷ ἀδασκάλῳ, ὡς διὰ τούτων μετάγοντος ἡμᾶς ἐπὶ τὰ ὄντως ὄντα, καὶ μηδέποτε σαλευόμενα.

—

Alia in idem contemplatio.

Verum si nos quoque ipsi secundum naturæ nostræ impræsentiarum consequentiam, nunc quidem pari cum cæteris terræ animalibus modo generati, dein pueruli facti, tum juventute nostra ad senectutis rugositatem festinante ad instar caduci floris morituri, et ad aliam vitam translati « ludus Dei » a divino hoc doctore dicti fuerimus, id merito fuerimus. Nam præsens vita cum futuro vitæ divinæ ac vere exemplari comparata, ludus est, et quodcunque aliud hoc magis essentia ac veritate carebit. Id quod magister in funebri in Cæsarium oratione clarius demonstrat hisce verbis : « Ejusmodi vita nostra est, fratres, qui fluxam vitam ducimus, ejusmodi in terra ludus, ut cum non simus nascemur, cum nati simus rursum dissolvamur. Insomnium sumus minime consistens, spectrum quoddam D quod teneri non potest, avis prætereuntis volatus [q], navis in mari vestigium non habens [r], pulvis [s], vapor [t] ros matutinus [u], flos momento nascens, et momento marcescens [v], *homo sicut fenum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorebit* [x]. Pulchre divus David his verbis de nostra imbecillitate philosophatus est. »

C Εἰ δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, κατὰ τὴν κρατοῦσαν ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς φύσεως ἡμῶν ἀκολουθίαν, νῦν μὲν καθ' ὁμοιότητα τῶν λοιπῶν ἐπὶ γῆς ζώων γεννώμενοι, ἔπειτα παῖδες γινόμενοι, εἶτα ἄνθους ὠκυμόρου δίκην τῆς νεότητος ἐπὶ τὸ ῥικνὸν τῆς παλαιότητος φθασάσης τεθνηξόμενοι, καὶ πρὸς ἕτερον βίον μετατιθέμενοι, « παίγνιον ἐρρήθημεν τοῦ Θεοῦ » τῷ θεοφόρῳ τούτῳ διδασκάλῳ, οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος. Πρὸς γὰρ τὴν μέλλουσαν τῆς θείας καὶ ἀληθοῦς ζωῆς ἀρχετυπίαν ἡ παροῦσα συγκρινομένη ζωὴ παίγνιόν ἐστι, καὶ πᾶν εἴ τι ἄλλο τούτου καθέστηκεν ἀνουσιώτερον [58]. Ὅπερ ἐν τῷ εἰς Καισάριον ἐπιταφίῳ δείκνυσι σαφέστερον, οὕτωσὶ λέγων· « Τοιοῦτος ὁ βίος ἡμῶν, ἀδελφοί, τῶν ζώντων πρόσκαιρα· τοιοῦτο τὸ ἐπὶ γῆς παίγνιον· οὐκ ὄντας γενέσθαι, καὶ γενομένους ἀναλυθῆναι· ὄναρ ἐσμὲν οὐχ ἱστάμενον, φάσμα τι μὴ κρατούμενον, πτῆσις ὀρνέου παρερχομένου [59], ναῦς ἐπὶ θαλάσσης ἴχνος οὐκ ἔχουσα, κόνις, ἀτμὶς, ἐνθυνὴ ὁρῶσα, ἄνθος καιρῷ φυόμενον καὶ καιρῷ λυόμενον, ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως (**263** *b*) ἐξανθήσει, καλῶς ὁ Θεῖος Δαβὶδ περὶ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἐφιλοσόφησε. (72) »

[q] Sap. v, 11. [r] ibid. 10. [s] Psal. I, 4. [t] Jac. IV, 15. [u] Osee XIII, 3. [v] I Petr. I, 24. [x] Psal. CII, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[58] Rescripsi ἀνουσιώτερον pro ἀνοσιώτερον, quod habet cod. Gud. [59] Manus secunda correxit παρερχομένη.

(72) Greg. Naz. *Or. funebr. in Cæsarium* cap. 19, p. 210 sq. tom. I Opp. ed. Bened.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ταῦτα περὶ ὧν τοῖς θειοτάτοις τοῦ μεγάλου Πατρὸς ἡμῶν καὶ διδασκάλου Γρηγορίου λόγοις ἠπορήσατε καὶ εἰπεῖν ἐκελεύσατέ μοι, μακαριώτατοι, κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν. Τῷ ὑμετέρῳ νεύματι δικαίως ὑπείκων ἔφην ἐγὼ στοχαζόμενος, ἀλλ' οὐκ ἀποφαινόμενος. Οὐ γὰρ ἐφικνεῖται τῆς μεγάλης καὶ ὑψηλῆς τοῦ θεοφόρου διδασκάλου διανοίας ὁ ἡμέτερος νοῦς, πολλαῖς ἔτι κατὰ θέλησιν ἀκίσι παθῶν βαλλόμενος, ὧν τοῖς μώλωψι μᾶλλον χαίρει στιζόμενος ἢ χάρισιν ἀρετῶν καθαιρόμενος, διὰ τὴν μακρὰν τοῦ κακοῦ συνήθειαν ἕξιν λαβὼν φιλαμαρτήμονα. Καὶ εἰ μὲν φανῶσιν ὑμῖν τινα λόγον ἔχειν τῆς ὑποθέσεως ἄξιον, καὶ μὴ πάντη τῆς ἀληθείας ἀπολειπόμενον, τῷ Θεῷ χάρις, τῷ τὴν χαμαίζηλον (ἵνα καὶ τοῦτο θαυματουργήσῃ) καὶ χαμαιπετῆ διάνοιαν φωτίσαντι, καὶ λόγον σύμμετρον χαρισαμένῳ, πρὸς τὸ χαράξαι τὴν συμμετρίαν τῶν νοηθέντων καὶ ὑμῖν τοῖς ὑποτάξασι καὶ τῇ τῶν εὐχῶν βοηθείᾳ τὸ πᾶν κατορθώσασιν. « Εἰ δὲ οὐκ ὀρθῶς ἢ ἀτελῶς καὶ τῆς ἀληθείας ἢ ὁλικῶς ἢ μερικῶς ἀποπεπλάνημαι » (τὸν γὰρ μέγαν καὶ θεοφάντορα κἀν τούτῳ σοι προσφέρω Διονύσιον παράκλητορα), « τῆς σῆς ἂν εἴη φιλανθρωπίας ἐπανορθώσασθαι τὸν ἀκουσίως ἀγνοοῦντα, καὶ μεταδοῦναι λόγου τῷ μαθεῖν δεομένῳ, καὶ ἐπαμῦναι τῷ μὴ αὐτάρκη δύναμιν ἔχοντι, καὶ ἰάσασθαι τὸν οὐκ ἐθέλοντα ἀῤῥωστεῖν, (73) ἵνα καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων σου καλῶν, μᾶλλον δὲ πρὸ τῶν ἄλλων, ἀνάθημα τίμιον καὶ πάσης θυσίας αἰδεσιμώτερον ἱερουργήσῃς τῷ Θεῷ τὴν φιλανθρωπίαν, τῷ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς παρὰ πάσης δοξαζομένῳ τῆς κτίσεως, καὶ μόνην ἀπαιτοῦντι παρ' ἡμῶν θυσίαν τὴν εἰς ἀλλήλους φιλανθρωπίαν.

A Illi sunt loci in magni nostri Patris et doctoris Gregorii sermonibus de quibus quæsivistis, meque, beatissimi, pro virili parte exponere voluistis. Voluntati vestræ, ut par est, obediens, disserui ego de conjectura magis commendando quam affirmando. Neque enim assequitur, neque attingit magnam et sublimem divini doctoris mentem noster intellectus, qui voluntariis adhuc affectuum aculeis pungimur, quorum vulneribus qui sauciatur magis gaudet quam qui virtutum gratiis purgatur, postquam ob multam mali consuetudinem, habitum assumpsit in peccatum proclivem. Atque si argumento suo aliquid dignum habere hæ quæstiones vobis videbuntur, et quod non prorsus a veritate B alienum sit, Deo sit gratia, qui humilem (ut etiam hoc ederet miraculum) et abjectam mentem illuminavit et aptum orationis modulum per gratiam suam suppeditavit, ut quod cogitatis congrueret et consentaneum esset litteris mandaremus in vestrum quoque commodum qui mandatum dedistis et precationum vestrarum auxilio totum opus auspicastis. « At etiam si prave et sine fructu a veritate, sive omnino sive ex parte, aberraverim » (magnum enim et divinum in hac quoque causa tibi Dionysium profero consolatorem), « tuæ sit, precor, humanitatis corrigere eum qui invitus nec sponte sua in ignorantia versatur, et de vestro instruere cum qui instrui et optat et precatur, atque præsidio esse ei cui non sat virium est, et medicinam afferre ei qui ægrotare non vult, » ut etiam hoc cum reliquis, vel potius præ reliquis, denarium honorabile, omnique sacrificio venerabilius, Deo humani- C tatem sacrificaveris, qui in cœlo et in terra ab omni creatura prædicatur, quique solum a nobis postulat sacrificium humanitatem erga alios.

(73) Dionys. Areopag. *De divin. nominib.* cap. 13, p. 534, tom. I, Opp. ed Venet.

S. Maximi Scholia in B. Dionysium Areopagitam exstant inter opera ipsius Areopagitæ, hujusce Patrologiæ tom. IV; ejus vero Computum ecclesiasticum dedimus inter supplementa ad Eusebii Chronicon, tom. XIX, col. 1217.

S. MAXIMI CONFESSORIS HYMNI.

(Daniel, *Thesaur. hymnolog.*, III, 97 seqq.)

I.

Ὕμνος εὐχαριστήριος καὶ ἱκετήριος πρὸς Θεόν.	*Hymnus gratiarum actionis et supplicationis ad Deum.*	Ἵμος Θεοῦ μεγίστου	Quin Dei summi
		Ὑπ' ἀφράστῳ προνοίῃ	Inenarrabili providentia
		Ἔρωτί τ' ἰσομοίρῳ	Amoreque pari
		Φῶς τοῦτ' ἐγὼ κατεῖδον,	Lumen istud ego vide- [bam,
Λειμών με τλήμον' ἔσχε	Olim me beatum efficie- [bat	Πλασθεὶς χοὸς γενεοῦ	Factus ex limo terræ
Πάλαι φυτῶν ἀρίστων,	Paradisus jucundarum [plantarum,	Καὶ πνεῦμα προσλαβών [τε,	Habensque præterea spi- [ritum,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in medio terræ reliqui
Vivebam collocatus, hei
[mihi!
Splendebamque Dei ma-
[gni
Imaginis similitudine.
Serpens autem ille pes-
[simus
Invidia vehementi blan-
[diens mihi,
Funestis consiliis
Sinistrisque verbis
Infauste susurrans mihi
Heu! me decepit
Et expulit me ex hoc loco
Pulchræ voluptatis,
Et ex hortis Patris
In quibus, heu! me po-
[sucrat incolam,
Omnino me exulans.
Lamentabile autem erat
[spectaculum
Animarum curiæ cœlesti.
Vulnus enim meum
Medicum non admittebat,
Creator autem omnium
[artifex
Amantibus me videns vi-
[sceribus
Tanquam advena venit ad
[me
Humanam invisibiliter
Sumens ex non nupta
Nativitatem Maria.
Sic quidem salvavit
Eripiens me ex crudeli
Draconis manu
Eripiens morti.
Ille fata subiit pro me
Qui divinum mandatum
Stulte trangressus eram.
Ideo suum obtulit
Amaræ morti corpus.
Illius autem contrivit
Humidum caput
In fluminibus Jordanis.
Nostrorum autem crimi-
[num
Internam deformitatem
Invisibiliter purificans.
Serpens autem rursum
[impudentem
Movens caudam
Mentem meam perturbat,
Agitans se motibus
In abyssum efferentibus,
Nitens a recto deducere
Semitas viæ meæ.
Impure etiam stimulat
Indomitorum equorum
[petulantiam
Huc et illuc ferentem.
Tentans dirigere versus
[deformitatem
Insanam desideria cor-
[dis mei,
Versusque cupiditates
[effrenatas.
Dejicereque contendens
Infirmum equitem
Qui regit eos habenis.
Sed incendium magnum
[accendit
Ex igniferis telis
Quæ contra me micare
[facit malevolus,
Inde saliens in me

Γαίης μέσον πόλου τε
Ζώων κατεστὸς οἶμοι.

Λάμπον Θεοῦ μεγάλου

Τῆς εἰκόνος μεθέξει.
Ὑφις δ' ὁ παγκάκιστος

Φθόνῳ σφοδρῷ ὑφέρπων,

Ὁλεθρίῃσι βουλαῖς
Ἀπαισίοις τε φήμαις
Δεινῶς ψιθυρίσας μοι,
Ἐξηπάτησεν οἴμοι
Καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἕξω
Ὥσεν καλῆς τρυφῆς με,
Ἐξ ὀρχάτων τε Πατρός,
Ὧν θῆκε, φεῦ, γεωργὸν,

Πάμπαν με ὀστρακίζων.
Οἰκτρὸν δ' ἦν θέατρον

Νόων σεπτῇ χορείᾳ.
Ἐπεὶ δὲ τραῦμα τοὐμὸν
Ἰατρὸν οὐχ ὑπέστη,
Πλάστης ὁ παντεχνήμων

Σπλάγχνοις ἰδών με θερ-
[μοῖς
Ξένως κατῆλθε πρός με,

Ἀνθρωπόμορφον ἀγνῶς
Λαβὼν ἀπειρολέκτρου
Γέννησιν ἐκ Μαρίης.
Οὕτω δέ γ' ἐκσαώζει
Ἁφαρπάσας πονηρᾶς
Δρακοντίης χερός με,
Ἁφαρπάσας μόρου τε,
Εἵμαρτο ὃς ῥ' ἐμοιγε
Προστάγματος Θεοῖο
Ἄδουλ' ἀπεκπεσόντι,
Δι' οὗ ἐὸν παρέσχε
Πικρῷ δέμας μόρῳ γε.
Συνέθλασε δὲ τούτου
Κάρηνον ὑδάτεσσιν
Ῥείθρων Ἰορδανείων.
Ἁμαρτάδων ἐμῶν τε

Ἀσχημοσύνην ἔνθα
Ἐμβαπτίσας σκοτόδη·
Ἀναιδὴς ὃς δ' ἐσαῦθις

Οὐραῖον ἑνσαλεύων,
Ἐμὸν νόον ταράττει,
Κινήμασι κραδαίνων
Ἐς βόθρον ἐκφέρουσι
Πειρῶν θ' ὑποσκελίζειν
Τρίβους ἐμῆς πορείης.
Οἰστρηλατεῖ δ' ἀνάγνως
Ἵππων βίην ἀτάκτων
Παλιμβόλως φέρουσαν.

Ὀργῇν κινῶν ἐς αἴσχη

Ἀτάσθαλα φρένας μου

Πάθη τε θυμόλεθρα.

Πίπτειν ἐρείπιόν τε
Ἱππηλάτην βιάζων,
Ὃς ἡνίας διοικεῖ.
Πυρσὸν μέγαν δ' ἀνάπτει

Ἐκ πυρφόρων βελέμνων,
Ἃ μοι φλέγει κακόφρων,

Ἐντόσθιον σαλεύων

A Ignis mihi adhæret.
Tu autem mihi præbes
Manum tuam populi sal-
[vatricem
Penitus exstirpantem
Dolos pessimi Belial.
Tu qui olim cohibens
[flumen
Statim retrogrediens
Via retrocunti
Cladem exterorum com-
[plevisti.
Tu dividens maris
Alveum fluctibus plenum
Per eum sicco pede tra-
[duxisti
Populum tuum Israel,
Dixisti autem, et omnia
Verbo tuo adstarunt.
B Tu regis cursum inflam-
[matum
Gigantis rapidi
Luciferi ingentis.
Convertisti septuplum
[accensi
Trium puerorum camini
Ignem in abundantem
[rorem.
Perditi misertus es:
Meretricis solvisti nodum
Male castorum amorum
Amare lugentis.
Cohibuisti etiam hæmor-
[rhoissæ
Tuæ fimbriæ contactu
Perpetuum fluxum.
Suscitasti etiam ex mor-
[tuis
C Et Jairi filiam
Rursum ei spiritum re-
[stituens.
Leprosos mundasti,
Dediatique visum cæcis.
Et dæmonium expulisti
Ex virgine Sidonia.
Grabatum tulit alter
Membrorum solutione
[obtenta,
Inclinatam erigis
Dæmonesque ejicis.
Soerus autem Petri
Tactu manus tu sedasti
Ardentem febrim.
Multa autem alia egisti
Quæ dinumerari non
[possunt.
Quale miraculum, quod
D [meæ
Restinguis flammæ ardo-
[rem,
Perenni ex fonte
Rorem tuum stillans
Super prunas meas?
Hanc mihi tribue, Salva-
[tor,
Per omnem vitam
Ut memor sim tuæ
Infinitæ bonitatis
Patrisque et Spiritus tui.

Πῦρ μοι, ὃ ἐμπέφυρται.
Σὺ δ' ἀλλ' ἐμοὶ πορίζοις
Σὴν χεῖρα, λασῶσα,

Πρόῤῥιζον ἐκτέμνουσαν
Δόλους πικροῦ Βελίαρ·
Στήσας πάλαι σὺ ῥεῖθρα

Ἀναστραφὲν τάχιστα
Παλισσύτῳ πορείᾳ,
Ἔργον ξένον τελέσας.

Ἐξήρανας θαλάσσης
Πολύῤῥοον σὺ χεῦμα,
Πεζὸν διεκβιβάζων

Λαὸν σὸν Ἰσραῆλον,
Εἶπας δέ, καὶ τὰ πάντα
Λόγῳ τεῷ παρῆχθη·

Ταχυδρόμου γίγαντος,
Φασφόρου μεγίστου.
Ἡμείψας ἑπταμέτρου

Παίδων τριῶν καμίνου
Φλόγ' ἐς δρόσον βαθεῖαν.

Ἄσωτον ἠλέησας·
Πόρνης ἔλυσας ἅμμα
Κακενδέτων ἐρώτων,
Θερμῶν δακρυῤῥοούσης.
Στῆσας καὶ αἱμορρούσης

Σοῦ κρασπέδου προσάψει
Ἀείῤῥοον φορυκτόν
Ἤγειρας ἐκ νεκρῶν τε

Καὶ παῖδα Ἰαείρου,
Πάλιν πνέοντα θῆκας.

Λεπροὺς δὲ ἐκκάθηρας,
Τυφλοῖς τ' ἔδωκας ὄψιν.
Καὶ πνεῦμα ἐξέωσας
Κούρης Σιδωνιαίης.
Κλίνην ἐπῆρεν ἄλλος.
Λύσιν μελῶν ἀθρόισας,

Καὶ συγκύφουσαν ὀρθοῖς,
Καὶ δαίμονας διώκεις.
Καὶ πενθερᾶς δὲ Πέτρου
Ἁφῇ χροὸς σὺ παύσας
Θερμασίην φλογώδη.
Πλείω δ' ἤρυξας ἄλλα,
Ἀριθμὸν ὅσσα φεύγει.

Τί θυμα, εἰ κ' ἐμοὶ

Ψύξεις φλογὸς πυρείης,

Ἀεννάου κρατῆρος
Δρόσον τεὴν σταλάξας
Ἐμοῖς ἐπ' ἀνθράκεσσιν;
Ἵν μοι φέροις, Σωτῆρ,

Πᾶσαν σύ γ' ἐς βιωτὴν,
Ὅπως τεὴν ὑμνήσω
Ἄκραντα χρηστότητα
Πατρός τε καὶ πνοῆς σῆς.

II.

Hymnus supplicationis ad Christum per modum laudationis.

Væ mihi propter mala
[mea,
Rex æterne Salvator,

Ὕμνος ἱκετήριος εἰς Χριστὸν, ἐν εἴδει ἐξομολογήσεως.

Ὤμοι ἐγὼ κακῶν μου,

Ἄναξ ἀναρχε Σῶτερ,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Ἀβουλίας φρενῶν τε
Καὶ δουλικῆς ἀνάγκης;
Κακοσχόλου τε μόχθου,
Μάταιος ὃν γ' ὑπέστην,

Ἐκ παιδόθεν καθείρξας
Δειναῖς πέδαις ἐμαυτὸν

Κακοτρόπου βιωτῆς,
Πλάνων τε ἡδ' ἐρώτων.

Ὅμην ἄριστος εἶναι

Οἴκων καλῶν δομήτωρ,

Ὑψιρεφῶν τε πύργων.
Θεμέθλων, ὃν δ' ἔβαλλον,
Οὐ πέτρα ἦν σταθηρά,
Στηριγμὸν ἐντιθεῖσα,

Ἀλλ' ἄμμος, ἣν ῥάϊστα

Δονοῦσι μέν γ' ἄῆται,
Πηγαῖα δ' αὖ ῥέεθρα

Ῥοιζηδὸν ἑλκύουσι,

Βροχὴ ἰδ' ἐμπεσοῦσα
Ἔξυγρον ἐμφανίζει.

Πίπτουσι δ' ἔνθεν οἶκοι,
Ἐρείπια στέγη τε
Οἰκτρῶς δόμων ὀρᾶται.

Τίνες δ' ἄρ' ἦσαν οὗτοι,

Ἔκτιζον οὓς κακόφρων

Ψυχῆς ἐμῆς ὀλέθρῳ;
Αἰθῶδες ἦν κραδίης
Βούλημ' ἁμαρτάδεσσιν
Ἀεὶ ἐφησυχάζον.
Λευκάζον ἦγ' ὀθνεῖον
Ἔξω φέρουσα χρῶμα,
Ὑπουλον ἀγνοοῦσι

Μορφάζετο φρόνημα
Ἐντόσθιον καλύπτον
Ἀσχήμονα πρόσοψιν,
Ὑπόκρισίν κεν εἴποις

Παντὶ ἀποτρόπαιον.'
Οἰκέτριδας δὲ εἶχον,

Δόξης ὅσοις μέμηλε
Ψευδωνύμου, φύσσης τε,
Καὶ ἡ πάλαι τυφῶνα
Πόλοιο ῥίψεν αἰψα

Ἑωσφόρον σκοτώδη
Κρίσει Θεοῦ δικαίᾳ.
Παῖδες δὲ τοῖς ἔησαν
Νήριθμοι ἡδὲ κοῦραι,
Πειθήνιον διδοῦσαι
Οὖας κακῶν ἐφετμαῖς.

Τῆμος βροχὴ δ' ἰοῦσα
Πνεύσαντες ἡδ' ἄῆται
Ῥέεθρά τ' ἐμπεσόντα
Ἔσεισαν ἐκ θεμέθλων,

Ἀπαίσιον τύρευμα,
Καὶ πτῶμα ἦν ξένον μοι,

Ψυχῇ δ' ἐμῇ ὀλισθος,

Et desideriorum impru- [dentiam
Et servilem necessitatem
Laboremque vanum,
Ego insensatus hunc sus- [ceperam,
Ab adolescentia vinciens
Funestis catenis meip- [sum
Vitæ perversæ
Amorumque exitioso- [rum.
Mihi ipsi videbar opti- [mus
Domorum speciosarum [structor,
Altarumque turrium.
Fundamentum ponebam,
Petra vero non erat firma
In fulturam ædificii col- [locata,
Sed arena : hanc autem [facillime
Flatu suo venti dejiciunt,
Flumina vero ex adverso [scatentia
Cum fragore præcipitem [trahunt,
Ecce pluvia veniens
Liquescere arenam de- [monstrat.
Ideo cadunt domus
Tectumque dirutum
Domorum triste contem- [platur.
Quænam ergo erant istæ [domus
Quas insensatus ædifica- [bam
Animæ meæ damno?
Petra fundamentalis
Cordis mei, iniquitatibus
Semper innitebatur.
Mundabamenim exterum
Ferens extra colorem
Plagam interiorem igno- [rantibus
Sapientiam simulabat,
Intus protegentem
Turpe spectaculum,
Hocque hypocrisim di- [ceres
Omnibus detestabilem.
Damnososque habebam [hospites
Quibus curæ erat gloria
Falsa, vanaque jactantia
Quæ olim exardescens
De cœlo subito præcipi- [tavit
Luciferum tenebrosum
Justo Dei judicio.
Istis filii erant
Innumeræque filiæ
Facilem præbentes
Aurem malorum consi- [liis.
Tunc veniens pluvia
Ventique flantes
Flumina irruentia
Ex fundamentis avulse- [runt.
Lamentabilis congeries
Ruinaque ingens super- [erat mihi,
Animæ autem meæ præ- [ceps via.

A Ἄγειρεν ἡ τοσαύτην
Βλάβην ἑνοικον αὐτῇ
Θυμόν τ' ἄνωθεν αἰνὸν

Βροτησίαν τε ἔχθραν.

Πέτραν δὲ νῦν διέγνων
Θέμεθλον ἐμβαλέσθαι,

Σώζοιτο ὡς ἂν οἶκος,
Λίθους ἔχων ἐκείνους
Οἵ τίμιοι ἔασι,
Χρυσῷ ἰδ' ἀργύρῳ τε
Κεκοσμένοι ἀχράντως,
Πλουτισμὸς εὐσεβοῦσιν,
Ὅλβος τε ὁ κράτιστος.
Τί γὰρ σοφροσύνης
Κρεῖττον σεμνῆς κατ- [έστη;
B Ἧς ἐκτὸς οὐ θεᾶσθαι

Θεόν γ' ἑνὶ βροτοῖσι.

Ταπεινότητος αὖθις
Ὑψηπετοῦ τί ἔπλε
Τοῖς εἰδόσι γ' ἄμεινον;
Ἀληθὴς ὕψος ἦτις
Κεκτημένοις πορίζει.
Συνειδότος δὲ ἀγνοῦ
Ὑπ' ὄψεσιν Θεοῖο
Ἐς καρδίην ὁρῶντος,
Τί βέλτιόν ποτ' ἔσται,
Καὶ ἀγγέλοις ὁμοῖον
Βροτὸν παριστάνοντος;
Πτερώσεως δὲ θείης
Πάσχει νόος βρότειος
Ἄνωθεν ἦν ἀγνεύων,
Τηλαυγέσι πνοῇσιν,
Ὥστε κράτος θεωρεῖν
C Μέγιστον, ἠδὲ ῥίζαν
Αὐτόσσυτον, κ' ἄημα,

Ζωηφόρον γε πνεῦσιν,
Μυστηρίων τε κλεινῶν
Βάθεσσιν ἐμβατεύειν,
Ὅσσον θ' ὑπὸ προνοίης

Κόσμῳ καλὸν κάτεισιν,
Ὅσσον τε ἐν χρόνοισιν
Ἔσται ἀεὶ ἐοῦσι.
Μακάρτερον τίς εἴποι;
Τοιαῦτ' ἐγὼ, Σωτὴρ,
Δομήματα κράτιστα,
Ἰσχὺν σέθεν διδόντος,
Πέτρᾳ ἐπὶ σταθηρᾷ,
Τοῦ ἀκρογωνιαίου
Λίθου, ὃς αὐτὸς ἔπλες,
D Ἐπείγομαι ἐγεῖραι.
Αὐτὸς δέ μοι χορηγὸς
Τὴν σὴν χάριν συνεργὸν,
Τούτοις τέλος παρασχεῖν
Ὅπερ κράτιστον εἴη,
Σωτήριόν τ' ἔμοιγε.
Οὔτε βροχὴ βιαία
Πηγαῖα οὔτε ῥεῖθρα
Ῥαγδαῖοι οὔτ' ἄῆται
Σεῖσαι ἐμὸν τότ' οἶκον

Ἔξουσιν οὐδὲ τυτθὸν,

Δομημένον θεμέθλῳ
Σοὶ, Σῶτερ, ἀκραδάντῳ.
Σὺ μοι διδοῖς δὲ χεῖρα,
Συνεργάστης δὲ γίγνου
Ἔμοιγε καὶ περαίνοις
Τὸ ξύμπαν, ὕμνῳ σε

Ipsa tantam adduxit
In se calamitatem
Formidabilemque Dei [iram
Mortaliumque inimici- [tiam.
Nunc autem novi petram
In qua fundamentum po- [nendum est
Ut et domus servetur,
Habeoque lapides istos
Qui sunt vere pretiosi,
Auro argentoque
Perfecte ornati,
Divitiæ iis qui colunt
Felicitasque perfecta.
Quid enim augusta
Sapientia melius esse po- [test?
Extra quam videre

Deum non datur mortu- [libus.
Humilitate rursus
Alta quid erat
Videntibus melius?
Verum apicem quæ
Possidentibus affert.
Conscientе agno
Sub oculis Dei
In corda videntis,
Quid melius unquam erit
Angelicum quoque
Cibum præstante?
Volatum divinum
Subit humana mens,
Desuper ita fit purus
Splendido spiritu,
Ut maximam cernat
Potentiam, originemque
Spontaneam, afflatum- [que
Vivificantem spiritum,
Grandiaque mysteria
Penitus penetrare,
Quamque, Deo providen- [te.

Orbis sit magnificus,
Quamque per omnia
Erit usque sæcula.
Uberius quis dicat?
Talia ego, Salvator,
Maxima monumenta,
Te ipso adjuvante,
Super firma petra,
Vere angulari
Lapide, qui ipse stabas
Erigere festino.
Concedas ipse mihi,
Succurrente tua gratia,
Ut ego maximum,
Mihique salutare
Opus perficiam.
Nec violenta pluvia,
Nec montium torrentes
Gravesve procellæ
Ne tantillum meam qui- [dem
Domum evertere pote- [runt,
Invicta, o Salvator.
Tua manu stabilitatam.
Tu mihi manum præsta,
Auxiliator efficere
Mens, perficeque
Totum, ut laudem te,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Datorem consummato- [remque
Horum excellentium
Quæ salvos faciunt ho- [mines.
Etenim absque te, om- [nipotens,
Neque opus, neque con- [silium,
Neque cogitatio, nec ha- [litus,
Nihil omnium rerum,
Quæ optimam sortem ha- [bent,
Attinget omnino finem.
Tu mihi carnem et
Animam dedisti creans.
Tu me cadentem erexisti
Et ad cœlum direxisti,
Cum corpore tuo me [sublevans
Tu me morientem resu- [scita,
Cum prævenis me gratiæ [tuæ donis
Immensaque misericor- [dia,
Salvator, atque dignaris

Consortem reddere incf- [fabilis tuæ carnis.
Tu quoque salvum me [facies tandem,
Nisi penitus sine fructu [inveneris
Meam peregrinationem,
Nisi graviter feram [plumbi
Pondus quod me curvat
Perducitque in gehennam
Inexstinguibilemque ig- [nem,

Δοτῆρα τῶν ἀρίστων
Τούτων τε συντελεστὴν,
Βροτοὺς ἅπερ σαώζει.
Σοῦ γὰρ δίχα, κραταιὲ,
Οὔτ' ἔργον οὔτε βουλὴ,
Νόημα οὔτ' ἔρευγμα,
Οὐδέν τε τῶν ἁπάντων,
Κρείττονός γ' ὅσσα μοί- [ρης,
Τέλους τεύξηται πάμπαν.
Σὺ σάρκα μοι παρέσχες
Φύσησας ἠδὲ πνεῦμα.
Σὺ καὶ πεσόντ' ἐγείρας,
Ἀνήγαγες πόλονδε,
Σὺν σαρκὶ σῇ ἀείρας·
Σὺ τεθνεῶτ' ἀνιστᾷς
Χαρίσμασι τοῖσιν
Εὐσπλαγχνίῃ τ' ἀπείρῳ,
Ἦ προφθάνεις μὲ, Σῶ- [τερ,
Καὶ σαρκὸς, ἀξιοῖς σῆς
Κοινωνίας ἀφράστου.
Σὺ καὶ τέλος σαώσεις,
Ἂν μὴ ἄκαρπον εὕρῃς
Ὅλως ἐμὴν πορείην,
Ἂν μὴ φέρω μολίβδου
Ὄγκον βαρὺ βρίθοντα
Ὠθοῦντά τ' εἰς γένναν
Ἄσβεστον ἠδὲ πῦρ με,

A Nisi me inveneris lignum [immundum
Atque sarmentum, ignis [alimentum.
Et introduces me absque [merito
In illis sedibus,
Perenniter viventem,
Hymnum gloriæ tuæ ca- [nentem,
In communione anima- [rum omnium
Sanctarum atque justa- [rum.

Nisi me inveneris lignum [immundum
Atque sarmentum, ignis [alimentum.
Et introduces me absque [merito
In illis sedibus,
Perenniter viventem,
Hymnum gloriæ tuæ ca- [nentem,
In communione anima- [rum omnium
Sanctarum atque justa- [rum.

Ἂν μὴ ἄναγνον ὕλην,
Χόρτον πυρός τ' ἄναμμα.
Καὶ προῖκα ταῖς ἐκεῖσε
Ἐνθήσεαι μοναῖσιν
Αἰωνίως βιοῦντα,
Δόξης τεῆς ὑμνῳδὸν,
Ἀκηράτοις νόοισι,
Πᾶσιν θ' ὁμοῦ δικαίοις.

III.

Supplex hymnus in sanctam Trinitatem.
Memento mei, æternæ
B Stirpis sacrum germen,
Utrisque gratus Spiritus,
Filio Patrique compar,
Ter sol mihi facies;
Cum me peccatorem ju- [dicabis,
Ab igne æterno salva me
Tuum servum, arceque [a me
Omnem, Salvator, dirum [turbinem.
Meorum fœdam malorum
Illico rumpe catenam.

Cumque per hanc viam
Incolumis salvusque eva- [serim,
In tuo vitæ libro in- [scribe;
Et in sempiternis sæculis
C Da mihi celebrare, cane- [reque
Tuam venerandam po- [tentiam.

Ὕμνος ἐκετήριος εἰς τὴν ἁγίαν Τριάδα.
Μέμνησό μου, ἀνάρχου
Ἄρρητε βλαστὲ βάτος,
Ξένον τ' αἷμα ἀμφοῖν
Ἴσον γόνῳ καὶ ἀρχῇ,
Μορφὴ τρισήλιός μοι·
Ὅταν κρίνῃς μ' ἀλοίτην
Σῶσον πυρός με λάτριν
Τὸν σὸν, ζάλης τε πάσης.
Ἄνελκε, Σῶτερ, αἰνῆς·
Δεσμόν τε λῦσον αἴφα
Ἐσμοῦ λυγρῶν κακῶν [μου.
Γράψον δὲ σῇ με βίβλῳ
Ῥόον φυγόντα τόνδε
Ἄτρωτον ἠδὲ σῶον.
Ψάλλειν τε καὶ γεραίρειν
Ἐς ἀπλέτους χρόνοισι
Νεῦσον τεὸν κράτος με.

ANNO DOMINI DCXLVIII.

THALASSIUS ABBAS.

NOTITIA.

(Galland. *Vet. Patrum Biblioth.* tom. XIII, p. III.)

Fuit Thalassius presbyter et ἡγούμενος, sive abbas cujusdam in Libya monasterii : quem sanctus Maximus (1) Confessor pernecessarium habuit. Hujus porro sancti Confessoris mors cum anno 662 consignari soleat (2), consequitur ante hunc annum Thalassium nostrum floruisse. Quamobrem haud ab re ad annum 640 cum Cocceio, vel ad annum 648, cum Gallandio nostro commode referri potest. Huic Thalassio vulgo acceptas ferunt *Centurias IV*, in quibus agit *De charitate, continentia et mentis regimine*. Eas nos hic exhibemus, diligentius tamen excusas. Ultimum fuit hoc opusculum, quod Gallandii labores tulerit. Græce primus edidit Ducæus (3) : Latine verterat edideratque Joannes Œcolampadius Augustæ Vindelicorum an. 1520, unde et in alias Patrum Bibliothecas derivatum est. Confer sis Fabricium (4). Sunt porro Centuriæ omnes acrostichæ. Itaque in Centuria quarta emendavimus numerum 13, pro quo legebatur numerus 89, ex alia versione. In numero etiam 35, ut acrostichis servetur Κατὰ φάρμακα legendum erit, Fragmentum epistolæ S. Maximi ad Thalassium habes inter prolegomena ad S. Maximum.

(1) Cf. Hujusce *Patrolog.* tom. XC, col. 241.
(2) Fabr. *Bibl. Gr.* tom. VIII, p. 370.
(3) *Bibl. PP.* tom. II, p. 1179, edit. an. 1612.
(4) *Bibl. Gr.* tom. X, p. 167.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

NOTITIA ALTERA.

(Fabric. *Bibl. Græc.* edit. Harless. tom. XI, pag. 112.)

Thalassius, presbyter et hegumenus (1), sive abbas monasterii in desertis Libyæ, vir pius et sacrarum Litterarum amans, ad quem sanctus Maximus confessor a. C. 662 defunctus varias epistolas scripsit, librumque quæstionum in difficilia Scripturæ loca ei dicavit. Exstant hujus, ut credibile est, Thalassii Περὶ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς κατὰ νοῦν πολιτείας, *De charitate, vitæ continentia et mentis regimine* ad Paulum presbyterum, sententiarum hecatontades sive Centuriæ IV, quarum postremam claudit doctrina perspicua de SS. Trinitate. Primæ litteræ in singulis hisce sententiis, si junctim componantur, sensum et ipsæ conficiunt, primæ enim centuriæ acrostichis est : Πνευματικῷ ἀδελφῷ καὶ ἀγαπητῷ κυρίῳ Παύλῳ Θαλάσσιος, τῷ μὲν φαινομένῳ Ἡσυχαστῇ, τῇ δὲ ἀληθείᾳ πραγματευτῇ κενόδοξος (2). *Spiritali fratri et dilecto domino Paulo Thalassius, specie externa quidem Hesychasta, et quietis monasticæ sectator, revera autem vanæ gloriæ studiosus.* Secundæ : Εὔξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὅτι μεγάλα κακὰ προσδοκῶ ἄξια τῆς ἐμῆς προαιρέσεως, λύπας τῇ ψυχῇ καὶ ὀδύνας τῷ σώματι· *Ora pro me, frater honoratissime, magna enim mala præstolor digna meis institutis, animæ tristitiam et dolores corpori.* Tertiæ : ἀλλ' ἦν κακὰ κυρίως οὐ τὰ τὴν συνείδησιν λυποῦντα, τὴν δὲ ψυχὴν καθαίροντα, ἀλλὰ τὰ τὴν συνείδησιν λυποῦντα, τέρποντα δὲ τὴν σάρκα· *Vere autem mala sunt, non quæ contristant conscientiam, animum vero purificant, sed quæ contristant conscientiam et titillant corpus.* Quartæ denique : Ὅμως οὖν καὶ ἐκ τῶν κυρίως κακῶν καὶ τῶν μὴ κυρίως, νομιζομένων δὲ, εὔξαι ἐκτενῶς πρὸς τὸν Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, λυτρωθῆναι ἡμᾶς. *Attamen et a vere malis, et ab illis quæ vere quidem non sunt, sed existimantur, Dominum Deum nostrum ut nos liberet, enixe orato.* Latine vertit Joannes OEcolampadius, ediditque Augustæ Vindel. 1520, 4. Unde recusa in Micropresbytico Basil. 1550, fol. et in utraque Orthodoxographorum editione ann. 1555, p. 660 et ann. 1569, p. 897, nec non in universis Patrum Bibliothecis, ut Lugdunensi, tom. XII, p. 337 [Paris. 1575, vol. III, col. 561. — ibid. 1589, vol. V, col. 549; Colon. 1618, vol. VII, pag. 271. Harl.] Curavit etiam recudendas Joannes a Fuchte, una cum sententiis Sexti Pythagorei et Laurentii Pisani. Helmst. 1685, 8, Græce primus edidit Fronto Ducæus ex MSS. Codd. regis Galliæ in Auctario Bibliothecæ Patrum Paris. 1624, fol. tom. II, pag. 1179. Idem OEcolampadii versionem servavit, nomine interpretis præterito et obliterato. Repetita hæc Græco-Latina editio in Bibliotheca Patrum Morelliana, Paris. 1644, 1654, tom. XIII, p. 1184.

(1) Combefisius ad S. Maximum tom. I, pag. 674.

(2) Ita legendum pro κενοδοξίας. Vide Lambec. V, pag. 11 et 70. Fabr. S. in cod. 207, n. 2, p. 29. Kollar. ubi exstant quadringenta capita; et in eod. legitur Κενοδοξίας (Lambec., in nota 1, citat Magnam Bibl. vet. Patrum Græco-Lat. Parisin. tom. XI, p. 1179, et tom. XVII, p. 18 et 82); et in cod. 234, n. 18, pag. 152, Kollar in quo cod. legitur Κενόδοξος, probante Lambecio in not. 5. Sed Kollar. in Supplem. ad Lamb. Comment. I, p. 268 (in recensione cod. Vindobon. 36, in quo n. 3, continentur Thalassii sententiarum centuriæ quatuor, et legitur Κενοδοξίας,) miratur, Fabricio h. l. probatam esse Lambecii opinionem, et, si quid hic quidem mutandum sit, homœoptoti gratia potius, uti est in cod. mem. 235, et in cod. 207, n. 13 (de quo *V.* Lambec. V, p. 171 seq.) legerit Κενοδοξίας πραγματευτής. — Tum in cod. Vindobon. 214, n. 18, sunt Excerpta ex illis capitibus. Vid. Lambec. V, p. 94, Koll. et p. 198, de cod. 237, in quo, n. 2, reperiuntur Thalassii capp. ascetica. — Per hanc occasionem indic. aliorum codicum Gr. subjungam. — Monaci in cod. 101, secundum catal. Gr. mss. Bavar, p. 40, Thalassii Africani Centuriæ II, de charitate et continentia ad Paulum presbyterum; Euchiridion præceptionum, 27 capp. constans. — Augustæ Vindel. in cod. Centuriæ quatuor. Vid. Reiseri Notit, mss. bibl. Aug. p. 36. — Florentiæ, in cod. Laurent. 30, Excerpta in collectione capitum asceticor. Et cod. 13, plut. 86, Excerpta ex capp. Thalassii. Vid. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. 1, pag. 495, et 3, p. 335, n. 1. — Venetiis, in cod. Naniano 95, n. 10, Thalassii τοῦ Λίβυος καὶ Ἀφρικανοῦ, De charitate, etc. Centuria prima et secunda, cujus tamen finis et centuriæ III et IV desiderantur. Vide Cat. codd. Gr. Nan. pag. 187, ubi notatur Fabricius quod pro κενοδοξίας habeat κενόδοξος. — Secundum catal. mss. Angliæ, etc., tom. I, Præcepta ascetica in cod. Barocc. 5, et 59, in quo centuria quarta 108 capita habet. — In cod. 36, Guil. Laudi, sive n. 688, Catal. — In cod. Coislin, 370 quatuor Centuriæ, et De patientia. — In cod. 168, Scholia Thalassii et aliorum in margin. Isaaci Syri sermonum asceticor. Vid. Montfaucon. bibl. Coislin. p. 574 et 312. — Ascetica secundum Montfauc. Bibl. bibl. mss. p. 12, B. Romæ in cod. Vaticano. — Ibid. p. 134. *R.* inter codd. Claudii Stephani. — Ibid. p. 220 *D.* in cod. 278 bibl. Cassinensis. — In cod. Escorial. quatuor centuriæ. Vide Pluer Itinerar. per Hispan. pag. 190. — Mosquæ, in cod. synod. 260, Maximi homologetæ Responsa ad Thalassium, et Thalassii Centuriæ quatuor. — Eædem in codd. 378, n. 3, et 398, n. 25. Vide Matthæi Notit. codd. Gr. Mosquens. p. 165, 243 et 255. — Add. supra, vol. IX, p. 525, n. 3. Et præterea de Thalassio monacho conf. Cave Hist. litter. SS. Eccl. I, p. 584, ad a. 640; et Oudin. Comment. de SS. Eccl. I. col. 1620, ad ann. 650, ubi quoque codd. Vindobon. memorantur. Harl.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Joan. Jacobus Grynæus, in Præfat. ad Orthodoxographa scribit Thalassium ex quorumdam sententia floruisse in Ecclesia Cæsariensi ann. C. 465. Verum a sententiarum auctore Hesychasta utique diversus fuit Thalassius Cæsareæ Cappadociæ episcopus, qui interfuit concilio CPol. et Ephesino ann. 449, et Chalcedonensi ann. 451. Thalassius vero episcopus Cæsareæ Palæstinæ nullus fuit : nam in subscriptione concilii CPol. ann. 381, pro *Thalassio* rectius alii codices habent *Gelasium*, quibus Theodoretus, Leontius et alii veteres apud Harduinum suffragantur.

ΘΑΛΑΣΣΙΟΥ ΑΒΒΑ

ΠΕΡΙ ΑΓΑΠΗΣ ΚΑΙ ΕΓΚΡΑΤΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΝΟΥΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ,

ΠΡΟΣ ΠΑΥΛΟΝ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΝ,

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Α'.

Ἧς ἡ ἀκροστιχὶς ἥδε·

Πνευματικῷ ἀδελφῷ καὶ ἀγαπητῷ κυρίῳ Παύλῳ Θαλάσσιος, τῷ μὲν φαινομένῳ Ἡσυχαστής· τῇ δὲ ἀληθείᾳ πραγματευτὴς κενοδοξίας.

—

THALASSII ABBATIS

DE CHARITATE AC CONTINENTIA, NECNON DE REGIMINE MENTIS,

AD PAULUM PRESBYTERUM

CENTURIA I,

Cujus versuum primæ litteræ Græce collectæ
has dictiones efficiunt :

Spiritali et dilecto domino Paulo Thalassius, quietis monasticæ, ut apparet, re autem ipsa inanis gloriæ sectator.

(Galland. *Vet. Patrum Biblioth.*. t. XIII, p. 3.)

—

1. Amor si totus ordinetur in Deum, amantes inter se et cum Deo copulat.

2. Mens spiritali charitate locuples, nihil quod charitatem non deceat, de proximo cogitat.

3. Sub charitatis figmento hypocrisin occultat, qui ore probat quod apud se vere nihili facit.

4. Nihil tam atrox, nihilque tam ærumnosum intentare possunt inimici, quod non citra turbationem sufferat, charitatem possidens.

5. Sola charitas in unam veramque concordiam, Deum et creaturam cogit.

6. Charitatem veram possidens, adversus proximum neque suspiciones, neque verbum aliquod admittet.

7. Apud Deum et homines honorem meretur qui operam suam ad charitatis dissolutionem negat.

8. Charitatis non simulatæ proprium est, verbum verum e conscientia bona profertum.

α'. Πόθος πρὸς Θεὸν ὅλικὸς τεταγμένος, Θεῷ ἀλλήλοις συνδεσμεῖ τοὺς ποθοῦντας.

β'. Νοῦς πνευματικὴν ἀγάπην κτησάμενος οὐ λογίζεται περὶ τοῦ πέλας τὰ τῇ ἀγάπῃ μὴ πρέποντα.

γ'. Ἐν πλάσματι ἀγάπης τὴν ὑπόκρισιν κρύπτει, ὁ τῷ μὲν στόματι εὐλογῶν, τῇ δὲ καρδίᾳ ἐξουδενῶν.

δ'. Ὑπομένει ἀταράχως ὁ ἀγάπην κτησάμενος τὰ παρ' ἐχθρῶν ἐπαγόμενα λυπηρὰ, καὶ ἐπίπονα.

ε'. Μόνη ἡ ἀγάπη συνάπτει τὴν κτίσιν Θεῷ καὶ ἀλλήλοις εἰς ὁμόνοιαν.

ς'. Ἀγάπην ἀληθινὴν ἐκεῖνος κέκτηται, ὁ ὑπονοιῶν μὴ ἀνεχόμενος, μηδὲ λόγου κατὰ τοῦ πέλας.

ζ'. Τίμιος ὑπάρχει παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ὁ πρὸς κατάλυσιν ἀγάπης ἰδίαν ἐπιδ[illegible]

η'. Ἴδιον ὑπάρχει τῆς ἀνυποκρίτου ἀγάπης, ὁ λόγος ἀληθὴς ἐκ συνειδήσεως ἀγαθῆς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θ'. Κρύπτει τὸν φθόνον ἐν σχήματι εὐνοίας, ὁ φόγον τῷ ἀδελφῷ ἐξ ἑτέρω[ν] προσφέρων.

ι'. Ὥσπερ αἱ σαρκικαὶ ἀρεταὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν, οὕτω καὶ αἱ πνευματικαὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐπισπῶνται.

ια'. Ἀγάπη καὶ ἐγκράτεια ψυχὴν καθαίρουσι· νοῦν δὲ λαμπρύνει προσευχὴ καθαρά.

ιβ'. Δυνατὸς ἀνὴρ ἐκεῖνος ὑπάρχει, ὁ πράξει καὶ γνώσει τὴν κακίαν ἀπελαύνων.

ιγ'. Εὗρε χάριν οὗτος παρὰ τῷ Θεῷ, ὁ ἀπάθειαν κτησάμενος καὶ γνῶσιν πνευματικήν.

ιδ'. Λογισμῶν ἐμπαθῶν εἰ περιγενέσθαι θέλῃς, ἐγκράτειαν κτῆσαι, καὶ ἀγάπην πρὸς τοὺς πλησίον.

ιε'. Φύλαξον σαυτὸν ἀπὸ ἀκρασίας καὶ μίσους, καὶ μὴ εὕρῃς πρόσκομμα ἐν καιρῷ προσευχῆς σου.

ις'. Ὥσπερ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐν βορβόρῳ ἀρώματα, οὕτως οὐδ' ἐν ψυχῇ μνησικάκου ἀγάπης εὐωδίαν.

ιζ'. Κράτει γενναίως θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας, καὶ πονηρῶν λογισμῶν τάχιστα ἀπαλλάττῃ.

ιη'. Ἀναιρεῖ κενοδοξίαν ἡ κρυπτὴ ἐργασία, ἀπελαύνει δὲ ὑπερηφανίαν τὸ μηδένα ἐξουθενεῖν.

ιθ'. Ἴδιον κενοδοξίας ὑπόκρισις καὶ ψεῦδος· τῆς δὲ ὑπερηφανίας, ἡ οἴησις καὶ φθόνος.

κ'. Ἄρχων ἐκεῖνος ὁ ἑαυτοῦ ἄρξας, καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα τῷ λόγῳ ὑποτάξας.

κα'. Γνησιότης φίλου ἐν πειρασμῷ δείκνυται, ἡνίκα τῆς ἀνάγκης συγκοινωνὸς γένηται.

κβ'. Ἀσφάλισαι τὰς αἰσθήσεις τῷ τρόπῳ τῆς ἡσυχίας, καὶ δίκασον τοὺς λογισμοὺς ἐφεστῶτας τῇ καρδίᾳ.

κγ'. Πρὸς τοὺς λυπηροὺς λογισμοὺς, ἀμνησικάκως ἅπαντα· πρὸς δὲ τοὺς φιληδόνους ἐχθρικῶς διάκεισο.

κδ'. Ἡσυχία καὶ προσευχὴ, καὶ ἀγάπη, καὶ ἐγκράτεια τετράπλοκόν ἐστιν ἅρμα, εἰς οὐρανοὺς ἀνάγον τὸν νοῦν.

κε'. Τῆξον τὴν σάρκα σου ἀσιτίᾳ καὶ ἀγρυπνίᾳ, καὶ ἀπελαύνεις τὸν δήμιον τῆς ἡδονῆς λογισμοῦ.

κς'. Ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἀπὸ φόβου Θεοῦ ἀκάθαρτος λογισμός.

κζ'. Κακὴ ζημία ψυχῆς συνετῆς ἐγχρονίσαι πάθει ψεκτῷ.

κη'. Ὑπόμεινον τὰς τῶν λυπηρῶν καὶ ὀδυνηρῶν ἐπαγωγάς· διὰ γὰρ τούτων σε καθαίρει ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια.

κθ'. Ῥῖψας τὴν ὕλην καὶ τῷ κόσμῳ ἀποταξάμενος· ἀπόταξαι λοιπὸν καὶ τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς.

λ'. Ἴδιον ἔργον ὑπάρχει τοῦ νοῦ, τὸ λόγοις Θεοῦ σχολάζειν ἀεί.

λα'. Ὥσπερ ἔργον Θεοῦ διοικῆσαι τὸν κόσμον, οὕτω καὶ ψυχῆς κυβερνᾷν τὸ σῶμα.

λβ'. Ποίᾳ ἐλπίδι τῷ Χριστῷ ἀπαντήσομεν, ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς μέχρι τοῦ νῦν δουλεύοντες;

9. Sub benevolentiæ habitu livorem occultat, qui fratrem quasi ex alieno ore conviciis lacessit.

10. Ut carnales virtutes humanam, ita et spirituales Dei gloriam conciliant.

11. Charitas et continentia animam purificant, mentem vero **puræ** preces illustrant.

12. Vere **potens** vir est, qui et opere et scientia malitiam **removet**.

13. Magnam apud Deum gratiam invenit, qui sedatis affectibus cognitionem spiritualium adeptus est.

14. Si cogitationes animo infestas deesse cupis, stude continentiæ ac charitati in proximum.

15. Ut in tempore precum tuarum cuncta facessant offendicula, cave ab intemperantia et odio.

16. Ut in cœno aromata non inveniuntur, ita neque charitatis suaveolentia in anima injuriarum memori.

17. Iracundiæ et concupiscentiæ generose impera, et quantocius a malis cogitationibus eris alienus.

18. Inanem gloriam **abolebis**, opera occulte faciendo; superbiam vero, **neminem** contemnendo.

19. Inanis gloriæ comites sunt simulatio et mendacium; superbiæ autem, suspicio et invidia.

20. Imperator censendus est, qui anima et corpore rationi subjectis, se ipsum rexerit.

21. Sinceritas amici in tentatione ostenditur, quando scilicet in necessitate communicat.

22. Sensus muni, et quieti assuefacito, cogitationes vero in pectore versantes justifica.

23. Cogitationibus, si tristitiam ferant, placide et absque acerbatione occurras; sin voluptariæ fuerint et illecebrosæ, hostiliter erga eas afficiare.

24. Silentium, preces, charitas et continentia, quadrijugi equi sunt mentem et in cœlum subvehentes.

25. Extenua carnem inedia et vigiliis, statimque carnificem voluptatis appetitum eliminabis.

26. *Sicut fluit cera a facie ignis* [a], sic a timore Dei impurior cogitatio.

27. Grande malum et **incommodum** animæ sapienti, si mens exprobrandæ perturbationi diutius immoretur.

28. Tristium ærumnosorumque eventuum plagas patienter sustine; talibus enim prudentia divina te purificat.

29. Ubi materiam abjeceris, mundoque dixeris vale, reliquum, ut pravis et inanibus etiam cogitationibus renunties.

30. Proprium mentis opus est, vacare semper verbis Dei.

31. Ut Dei opus est regere mundum ita et animæ gubernare corpus.

32. Qua spe occurremus Christo adhuc corporeis voluptatibus servientes?

[a] Psal. LXVII, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

33. Ærumnarum sive sponte assumptarum, sive divina providentia inductarum, tolerantia et mœror, concupiscentiam interimunt.

λγ'. Ἀναιρεῖ ἡδονὴν κακοπάθεια καὶ λύπη, ἡ ἑκούσιος, ἢ ἐκ τῆς προνοίας ἐπαγομένη.

34. Avaritia per se materia affectionum; quarum, præsertim illecebrosarum, nullus erit modus, si invaluerit.

λδ'. Ὕλη παθῶν φιλαργυρία τυγχάνει· ὡς αὐξητικὴ οὖσα τῆς περιεκτικῆς ἡδονῆς.

35. Voluptatum penuria parens est tristitiæ; voluptati vero nulla non perturbatio conjuncta est.

λε'. Λύπην τίκτει ἀποτυχία ἡδονῆς· ἡδονὴ δὲ παντὶ πάθει συνέζευκται.

36. Qua mensura corpori tuo meritis, vicissim tibi remetietur Deus [b].

λς'. ὯΙ μέτρῳ μετρεῖς τῷ σώματί σου, ἀντιστρόφως παρὰ Θεοῦ ἀντιμετρηθήσεταί σοι.

37. Divinorum opera judiciorum sunt, retributiones eorum quæ per corpora sunt perpetrata.

λζ'. Θείων κριμάτων ἔργα τυγχάνει ἀνταπόδοσις δικαία τῶν διὰ τοῦ σώματος πεπραγμένων.

38. Immortalitatem parit virtus ac scientia; contra, earum privatio mortis est mater.

λη'. Ἀθανασίαν τίκτει ἀρετὴ καὶ γνῶσις· ὧν ἡ στέρησις, τοῦ θανάτου γέγονε μήτηρ.

39. Tristitia quæ secundum Deum est, libidines et concupiscentias conficit, quarum interitus, animæ et resurrectio.

λθ'. Λύπη κατὰ Θεὸν ἀναιρεῖ ἡδονήν· ἡδονῆς δὲ ἀναίρεσις, ἀνάστασις ὑπάρχει ψυχῆς.

40. Impassibilitas est animam non moveri ad malum ullum; verum hanc impossibile est assequi sine misericordia Christi.

μ'. Ἀπάθειά ἐστιν ἀκινησία ψυχῆς πρὸς κακίαν· ἣν τυχεῖν ἀμήχανον ἄνευ ἐλέους Χριστοῦ.

41. Salvator tam animi quam corporis est Christus, cujus vestigia qui sequitur, a malis redditur liber.

μα'. Σωτὴρ ὑπάρχει ψυχῆς καὶ σώματος ὁ Χριστὸς, οὗ τοῖς ἴχνεσιν ὁ ἀκολουθῶν, ἐλευθεροῦται κακίας.

42. Salutem vis assequi? renuntia voluptatibus, amplectere charitatem ac continentiam una cum precum assiduitate.

μβ'. Σωτηρίας εἰ θέλεις τυχεῖν, ἀπόταξαι ταῖς ἡδοναῖς· καὶ ἐγκράτειαν, καὶ ἀγάπην, καὶ προσευχὴν ἀναλαβοῦ.

43. Propria est impassibilitati vera discretio, juxta quam in regula mensuraque facito omnia.

μγ'. Ἴδιον ἀπαθείας, διάκρισις ἀληθινή· καθ' ἣν πάντα πρᾶττε μέτρῳ καὶ κανόνι.

44. Dominus noster et Deus est Jesus Christus; quem si mens sequatur, non manet in tenebris.

μδ'. Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός· καὶ νοῦς ὁ ἀκολουθῶν αὐτῷ, μὴ μείνῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ.

45. Recollige mentem tuam, et observa cogitationes: et si quas offenderis in affectiones noxias transire, ipsas expugna.

με'. Συνάγαγε τὸν νοῦν σου, καὶ τήρει τοὺς λογισμοὺς, καὶ οὓς εὕρῃς ἐμπαθεῖς, πολέμησον πρὸς αὐτούς.

46. A tribus cogitationes accipimus, a memoria, sensibus et habitudine corporis; sed molestissimas affert memoria.

μς'. Τρία ὑπάρχουσι πράγματα, δι' ὧν λαμβάνει λογισμούς· ἡ αἴσθησις, καὶ ἡ μνήμη, καὶ ἡ κρᾶσις τοῦ σώματος· χαλεπώτεροι δὲ οἱ αὐτοὶ ἀπὸ τῆς μνήμης εἰσίν.

47. Sapientia præditus novit rationes incorporeorum, et quod initium, et quis finis mundi.

μζ'. ὯΙ ἐδόθη σοφία, ἔγνω λόγους ἀσωμάτων, καὶ τίς ἡ ἀρχὴ ὑπάρχει, καὶ τί τὸ τέλος τοῦ κόσμου.

48. Activam vitam ne habeas neglectui, et illustrabitur mens tua. Ait enim: *Thesauros absconditos et invisibiles aperiam tibi* [c].

μη'. Μὴ ἀμέλει πρακτικῆς, καὶ φωτισθήσεται ὁ νοῦς σου. « Θησαυροὺς, φησὶν, ἀποκρύφους καὶ ἀοράτους ἀνοίξω σοι. »

49. Invenit gratiam apud Dominum, qui liberatus est ab affectionibus: insuper et ille misericordiam assecutus, qui scientiam meruit adipisci.

μθ'. Εὗρε χάριν παρὰ Θεῷ, ὁ παθῶν ἐλευθερωθείς, καὶ τὸ μέγα ἔλεος ὁ γνώσεως καταξιωθείς.

50. Mens perturbationibus nudata, quotidie luculentior evadit, et ad res quæ vere sunt, contemplandas illustratur.

ν'. Νοῦς παθῶν ἐλευθερωθείς, φωτοειδὴς γίνεται, ταῖς τῶν ὄντων θεωρίαις ἀδιαλείπτως καταλαμπόμενος.

51. Lux animæ est cognitio sancta; quæ si cui defuerit imprudenti, obambulabit in tenebris.

να'. Φέγγος ψυχῆς ἡ γνῶσίς ἐστιν, ἧς στερηθεὶς ὁ ἄφρων ἐν σκότει διαπορεύεται.

52. Imprudens est qui in malitia versatur; ipsum enim ignorantiæ tenebræ excipient.

νβ'. Ἄφρων ἐστὶν ὁ ἐν σκότει διάγων· ὃν διαδέχεται τὸ σκότος ἀγνωσίας.

53. Jesum amans, a malitia liberabitur, et ipsum sequendo veram videbit scientiam.

νγ'. Ἰησοῦν ὁ ἀγαπῶν, ἐλευθερωθήσεται κακίας· καὶ ὁ ἀκολουθῶν αὐτῷ, ὄψεται γνῶσιν ἀληθῆ.

54. Mens a perturbationibus libera, quæ considerat, sive vigilet, sive dormiat corpore, videt subtillus.

μον τῶν ἐκτελούντων διακονίαν τινὰ Θεῷ εἰς ὀργὴν κατὰ τῶν ἀξίων, ἀλλ' ἐνδυσάμενος τὴν ὑπερφρίαν κατὰ πάντων, θαῤῥῶν τοῖς χρήμασι, καὶ τινων διεφθαρμένων τῇ ἰσχύϊ, ἢ ἵνα ἀφόβως εἴπωμεν, καὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει, ταῦτα ποιεῖ· ἀξιοῦμεν μηδὲν αὐτῷ κατά τινων ἐξεῖναι ποιεῖν, ἐὰν μὴ πρῶτον διόρθωσιν λάβῃ τὰ κατὰ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἵνα μὴ ταύτην διασκεδάσῃ, καὶ τὴν αὐτοῦ παρεισαγάγῃ ταῦτα ποιῶν. Οἶδε γὰρ, ὡς οἴεται, ὅτι κἂν τῷ φόβῳ πολλοὺς ἀμβλύνας ἀποστήσῃ τῆς πίστεως· καὶ λοιπὸν εὑρὼν ὁμογνώμονας αὐτοῦ, παράσχῃ αὐτοῖς θάρσος, ὥστε καὶ ἐως πληγῶν δημοσίᾳ ἐπιχειρεῖν, καὶ διωγμὸν ποιεῖν. Οὐ μόνον δὲ τοὺς αὐτοῦ δῆθεν κληρικοὺς, ἢ συγκέλλους, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν παροικιῶν προσελάβετό τινας, οἷς μάλιστα οὐκ ἔξεστιν εἶναι κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας εἰς ἕτερον ἐπισκοπεῖον, ἢ εἰς ἄλλην ἐκκλησίαν, ἀλλ' ἀνάγκη αὐτοὺς εἰς τὰς ἰδίας παροικίας, ἢ πόλεις, ὅπου ἐχειροτονήθησαν, κἀκεῖ ἡσυχῇ διάγειν· ἵνα μὴ τῷ μακρῷ χρόνῳ διὰ τῆς προσκαίρου δυναστείας, ἕρῃ περισσοτέρως ἡ παρανομία, καὶ ἐπιγραφῇ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ· εἰς τοῦτο γὰρ ὑμᾶς ἔθετο ὁ Θεὸς διακόνους, ὑπὲρ τῆς δόξης αὐτοῦ τοῦ δοξάσαντος ὑμᾶς, καὶ δοξάζοντος, καὶ ἀποδιδόντος ὑμῖν τὸν μισθὸν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων, τῶν καλῶς φυλαξάντων τὰς ἐγχειρισθείσας αὐτοῖς διακονίας. Πρὸς οὓς εἶπεν· *Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου.* Οἱ ὄντως Χριστιανοὶ τούτοις τοῖς λόγοις διὰ τῶν ἔργων πιστεύουσιν· οἱ δὲ ἄπιστοι καὶ ἀπερρίμμενοι, καὶ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ ζῶντες, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο προσχαρτεροῦντες, ἐὰν ἀκούσωσιν ὁμολογοῦντά τινα, τὸν Χριστὸν εἶναι Θεὸν, διαπρίονται, ὡς οἱ τότε Ἰουδαῖοι συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν, τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος διηγουμένου, ὅτι *Θεωρῶ*, φησὶ, *τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ ἀοράτου Θεοῦ.* Οὕτω καὶ οὗτοι διαπρίονται κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ πάντα θυμὸν σπουδάζουσιν ἐκτελεῖν.

monachum, aut religiosum laicum honorat; nullam pœnam iniquis decretam formidat, nullam denique legem ministrorum iræ divinæ in ejus provocatores: sed superbia qua omnes parvipendit, elatus, pecuniisque et corruptorum quorumdam hominum potentia fretus; et, ut libere quod res est, dicamus, vestra quoque dominatione fretus hæc facit. Petimus, inquam, ne quidquam deinceps in quempiam illi liceat, nisi primum orthodoxæ fidei veritas enucleetur: ne, quod obnixe studet, hac penitus dissipata eversaque, suam paulatim introducat. Animadvertit enim, quos alia ratione non potest, eos timore a fide avertere se posse: ut suæ sententiæ semel adjunctos ita inflammet, ut verbera quoque quibus libitum fuerit publice inferre audeant, et persecutionem excitare non dubitent. Neque vero suorum tantum, aut domesticorum opera clericorum eam ad rem utitur, verum quorumdam quoque ab exteris parœciis et diœcesibus ascitorum; quibus tamen secundum ecclesiasticos canones in alieno episcopatu vel ecclesia degere non licet, sed necessario in iis locis et civitatibus, idque quiete, in quibus ordinati sunt: ne moræ diuturnitate, temporanea-que potentia nequitiam suam latius propaget, vobisque id ascribatur, quos ob id in ministros Deus assumpsit, ut illius gloriam strenue propugnetis, qui illustri honore vos cumulavit, et cumulat; vobisque cum omnibus sanctis, qui munus suum præclare obierunt, mercedem tempore suo reddet. Quibus et illud quoque dicturus est: *Euge, serve bone et fidelis; super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui*[3]. Qui veri Christiani sunt, ii per opera, quantum Christianæ doctrinæ tribuant, ostendunt. At vero infideles et abjecti, qui ventri suo vivunt, et ad hunc scopum omnia sua studia referunt, illi si quem Christum Deum esse profiteri audierint, illico dissecantur. Et quemadmodum Judæi, sancto Stephano protomartyre narrante: *Ecce video cœlos apertos, et Filium hominis stantem a dextris invisibilis Dei*[4], aures suas continebant: ita et isti quoque in Christianos dentibus frendent, omnemque furorem suum in illos explere laborant.

Ε'. Ἀξιοῦμεν οὖν προνοίᾳ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἐπάρχου τῆς νέας Ῥώμης κωλύεσθαι τοὺς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπανισταμένους, καὶ προφάσει δικαιολογιῶν, ὡς φασιν, ἐπιχειροῦντας κατά τινος, ἕως ὅτε τὰ τῆς πίστεως διόρθωσιν λάβοι· εἰ δὲ παρακούσαντες, ἡμῶν ἀμελήσαντες, διαμαρτυρόμεθα ὑμῖν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως τῶν αἰώνων, ἀφθάρτου, ἀοράτου, μόνου σοφοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐλθόντος καὶ ἐπιφανέντος, ὡς ἠθέλησε, διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ πάλιν ἐρχομένου κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ᾧ κάμπτει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ, ὅτι ἀθῷοί ἐσμεν. Ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς παρεκαλέσαμεν περὶ συνόδου οἰκουμενικῆς, τῆς δυναμένης ἀκριβῶς κρατῦναι καὶ ἀνορθῶσαι τὰ σαλευόμενα, εἴτουν

V. Rogamus proinde, ut magnificentissimi præfecti novæ Romæ providentia, compescantur ii qui adversus orthodoxos insurgunt, et sub prætextu quod se defendunt, ut aiunt, non paucis insultant; donec ea omnia quæ ad fidem pertinent, componantur. Quod si nostram supplicationem pro nihilo habueritis, vos coram immortali sæculorum Rege, invisibili, solo sapiente Deo[4], qui nostræ salutis causa descendit, et, ut voluit, inter homines apparuit, et ad judicandum vivos et mortuos[5] iterum venturus est; cui omne genu incurvatur cœlestium, terrestrium et infernorum; et omnis lingua confitetur[6]; innocentiæ nostræ testes appellamus. Nos enim vos de œcumenica synodo cogenda rogavimus, quæ aptissime posset constabilire et erigere

[3] Matth. xxv, 23. [4] Act. vii, 55. [4] I Tim. i, 17. [5] Act. x [6] Philipp. ii, 10.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

titubantia, sive etiam confracta: quanquam per Dei gratiam, ejusdemque tutelam, quæ in vobis operatur, inferorum portæ, quæ sunt hæreticorum ora, adversus fidem nunquam prævalebunt [1], aut evertere illam poterunt. Quo pace Ecclesiæ redintegrata, preces consuetas pro communi omnium salute, vestrique regni incolumitate placide et catholice et concordi animorum consensione ad Deum transmittere liceat. Amen

A καταβάλλεντα· οὐ κατισχύσουσι δὲ αὐτῆς διὰ τῆς γαρίτος καὶ ἀντιλήψεως τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐνεργούσης ἐν ὑμῖν, κακῶς ἔχει πύλαι ᾅδου, ἅτινά ἐστι τὰ στόματα τῶν αἱρετικῶν· ἵνα τούτου τυχόντες, τὰς συνήθεις εὐχὰς ἐν ὁμονοίᾳ ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας καὶ τῆς βασιλείας ὑμῶν, εὐαρέστως καὶ ὀρθοδόξως τῷ Θεῷ ἀναπέμπωμεν. Ἀμήν.

[1] Matth. xvi, 18.

ANNO DOMINI DCL.

THEODORUS RHAITUENSIS.

NOTITIA.

(Galland. *Vet. Patrum. Biblioth.* XIII, p. III.)

Theodorus in monasterio Rhaituensi monachum et presbyterum agebat, sancto Maximo ipse quoque amicus et synchronus (1). Fabricius lauram sive monasterium Raithuense ponit (2) *ad Elim sive septuaginta fontes in Palæstina*. At liquet (3) Elim non fuisse in Palæstina, sed in Arabia prope Sinai montem: nec septuaginta ibi fuisse fontes, sed duodecim fontes, et septuaginta palmæ. Itaque melius Augustinus Lubinus hanc regionem circa Ægyptum locat (3*), cujus populos Rathenos appellat Ptolemæus; Menologium vero Basilii circa mare Rubrum collocat. Scripsit Theodorus προπαρασκευὴν καὶ γυμνασίαν, etc., quam Allatius (4) *Orationem dogmaticam* appellat. Prodiit Græce et Latine cum versione Theodori Bezæ Genevæ an. 1576, et alias: cum versione Rob. Balphorei, et quidem castigatior e ms. Petri Stellæ, ad calcem Gelasii Cyziceni ann. 1599, Parisiis: denique cum Turriani versione edita est oratio apud Ducæum, et in Bibl. Patrum. Confersis Cavæum in hoc Theodoro, et Fabricium (5). Totus est vir prius, ut erroneas Manetis, Nestorii, Samosateni, Apollinarii, Mopsuesteni, Eutychis, Severi Antiocheni, et Juliani Halicarnassei sententias conficiat. Si Fabricio credimus (6), non videtur Photius (7) multum Theodoro nostro detulisse. Nos hoc opusculum a Gallandio jam inchoatum, nec tamen adhuc typis absolutum accepimus.

(1) Vide supra c. 275. Baron. an. 657.
(2) Bibl. Gr. t. IX, p. 252.
(3) Exod. xv, 27, xvi, 1.
(3*) Apud Baudrandum I ex Geogr. in voce *Rathi*.
(4) De process. Spir. S. pag. 251, 502, etc.
(5) Præsertim t. IX Bibl. Gr. pag. 252, 380.
(6) Bibl. Gr. t. IX, p. 381.
(7) Cod. I.

NOTITIA ALTERA.

(Ex Leonis Allatii Diatriba de Theodoris apud. Ang. Maï *Bibliotheca nova*, VI, p. 149.)

Theodorus in cœnobio Raitha presbyter scripsit *commentationem præparatoriam sive exercitationem ad eum qui doceri cupit quis fuerit modus carnis a Deo assumptæ, atque dispensationis, quove pacto peracta sit. Quæ item ab alumnis Ecclesiæ astruantur adversus minus recte de ea sentientes*. Hoc autem scripto opinionem Manetis, Pauli Samosateni, Apollinaris, Theodori Mopsuesteni, Nestorii, Eutychetis, et aliorum evertit. Titulus Græce est: Θεοδώρου πρεσβυτέρου τῆς Ῥαϊθοῦ προπαρασκευή τις καὶ γυμνασία τῷ βουλομένῳ μαθεῖν, τίς ὁ τρόπος τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως καὶ οἰκονομίας, καθ' ὃν πέπραχται· καὶ τίνα τὰ πρὸς τοὺς ταύτην μὴ ὀρθῶς νοοῦντας λεγόμενα παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας τροφίμων. Libellum hunc

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

(scribit nescio quis ex sectariis) Constantinopoli allatum in vetustissimo manuscripto exemplari ante annum 1586 ediderat cum sua versione Latina Theodorus Beza, continerequc opposita iis qui nostro tempore hæreses Nestorii et Eutychetis renovarunt, quas auctor ille vetus, quamvis exiguo scripto, solide refellit. Anno Christi 1599 Robertus Balforeus Scotus, Aquitanici collegii Burdigalæ gymnasiarcha, eumdem tractatum emisit typis Morelli, una cum Gelasii Cyziceni historia concilii Nicæni, adjuncta etiam sua versione Latina, addiditque notas et correctiones ex manuscripto exemplari Petri Stellæ; necnon eumdem libellum antea in linguam Latinam transtulerat Godefridus Tilmannus Carthusiæ Parisiensis monachus cujus versionem tom. VIII bibliothecæ sanctæ Margarinus Bignæus tanquam præfationem libris Anastasii Sinaitæ patriarchæ Antiocheni præfixit. Ex hoc libro nonnulla mutuatur Suidas in Manete, multoque plura de Paulo Samosateno, Apollinari, Theodoro Mopsuesteno, et aliis, Georgius Cedrenus in Aureliano.

Eidem etiam attribuitur opusculum Τίς φύσις καὶ οὐσία, *Quæ sit natura et essentia*. P. Τὸ μὲν τῆς οὐσίας ὄνομα, αὐτὴν τὴν κλῆσίν φημι καὶ τὴν προσηγορίαν. Necnon et aliud cui titulus : Σύντομος ἐξήγησις καὶ διήγησις περὶ τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς. *Compendiosa expositio, vel enarratio de triplici facultate animæ*. P. Ὅτι τρία μέρη τῆς ψυχῆς λογισμὸς, θυμὸς, ἐπιθυμία. Hoc vero postremum in aliquibus codicibus manuscriptis vindicatur Stephano Nicomediensi, in aliis Joanni Damasceno. Possevinus existimat ad hunc Theodorum referenda esse, quæ Gennadius in catalogo de Theodoro Antiocheno scribit. Sed plane Mopsuestenum cum Raitheno confundit; ut enim supra vidimus, quæ de Antiocheno tradit Gennadius, ad Mopsuestenum referuntur. Neque meliore lance Gesneriani epitomatores hunc Theodorum a Theodoro presbytero Raitheno dividunt. Theodori presbyteri Raitheni libellus adversus hæreses, qui unionem hypostaticam duarum in Christo naturarum oppugnarunt, primum Græce editus, et Latinus factus a Theodoro Beza in-4 Genevæ 1576.

Scripsit præterea pleraque alia, quibus catholicum dogma confirmavit. Laudatur illius Δογματικὸς λόγος, *Dogmatica oratio*, et ex ea aliqua afferuntur a Joanne Vecco patriarcha Constantinopolitano in epigraphis. Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν τῷ δογματικῷ λόγῳ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ἄτοπον οἶμαι καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα. Theodorus Raithenus presbyter in dogmatica sua oratione, cujus principium*, etc. Ex eadem referuntur aliqua, cap. 2, 4, 5, 6 et 7. Adnotatur tamen in margine nescio a quo : Ὅτι τὸ στόμα τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός. Ζήτει ἐν τῷ δογματικῷ λόγῳ Θεοδώρου πρεσβυτέρου τῆς Ῥαϊθοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἄτοπον οἶμαι· ἴσθι δὲ ὅτι καὶ ὁ τὴν παροῦσαν χρῆσιν περιέχων λόγος, ἔν τισι βιβλίοις τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου ἐπιγέγραπται. *Os patris esse Filium, quærito in oratione dogmatica Theodori presbyteri Raitheni, cujus est principium :* Ἄτοπον οἶμαι. *Verumtamen scito, præsens hoc dictum continentem orationem, in aliquibus codicibus sancto Anastasio ascribi.*

Eidem quoque asseritur opus Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων. *De rectis veritatis secundum nos dogmatibus*. Joannes Veccus in epigraphis cap. 1 : Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων θεολογῶν, φησί· Τοῦ δὲ σώματος, καὶ τὰ ἑξῆς. *Theodorus Raithenus presbyter de rectis veritatis dogmatibus edisserens secundum nos, ait :* Corporis vero, etc. Hoc quoque in dubium vertitur an Theodori sit : namque annotatur in margine : Ἔν τισι βιβλίοις ἡ ἐπιγραφὴ τὸν Ἀναστάσιον ἔχει· *In quibusdam libris inscriptio Anastasio tribuit.* Adverte tamen, lector, tum hoc de dogmatibus, tum superius, orationem nempe dogmaticam, unum idemque opus fuisse, neque diversum ab eo, quod a Balforeo Græce et Latine editum est, quod ex principio operis colligo. Et Veccus ipse in epigraphis, cap. 7 ex tractatu De Incarnatione sententiam affert. Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν οἷς γράφει προπαρασκευήν τε καὶ γυμνασίαν τῷ βουλομένῳ μαθεῖν τίς ὁ τρόπος τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ἄτοπον οἶμαι καὶ καλῶς γε τοῦτο νενόμικα. Theodorus Raithenus presbyter scribens præparationem et exercitationem, cupienti addiscere modum incarnationis, cujus principium :* Ἄτοπον οἶμαι. Et verba ex hoc opere adducta eadem sunt quæ supra adduxerat ex oratione illius dogmatica. Hinc primum infero, edita a Balforeo, a nonnullis Anastasio quoque tribui; secundum, tractatum illum de dogmatibus et orationem ipsam dogmaticam unum opus fuisse; tertium, tractatum illum multas partes in se habuisse, et ex iis unam tantum promulgasse Balforeum.

Laudatur item ejusdem oratio secunda *De indescripto*, Περὶ ἀγράπτου. Veccus in epigraphis, cap. 7 : Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος ἐν τῷ περὶ ἀγράπτου δευτέρῳ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Πάντα τολμᾷ γλῶσσα δολία. Theodorus Raithenus presbyter in secunda oratione De indescripto* (3) *cujus principium*, Nihil non audet dolosa lingua. Et lib. 1 ad Sugdææ Theodorum episcopum : Ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος Θεόδωρος, ὁ δογματικώτατος, ἐν τῷ περὶ ἀγράπτου λόγῳ αὐτοῦ δευτέρῳ οὕτω φησίν· *Οἴδαμεν οἷα λέγειν*, καὶ τὰ ἑξῆς. *Raithenus presbyter Theodorus in secunda sua oratione De indescripto dicit :* Scimus qualia

(3) *Inscripto* hic et mox scribit Allatius; sed tamen dicendum esse potius *indescripto* cognoscitur, ut puto, ex edito a nobis antirrhetico I, 25, patriarchæ Nicephori adversus Copronymum; quo loco etiam nominantur hæretici Agraptodocetæ. A. M.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dicere, etc. Neque alterius esse puto, quæ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, *de sancta Trinitate*, leguntur in cod. Vat. 620. P. Μίαν εἶναι τῶν ὅλων ἀρχήν, καὶ ἡ Παλαιὰ καὶ ἡ Καινὴ διδάσκει Γραφή (4).

(4) Non in codice Vat. tantummodo 620, f. 185, sed etiam in Ottob. 414, f. 152, occurrit hic tractatus sub Theodori nomine. Sed verius in Vat. 2026, f. 185 genit Theodoreti nomen, ex cujus reapse libro v Hæret. fab. excerptum esse, adeoque nihil novi continere, ego legens comperi. A. M.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΤΗΣ ΡΑΙΘΟΥ

Προπαρασκευή τις καὶ γυμνασία, τῷ βουλομένῳ μαθεῖν τίς ὁ τρόπος τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως. καὶ οἰκονομίας, καθ' ὃν πέπρακται, καὶ τίνα τὰ πρὸς τοὺς ταύτην μὴ ὀρθῶς νοοῦντας λεγόμενα παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας τροφίμων.

—

THEODORI

PRESBYTERI RHAITHUENSIS

Præparatio quædam et exercitatio in ejus gratiam qui discere cupit, quomodo facta sit incarnatio divina, et quæ ab Ecclesiæ alumnis contra eos qui non recte de ea senserunt, dicta sunt.

Interprete Francisco Turriano S. J.

(GALLAND. *Vet. Patrum Biblioth.* t. XIII, p. 21).

—

Absurdum arbitror, et recte quidem me arbitrari judico : est enim revera absurdum, si ii quidem qui ad tuendum mendacium Eutychetis et Dioscori conspirarunt, et contra veritatem militant, ita fortiter et vigilanter solam Ecclesiam Dei catholicam et apostolicam oppugnant, ut pueros suos, cum nondum expeditam habent linguam, antequam eant ad magistros et prima elementa didicerint, exacuere et instruere curent, ut dicere et audire possint pro defensione dogmatis quod ipsi profitentur : nos vero ita desides sumus et languentes, ut nec hoc ipsum studeamus scire, quæ istorum sit contra Ecclesiam controversia ; et ex quibus initiis ipsorum adversus nos exstitit bellum ; et qui sint eorum duces, a quibus cognominantur. Idcirco non est arbitrandum otiosum esse ponere in his studium, neque, quia Dei gratia et benevolentia, in pace sunt res ecclesiasticæ, et tranquillitate ac quiete fruimur, omni hæresi de medio sublata et in suas latebras relegata, continuo nos inermes erimus et militiæ rudes; ne bello derepente illato, si nudi et imparati reperiamur, ab impietate occidamur. Dum secundis ventis navigas, metue, inquit Gregorius Theologus, naufragium, et minus naufragium facies, adjutore usus metu Quare ut princeps apostolorum Petrus præcipit, simus *semper parati ad*

A Ἄτοπον οἶμαι, καὶ καλῶς μὲν τοῦτο νενόμικα· καὶ γάρ ἐστιν ὄντως ἄτοπον, εἰ οὗτοι μὲν, οἱ ἐξ Εὐτυχέος καὶ Διοσκόρου τῷ ψεύδει συνιστάμενοι, καὶ στρατευόμενοι κατὰ ἀληθείας, οὕτω καρτερῶς καὶ ἀγρύπνως πολεμοῦσι τὴν μόνην καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν· ὥστε καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς παιδία μήπω τρανωθείσης αὐτοῖς τῆς γλώσσης. πρὶν εἰς διδασκάλους φοιτῆσαι, καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν, ἀκονᾶν τε καὶ ἐμβιβάζειν, ὅπως λέγειν καὶ ἀκούειν δύναιντο ὑπὲρ τοῦ παρ' αὐτοῖς πρεσβευομένου δόγματος, ἡμᾶς δὲ οὕτω καταῤῥᾳθυμεῖν καὶ ἀναπεπτωκέναι, ὡς μηδὲ αὐτὸ τοῦτο σπουδάζειν εἰδέναι, τίς ἡ διαφορὰ τούτων πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἐκ ποίων ἀρχῶν ὁ πρὸς ἡμᾶς αὐτοῖς συνέστηκε πόλεμος, τίνες τε καὶ οἱ ἡγεμόνες αὐτῶν B οὗτοι, ἀφ' ὧν ἔχουσι τὴν προσωνυμίαν. Διὰ ταῦτα μὴ πάρεργον ἡγεῖσθαι ὀφείλομεν τὴν περὶ ταῦτα σχολὴν, μηδὲ, ὅτι Θεοῦ χάριτι καὶ εὐμενείᾳ εἰρηνεύει τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἐν γαλήνῃ τε καὶ ἀταραξίᾳ ἐσμὲν, πάσης αἱρέσεως ἐκποδὼν εἰς τοὺς ἑαυτῆς φωλεοὺς κατακεκρυμμένης, ἤδη καὶ ἡμεῖς ἄοπλοί τινες ὦμεν ἀπειροπόλεμοι· μήπως καὶ ἄφνω ἐνστάντος πολέμου, γυμνοὶ καὶ ἀπαράσκευοι εὑρεθέντες ὑπὸ τῆς δυστεβείας ἀναιρεθῶμεν. Ἔως ἐξ οὐρίας πλεῖς, φοβήθητι τὸ ναυάγιον, φησὶν ὁ Θεολόγος, Γρηγόριος (5), καὶ ἧττον ναυαγήσεις, τῇ δειλίᾳ βοηθῷ χρώμενος. Τοίνυν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κορυ-

(5) Greg. Naz., Orat. XVI *De amore paupertatis.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φαίου τῶν ἀποστόλων, *Ἕτοιμοι γενώμεθα πρὸς ἀπολογίαν ἀεὶ, παντὶ τῷ αἰτοῦντι ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου, συνειδησιν ἔχοντες ἀγαθήν*· ἵνα ἐν τῶν ὁποτέρων πάντως ἡμῖν ὑπάρξῃ διὰ τῆς τοιαύτης ἀξιεπαίνου σπουδῆς, ἢ τὸ σώζειν τοὺς ἀποδιορίζοντας ἑαυτούς, καὶ ἐκ τῆς πονηρᾶς διακρίσεως ταύτης αὐτοὺς ἐξαρπάζειν, καθὰ παραινεῖ ὁ κατ' ἐπίκλην ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, κἂν ἀποῤῥάπτειν αὐτῶν στόμα τοῖς δικαίοις ἐλέγχοις, ὡς μηδὲ καιρὸν ἔχειν αὐτοὺς ἀθυρογλωττεῖν κατὰ τῆς ἀληθείας. Ὃ δὲ τούτων τιμιώτερόν τε καὶ μεῖζον, ἵνα ἡμεῖς αὐτοὶ γινώσκωμεν καὶ πεπληροφορήμεθα ἐφ' οἷς πίστει ἑστήκαμεν καὶ καυχώμεθα, παῤῥησιαζόμενοί τε καὶ ἐλευθεροστομοῦντες τῇ αὐτῆς ὁμολογίᾳ, οὗ χάριν τοὺς ταύτῃ ἀντικειμένους ἀποστρεφόμεθα. Στοχάζομαι δὲ ὅτι καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀνταποδόσεως, μείζων ὁ μισθὸς ἔσται καὶ ἡ ἀποδοχὴ πλείων τοῖς μετὰ γνώσεως ἐμμελοῦς, ἀραρότως καὶ ἐδρασμένως ἐχομένοις τῆς εὐσεβείας, τῶν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἐκ πατροπαραδότου συνηθείας ἐν τῇ αὐτῇ πίστει γνωριζομένων. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ συμβεβηκὸς μόνον, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ διανοίας καὶ γνώμης πιστοὶ γεγονότες εὑρίσκονται· ὡς, εἴπερ ἔτυχεν ἐκείνους τοὺς ῥᾳθύμους καὶ οὐκ ἐξεταστικοὺς ὑπὸ αἱρετικῶν γονέων ὑπάρξαι, οὐδ' ἂν ἐφρόντισαν τὴν πατρῴαν δυσσέβειαν ἀποδύσασθαι· οὕτω κατάγνωστον ἡ ἀμαθία, καὶ τὸ μὴ θέλειν διδάσκεσθαι· διὰ τοῦτο καὶ εἴρηται· *Σοφίαν καὶ παιδείαν ἐξουθενῶν, ταλαίπωρος· ὁ δὲ ἀγαπῶν παιδείαν, εὑρήσει γνῶσιν μετὰ δικαιοσύνης.* Ἵνα δὲ εὔληπτα γένηται παντὶ τῷ ἐντυγχάνοντι τῷ προκειμένῳ πονήματι τὰ πρὸς τοὺς δι' ἐναντίας λεγόμενα, μικρά τινα πρὸς εἰσαγωγὴν συντάξαι ἀναγκαῖον ἐνόμισα, ἧς καὶ ἀρχόμενος, οὕτω φημί·

A *satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est spe, cum modestia et timore, conscientiam habentes bonam* [a]: ut hoc laudabili studio alterum duorum omnino assequamur, ut vel eos salvos reddamus qui semetipsos segregant et a mala segregatione eos, tanquam ex igne ereptos rapiamus, ut ille qui frater Domini vocatur, admonet [b]: aut si non hoc, os eorum saltem justis argumentis obstruamus, ut non habeant tempus laxandi os contra Ecclesiam; et quod melius ac præstantius est, uti nos ipsi cognoscamus et certo sciamus, in qua fide stemus, et gloriemur eam confitentes. Ex quo fiat, ut eos qui contradicunt, declinemus. Conjecturam vero facio, cum aderit tempus remunerationis, copiosius esse remunerandos eos, qui scienter, firme ac constanter pietatem in Deum coluerunt, quam qui simpliciter, et propter morem a majoribus suis traditum in eadem fide sunt. Illi enim fideles numerantur, quia casu solum fideles esse cognoscuntur; hi vero, cum intelligentia et judicio: ut jam si ita evenisset, ut illi desides, et qui nihil inquirunt, ex hæreticis parentibus nati essent, nihil curassent paternam impietatem exuere; usque adeo et vituperabile est ignorare, et nolle discere, idcirco dicit Scriptura: *Qui sapientiam et disciplinam spernit, miser; qui vero amat disciplinam, invenict cognitionem cum justitia* [c]. Ut autem facilia fiant lectori hujus libri ea quæ contra adversarios dicuntur, visum est necessarium pauca quædam ad aperiendum aditum scribere, inde principio sumpto:

B

C

Δόξα Μάνεντος.

Μάνης ὁ τοῦ ἀντιθέτου σκότους ἐφευρετής, μᾶλλον δὲ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους ἀνάπλασμα, φαντασίᾳ ψιλῇ καὶ σχήματι διακένῳ σώματος ἀνθρωπίνου, πεφανερῶσθαι τὸν Κύριον ἐφαντάσθη ὡς ἀληθῶς καὶ ὠνείρωξεν, ὥστε, φησὶ, καὶ πάσχειν δοκεῖν αὐτὸν καὶ πράττειν, ἅπερ ἔδρα καὶ πέπονθε καθ' ἡμᾶς, μηδὲν δὲ τούτων πράγματι καὶ ἀληθείᾳ ὑπάρξαι, ἀλλὰ δοκήσει μόνον καὶ ἀπάτῃ ἀποδυκολεῖν τοὺς ἀνθρώπους, οἷς καὶ συνανεστράφθαι νενόμισται. Διὰ τοῦτο καὶ δύο φύσεις παραιτεῖται λέγειν ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ μίαν τὴν τῆς θεότητος, ὡς ἂτε τοῦ πεφανακισμένου [ἐκείνου σχήματος, μὴ ἀξιουμένου] παρ' αὐτοῦ ἀνθρωπίνη φύσις κατονομάζεσθαι.

D

Opinio Manichæi.

Manichæus inventor tenebrarum contrariarum, imo a potestate tenebrarum instructus, finxit aut somniavit, apparuisse Dominum phantastice solum et inani figura corporis humani; ita ut videretur, inquit, pati, et agere quæ agebat, et passus esse, sicut nos; nihil tamen reipsa et veritate exstitisse, sed visum esse tantum, et sic falsa specie illusisse hominibus, cum quibus versari putabatur. Idcirco non vult dicere in Domino duas naturas, sed unam, scilicet divinitatis; quia figura illa ad fallendum simulata, indigna videretur nomine naturæ humanæ.

Δόξα Παύλου Σαμοσατέως.

Παῦλος δέ τις τούτῳ τῷ Μάνεντι σύγχρονος γεγονὼς, Σαμοσατεὺς μὲν τὸ γένος, Ἀντιοχείας δὲ τῆς Συρίας πρόεδρος, ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν Κύριον ἐδυσφήμησεν· ὥσπερ δὲ εἰς ἕκαστον τῶν προφητῶν, οὕτω καὶ ἐν αὐτῷ γενέσθαι τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν οἴκησιν· ἔνθεν καὶ δύο φύσεις διῃρημένως ἐχούσας καὶ ἀκοινωνήτους πρὸς ἑαυτὰς εἶναι παντάπασιν ἐν τῷ Χριστῷ, ἄλλου ὄντος αὐτοῦ τοῦ Χρι-

Opinio Pauli Samosatensis.

Paulus quidam, qui fuit ætate Manichæi, genere Samosatensis, episcopus autem Antiochiæ in Syria, blaspheme prædicavit esse Dominum hominem tantum, et habitasse Verbum in eo sicut in quolibet ex numero prophetarum: unde aiebat duas naturas esse in Christo divisas, vel sine ulla penitus inter se communione; tanquam alius esset Christus, et alius qui in ipso habitabat Deus Verbum.

[a] I Petr. III, 15, 16. [b] Jud. 19. [c] Sap. III, 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Hæc primæ origines unam, et duas naturas in Salvatore Christo prave et blaspheme profitendi. Illa humanitatem tollebat, hæc divinitatem.

A στοῦ, καὶ ἄλλου τοῦ ἐν αὐτῷ κατοικοῦντος Θεοῦ Λόγου. Αὗται μὲν οὖν αἱ πρῶται φυαὶ τοῦ τὴν μίαν φύσιν, καὶ τὰς δύο κακῶς καὶ δυσφήμως λέγεσθαι ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ· τὸ μὲν ἐπ' ἀναιρέσει τῆς ἀνθρωπότητος, τὸ δὲ τῆς θεότητος.

Opinio Apollinarii.

Non exiguo post tempore præsul Laodiceæ Syriæ maritimæ Apollinarius (6) alterius insaniæ fuit auctor. Cum enim Ariani carnem Christi omnino inanimatam esse dicerent, aiebat Apollinarius assumpsisse quidem Dominum carnem animatam, mentem vero nostram non assumpsisse : nec enim carnem illam mente humana indiguisse, quod illam Deus Verbum qui eam induerat, gubernaret ; neque capere eam aliam vim intelligentem præter divinam : non enim ipsam humanam mentem posse sustinere, ut cum potentiore et Domino habitaret. His positis, affirmat unam naturam esse Verbi et carnis, quippe cum caro imperfecta sit ut sit totus homo, et ob hanc causam, indigna quæ vocetur natura.

Δόξα Ἀπολιναρίου.

Χρόνου δὲ οὐ μικροῦ προϊόντος Ἀπολινάριός τις πρόεδρος γενόμενος Λαοδικείας τῆς Συρίας, τῆς παράλου, ἑτέρας ματαιοφροσύνης ἤρξατο. Τῶν γὰρ Ἀρειανῶν παντάπασιν ἄψυχον λεγόντων τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα, αὐτὸς ὁ Ἀπολινάριος ἔφη, ὅτι σάρκα μὲν ἐψυχωμένην ψυχῇ ζωτικῇ ἀνέλαβεν ὁ Κύριος, νοῦν δὲ τὸν ἡμέτερον οὐ προσήκατο· μηδὲ γὰρ δεηθῆναι νοὸς ἀνθρωπίνου ἐκείνην τὴν σάρκα, ἡγεμονευομένην ὑπὸ τοῦ αὐτὴν ἐνδεδυκότος Θεοῦ Λόγου· B ἀλλὰ μηδὲ χωρεῖν αὐτὴν ἄλλην νοερὰν δύναμιν παρὰ τὴν θείαν· μηδὲ γὰρ αὐτὸν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ὑποστῆναι δύνασθαι τὴν μετὰ τοῦ κρείττονος καὶ Δεσπότου ἐνοίκησιν. Ταῦτα ὑποθέμενος διατείνεται μίαν εἶναι φύσιν τοῦ Λόγου, καὶ τῆς σαρκὸς, ὡς ἂν τῆς σαρκὸς ἀτελοῦς οὔσης εἰς τὸ εἶναι ἄνθρωπον ὅλον, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ἀξίαν, φύσιν προσαγορεύεσθαι.

Opinio Theodori Mopsuestiæ.

Post hunc Apollinarium statim exstitit Theodorus quidam Mopsuestiæ civitatis sic nominatæ in Cilicia episcopus, qui ex toto contradicens Apollinario, contumelias non leves audaci animo et corde imperterrito Christo infert, dum eum unum hominem e nostro numero et vulgo hominum vocat, qui per progressum accepta Dei gratia, nominatus fuerit Deus, et ex baptismo in Jordane, baptizatus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, etc., habitus sit dignus inter primos dono Spiritus sancti. Deum autem Verbum propter excellentem virtutem ejus, in eo habitantem, pro bona sua voluntate communicare cum eodem postea ad consummationem, divinam dignitatem et adorationem. Hæc et alia ejusmodi blaspheme commentus duas naturas sigillatim signatas dicit se in Christo agnoscere, solum habitudine inter se collatas. Hæc est secunda hæresis, quæ post Paulum Samosatensem unam naturam, et duas naturas *sigillatim signatas* (7) prave in Christo confitetur.

Δόξα Θεοδώρου Μοψουεστίας.

Μετὰ τοῦτον δὲ τὸν Ἀπολινάριον, εὐθέως ἀναφαίνεταί τις Θεόδωρος τῆς Μοψουεστίας οὕτω λεγομένης ἐν τῇ γῇ τῶν Κιλίκων τὴν ἡγεμονίαν λαχών· ὃς ἐκ διαμέτρου τῷ Ἀπολιναρίῳ φερόμενος, ὕβρεις οὐ τὰς τυχούσας τολμηρᾷ ψυχῇ καὶ ἀφόβῳ καρδίᾳ C καταχέει τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· ἄνθρωπον ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς κοινὸν ἀποκαλῶν, καὶ ἐκ προκοπῆς λαβόντα τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν ὀνομάζεσθαι· καὶ ἐκ τοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτίσματος ἀξιωθῆναι ἐν πρώτοις τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς, εἰς ὄνομα Πατέρος καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτισθέντα. Τὸν δὲ Θεὸν Λόγον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν κατ' εὐδοκίαν ἐν αὐτῷ κατοικήσαντα, μεταδοῦναι αὐτῷ τῆς θείας ἀξίας καὶ προσκυνήσεως εἰς ὕστερον μετὰ τὴν τελείωσιν· ταῦτά τε καὶ ἕτερα πολλὰ δυσφημήσας τοιαῦτα, δύο φύσεις ἰδιοπεριορίστους φησὶν εἰδέναι ἐπὶ Χριστοῦ, σχέσει τινὶ καὶ μόνον ἀλλήλαις ᾠκειωμένας. Δευτέρα καὶ αὕτη πλάνη τοῦ μίαν φύσιν καὶ δύο φύσεις *ἰδιοπεριορίστους*. D μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ Χριστῷ.

Opinio Nestorii.

Post hos fuit quidam nomine Nestorius oriundus ex Germanicia in Syria. Factus est clericus Antiochiæ, quæ sita est juxta Orontem fluvium, et Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuit. Hic rursus voce duarum naturarum in Christo prave abusus est, sicut majores ejus Paulus et Theodorus : non enim numerum duarum naturarum affirmat, ut veritatem divinitatis et humanitatis in Christo sine mutatione

Δόξα Νεστορίου.

Μετὰ τούτους δὲ γίνεταί τις Νεστόριος ὀνόματι, ὃς ὡρμᾶτο μὲν ἀπὸ Γερμανικείας τῆς ἐν Συρίᾳ· κληροῦται δὲ ἐν Ἀντιοχίᾳ τῇ παρὰ Ὀρόντην ποταμὸν, Κωνσταντινουπόλεως δὲ τὸν θρόνον λαμβάνει. Οὗτος πάλιν τῇ φωνῇ τῶν δύο φύσεων τῶν ἐν Χριστῷ, κακοφυῶς ἀποκέχρηται ὁμοίως Παύλῳ καὶ Θεοδώρῳ τοῖς ἑαυτοῦ προγόνοις. Οὐ γὰρ ἵνα τὴν ἀληθότητα τῆς κατὰ Χριστὸν θεότητός τε καὶ ἀνθρω-

NOTÆ.

(6) Hæc et quæ sequuntur descripsit Suidas v. Ἀπολινάριος, ut advertit Kusterus ad Suidæ Lexicon, tom. I, pag. 280

(7) Ἰδιοπεριορίστους, verte *suis quamque finibus terminatam*, hoc est, non hypostatice unitas.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

πότητος, καὶ τὴν τούτων ἀτρεψίαν καὶ ἐπιμονὴν καὶ ἀσυγχυσίαν σημάνῃ, τὸν ἀριθμὸν τῶν δύο καταφράζει φύσεων, ἀλλ' ἵνα δύο πρόσωπα δι' αὐτοῦ τοῦ δύο ἀριθμοῦ δολερῶς ὑπαινίξηται, τὴν τῶν φύσεων κλῆσιν ἀντὶ τῶν προσώπων λαμβάνων κακούργως, ὡς ἀληθῶς καὶ κακοήθως, πεπαῤῥησιασμένῃ προσωνυμίᾳ τῶν φύσεων τὸ ἀπηγορευμένον τῶν προσώπων εἰσάγων, ὥστε ἄλλον εἶναι παρ' αὐτῷ τὸν Χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον, κατὰ τὴν πατρῴαν αὐτοῦ πλάνην· υἱὸς γὰρ ἦν τοῦ Κίλικος, τοῦ δὲ Σαμοσατέως ἀπόγονος. Καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν σεμνὴν Παρθένον ἀσπονδον ἤρατο πόλεμον, μὴ δυσωπηθεὶς τὴν θεομήτορα καὶ ἁγνὴν Μαρίαν, ὡς Δεσπότου Μητέρα· ἀλλ' ὡς δοῦλος τραχηλιαστὴς καὶ ἀναίσχυντος, ἀρνούμενος τὸν ἑαυτοῦ Κύριον, καὶ ἀτιμάζων τὴν Δέσποιναν ἑαυτοῦ, βασκαίνων οὐ τοσοῦτον αὐτῇ τῆς, Θεοτόκος, προσηγορίας, ὅσον τῆς, Θεὸς, τῷ ἐξ αὐτῆς γεννηθέντι. Οὗτος μὲν οὖν ὁ Νεστόριος τρίτος προστάτης τῆς Ἰουδαϊκῆς ταύτης αἱρέσεως γεγονὼς εἰς ἑαυτὸν αὐτὴν περιέστησεν.

et confusione significet; sed ut per ipsum numerum duarum naturarum duas personas designet, naturas pro personis appellans; et appellatione naturarum malitiose et per dolum fretus et confisus, personas contra vetitum introducens; ut apud eum alius esset Christus, et alius Deus Verbum, secundum errorem patrum ac majorum suorum : fuit enim filius Cilicis, et ex posteris Pauli Samosatensis. Idcirco bellum suscepit cum Virgine venerabili, nullam reverentiam adhibens matri Dei et purissimæ Mariæ, utpote Matri Domini, sed potius ut servus superbus et impudens, negans Dominum suum, et Dominam suam vituperans, non tam invidens ei appellationem matris Dei, quam invidens Dei appellationem ex ipsa Virgine matre nato. Hic igitur Nestorius tertius hujus hæresis Judaicæ defensor et patronus, eam sibi vindicavit.

Δόξα Εὐτυχοῦς.

Τῆς δὲ ἀντιθέτου μοίρας, τῆς κατὰ Μάνην καὶ Ἀπολινάριον, τρίτος πάλιν προασπιστὴς ὁ Εὐτυχὴς ἀναφαίνεται, ὃς ἦν ἡγούμενος μοναστηρίου ἑνὸς τῶν περὶ τὸ Βυζάντιον. Οὗτος γὰρ μὴ ἀνεχόμενος ὁμοούσιον ἡμῖν καὶ ὁμοφυῆ τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου ὁμολογεῖν, τὰς δύο φύσεις ἀπηρνεῖτο σώζεσθαι λέγειν ἐν τῷ Χριστῷ μετὰ τῆς τούτων ἑνώσεώς τε καὶ συμφυΐας· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τερατώδη τινὰ καὶ ἀλλόκοτα ἔπλαττεν, ἐξ οὐρανοῦ λέγων κατηνέχθαι τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Παρθένου παραδραμεῖν τὸν Θεὸν Λόγον, οὐρανόθεν τοῦτο ἐνδεδυμένον, ἵνα δόξῃ δῆθεν γεγεννῆσθαι ἐκ γυναικὸς, καίπερ μήτε γεγεννημένον. Μανιχαῖος ὁ Λόγος οὗτος, καὶ πεφαντασιασμένος πολλῷ μᾶλλον ἐκείνου. Καὶ οὕτως οὖν μίαν φύσιν τὸν Χριστὸν διεστραμμένῃ καρδίᾳ ἐπρέσβευσε. Τῶν οὖν δύο μερῶν τούτων, τοῦ τε κατὰ Μάνην καὶ Ἀπολινάριον καὶ Εὐτυχέα, καὶ τοῦ κατὰ Παῦλον καὶ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον, τῶν μὲν μίαν φύσιν, τῶν δὲ δύο φύσεις ἐξ ἐναντίας ἀλλήλων τὸν Δεσπότην Χριστὸν ἀμαθῶς εἰρηκότων, τὰς ἑφ' ἑκάτερα κακίστας μετατροπὰς καὶ δυσσεβεῖς παρεγκλίσεις ἀπαναινομένη ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, μέσην ἀμφοτέρων βαδίζει, ὁδῷ βασιλικῇ πορευομένη, μὴ ἐγκλίνουσα εἰς τὰ δοκοῦντα δεξιὰ, μηδὲ εἰς τὰ προφανῆ ἀριστερά. Κατὰ γὰρ Μάνητα καὶ Ἀπολινάριον καὶ Εὐτυχέα μίαν φύσιν ἁπλῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν οὐ παραδέχεται, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην· διὰ τῆς προσθήκης τοῦ, σεσαρκωμένην, δηλοῦσιν τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος, ἣν ἡ φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου προσλαμβανομένη, ἅμα τε καὶ σὺν ταύτῃ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς γέγονεν· οὐδὲ αὐτὴ ἡ τοῦ Λόγου φύσις ἑτέρα παρ' ἑαυτὴν καὶ τῶν κατ' αὐτὴν θεοπρεπῶς αὐχημάτων γενομένη, εἰ καὶ ἐν προσλήψει σαρκὸς γέγονε, σαρκὸς δὲ οὐχ ἁπλῶς· τοῦτο γὰρ Ἀρειανικόν· ἀλλὰ σαρκὸς ἐψυχωμένης· καὶ οὐχὶ ἐψυχωμένης μόνον· πάλιν γὰρ Ἀπολιναρίου καὶ τοῦτο· ἀλλ' ἐψυχωμένης ψυχῇ νοερᾷ καὶ λογικῇ· οὐδὲ μὴν τὴν ἀνθρώπου φύ-

Opinio Eutychetis.

Sectæ contrariæ Manichæi et Apollinarii tertius rursus patronus ortus est Eutyches, præfectus cuidam monasterio circum Constantinopolim. Hic cum nollet confiteri esse carnem Domini ejusdem substantiæ et naturæ qua nostra est, negabat servari in Christo duas naturas una cum earum unione : nec hoc solum, sed quædam instar monstri et absona fingebat. Aiebat enim delatum esse corpus Christi e cœlo, et Deum Verbum, cum corpus e cœlo induisset, per Virginem tanquam per canalem transmeasse; ut videatur natus ex muliere, cum tamen natus non sit. Hoc aiebat Manichæus, imo magis hoc, quam illud commentitium est. Sic igitur unam naturam in Christo perverse professus est. Cum igitur duæ sint partes, una Manichæi, Apollinarii et Eutychetis; altera Pauli, Theodori et Nestorii; illi unam naturam, hi duas in Christo inscienter, ac inter se pugnantes ponant : istorum in alterutram partem pessimas declinationes et impias aberrationes respuens Ecclesia catholica, media inter utramque via regia incedit, nec ad eam declinans quæ videtur ad dexteram tendere, nec ad eam quæ plane tendit ad sinistram. Non enim simpliciter profitetur unam naturam in Christo, sicut Manichæus, Apollinarius et Eutyches, sed potius unam naturam Verbi Dei incarnatam : adjungendo enim, incarnatam, declarat naturam humanitatis, quam natura Verbi Dei assumpsit, et simul cum hac factus est unus Dominus Jesus Christus : nec ipsa natura Verbi Dei facta est alia præter seipsam, et ea quæ ipsi ut eam decent, conveniunt, tametsi carnem assumpsit; carnem vero non simpliciter assumpsit, hoc enim dicunt Ariani, sed carnem animatam, nec animatam tantum, hoc enim tradit Apollinarius, sed anima rationali et intelligente præditam : neque naturam hominis quam assumpsit, in seipsam refudit, nec illam ipsam mutavit, ut extra definitionem ejus naturalem et substantialem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

poneret, nec hanc consumpsit ut ignis ceram : ut jam tota definitio quæ hæc declarat, sic a piis et Catholicis efferatur : Una natura Verbi Dei incarnata, anima rationali et intelligente prædita. Rursus ecclesiasticum dogma non probat, ut dicamus simpliciter duas naturas in Christo, sicut Paulus, Theodorus et Nestorius; sed duas naturas substantialiter unitas : hac enim adjunctione excludit omnem cogitationem dividentem eas, et eos omnes qui quocunque modo conantur disjungere unionem usque adeo admirabilem, et supra naturam : et non solum duas naturas dicit substantialiter unitas, sed unione hypostatica inseparabiliter et inconfuse unitas.

A σιν, ἢ; ἐν προσλήψει γέγονεν, εἰς ἑαυτὴν ἀνέχεεν, ἢ αὐτὴν ἐκείνην ἠλλοίωσεν ἔξω τοῦ κατὰ τὸν φυσικὸν αὐτῆς καὶ οὐσιώδη ὅρον καὶ λόγον, οὐδὲ, ὡς κηρὸν πῦρ, ταύτην ἐξεδαπάνησεν. Ὥστε τὸν ὅλεν ὅρον ταῦτα δηλοῦντα οὐτωσὶ λέγεσθαι πρὸς τῶν εὐσεβῶν· Μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, σαρκὶ ἐψυχωμένη, ψυχῇ νοερᾷ καὶ λογικῇ. Πάλιν δὲ κατὰ Παῦλον καὶ Θεόδωρον καὶ Νεστόριον δύο φύσεις ἁπλῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν ἀποδεδοκίμακεν ὁ λόγος ὁ ἐκκλησιαστικός· ἀλλὰ δύο φύσεις οὐσιωδῶς ἡνωμένας· διὰ τῆς ἐπα[γω]γῆς ταύτης ἀποβάλλων πᾶσαν διαιρετικὴν ἔννοιαν, καὶ τὸν καθ' ὁτιοῦν ἐπιχειροῦντα διαζευγνύναι τὴν ὄντως ὑπερφυᾶ καὶ θαυμασίαν ἕνωσιν· καὶ οὐ μόνον δύο φύσεις οὐσιωδῶς ἡνωμένας, ἀλλὰ καὶ ἑνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν ἀδιασπάστως ἅμα καὶ ἀσυγχύτως.

Explanatio definitionis.

B Ἐξήγησις τοῦ ὅρου.

Hæc autem definitio dogmatis cum dicit duas naturas, significat diversam substantiam duarum naturarum quæ convenerunt, divinitatis scilicet quæ assumpsit, et humanitatis quæ assumpta est : cum dicit substantialiter unitas, significat non esse intelligendam unionem duarum naturarum secundum benevolum affectum, aut aliam quamdam notionem habitudinis, sed ipsa substantia et subjecto ac re consubsistere et conjunctas esse; cum dicit unione hypostatica, significat non prius fuisse formatam humanitatem, et sic in eam ingressam esse divinitatem, sed unitam esse divinitati tum primum subsistendo; cum adjungit inseparabiliter et inconfuse, significat, naturas quæ coierunt, nihil C novasse per unionem, quin potius semper et eodem modo servatam esse harum unionem, et utramque naturam manere sine ulla imminutione in substantiali sua definitione et ratione. Definitio igitur Ecclesiæ hujusmodi adjunctionibus quæ calumnias subire non possunt, eos qui ex utraque parte aberrant, procul relegat, et eis qui veritatem calumniari volunt, non præbet locum. Si enim quis studiosus dividendi, per confessionem duarum naturarum, duas hypostases, id est, duas personas introducere conatur, redarguetur quidem nihilominus adjunctionibus illis quas diximus; multo vero magis altera definitione dogmatis, illa, inquam, qua dicitur una natura Verbi Dei incarnata.

Ὁ δὲ τοιοῦτος ὅρος, διὰ μὲν τοῦ λέγειν δύο φύσεις, σημαίνει, τὸ ἑτερογενὲς καὶ ἑτεροούσιον τῶν συνελθουσῶν δύο φύσεων, τῆς τε προσλαβούσης θεότητος καὶ τῆς προσειλημμένης ἀνθρωπότητος. Διὰ δὲ τοῦ λέγειν οὐσιωδῶς ἡνωμένας, σημαίνει τὸ μὴ κατ' εὐδοκίαν, ἢ ἑτέραν τινὰ σχετικὴν ἔννοιαν νοεῖσθαι τὴν τῶν δύο φύσεων ἕνωσιν, ἀλλ' αὐτῇ οὐσίᾳ καὶ ὑποκειμένῳ καὶ πράγματι συνυφεστάναι ταύτας καὶ συντεθεῖσθαι. Διὰ δὲ τοῦ λέγειν, ἑνώσει τῇ καθ' ὑπόστασιν, σημαίνει τὸ μὴ πρότερον διαπεπλάσθαι τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ οὕτως αὐτῇ εἰσδεδυκέναι τὴν θεότητα, ἀλλ' ὅτι κατ' αὐτὸ τὸ ὑφίστασθαι τὴν πρώτην ἀρχὴν ἥνωτο τῇ θεότητι. Διὰ δὲ τοῦ ἐπάγειν, ἀδιασπάστως ἅμα καὶ ἀσυγχύτως, σημαίνει μηδὲ καινοτομηθῆναι τὰς συνελθούσας φύσει διὰ τῆς ἑνότητος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἕνωσιν τούτων ἀεί τε καὶ ὡσαύτως διαπεφυλάχθαι, καὶ ἑκατέραν τῶν φύσεων ἀμειώτως ἐπὶ τῷ οὐσιώδει αὐτῆς ὅρῳ καὶ λόγῳ. Ταῖς οὖν τοιαύταις ἀνεπηρεάστοις ἐπαγωγαῖς, τοὺς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἀποσφαλέντας, μακρὰν ἀποπέμπεται ὁ λόγος τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τοῖς συκοφαντεῖν ἐθέλουσι τὴν ἀλήθειαν, χώραν οὐ δίδωσιν. Εἰ μὲν γάρ τις φιλοδιαιρέτης διὰ τῆς τῶν δύο φύσεων ὁμολογίας, δύο ὑποστάσεις, ἤγουν πρόσωπα, συναγαγεῖν ἐπιχειροίη, οὐχ ἥκιστα μὲν καὶ ταῖς προλεχθείσαις ἐπαγωγαῖς, πολλῷ δὲ μᾶλλον τῷ ἑτέρῳ τῶν ὅρων διελέγξεται, καὶ μάλα ῥᾳδίως. Φημὶ δὲ τῷ, μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη.

Hæc definitio evidenter ostendit quod nunquam D in universum humanitas Christi agens in hypostasi cognita fuisset, nisi natura divina Verbi Dei in uterum virginalem ingressa, ex ipsa modo inexplicabili hanc naturam sibi formasset et fecisset; ita ut nec ipsa prima principia divinæ incarnationis naturam assumptam sine substantiali et naturali habitatione naturæ Verbi Dei assumentis habuissent. Et quid dico principia divinæ formationis, sive incarnationis? siquidem nec ipsa beata Virgo virtutem fecunditatis supra naturæ leges ad procreandum filium accepisset, nisi per adventum

Οὗτος γὰρ ὁ ὅρος ἐναργῶς παρίστησι, οὐκ ἄν ποτε ἐν ὑποστάσει τὸ καθόλου γνωσθῆναι τὴν κατὰ Χριστὸν ἀνθρωπότητα, εἰ μὴ ἡ τοῦ Λόγου θεϊκὴ φύσις ὑπεισδῦσα τὴν παρθενικὴν νηδὺν, ἐξ αὐτῆς ἀῤῥήτῳ λόγῳ ταύτην ἑαυτῇ περιεμόρφου καὶ περιέπλαττεν, ὥστε μηδὲ αὐτὰς τὰς πρώτας τῆς ζωοπλαστίας ἀρχὰς ἐσχηκέναι τὴν προσληφθεῖσαν φύσιν, ἄνευ τῆς οὐσιώδους καὶ φυσικῆς ἐμφιλοχωρήσεως τῆς προσλαμβανομένης αὐτὴν Θεοῦ Λόγου φύσεως. Καὶ τί λέγω τὰς τῆς θεοπλαστίας (8) ἀρχὰς, ὅπουγε οὐδ' ἂν αὐτὴ ἡ μακαρία Παρθένος ὑπὲρ τὸν ὅρον τῆς φύσεως γονιμοῦ

(8) ζωοπλαστίας.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἔσχεν δύναμιν εἰς τὸ τεκνῶσαι, μὴ διὰ τῆς ἐνδημίας τοῦ Λόγου εἰς τοῦτο παρορμηθεῖσα; Πῶς οὖν αὕτη ἡ ἐν Χριστῷ ἀνθρωπότης ἐν ἰδιαζούσῃ ὑποστάσει καθ' ἑαυτὴν οὐποτε γενομένη, ἀλλ' ἐν τῷ προσλαβομένῳ αὐτὴν Θεῷ Λόγῳ, τὸ εἶναί τε καὶ ὑποστῆναι λαχοῦσα, ὑπόστασις ἂν λεχθείη ποτὲ, ἢ πρόσωπον ἰδιοσύστατον καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἀνὰ μέρος γνωριζόμενον ἔχοι; Ἠλίθιον ὄντως καὶ μάταιον τὸ ταῦτα συνομολογεῖν, καὶ δύο ὑποστάσεις ἢ πρόσωπα ζητεῖν ἐπὶ τοῦ τοιούτου ἀποτελέσματος. Εἰ μήτι ἄρα τις τοῖς χείλεσι μὲν τιμᾷ καὶ ἀσπάζεται ταῦτα, ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ πόρρω ἀπέχει ἀπ' αὐτῶν. Ὥστε εἴ τις γνησίως καὶ ἐκκλησιαστικῶς ὁμολογεῖν ἐθέλοι τὰς ἐν Χριστῷ δύο φύσεις, καὶ τὸ, μία φύσις τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, ὑπτίαις χερσὶ καὶ ὁλοκλήρῳ καρδίᾳ καταδεξάσθω, ὡς τὰ προειρημένα δηλοῖ. Εἰ δὲ συγχεῖν ἡμᾶς διὰ τοῦτο νομίζει τὴν θείαν οἰκονομίαν, ὡς τοῦ σεσαρκωμένου καὶ ἄλλως νοεῖσθαι δυναμένου· παρὰ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον λαβὼν τὴν ἐπαγωγὴν τὴν σαρκὶ ἐψυχωμένῃ, ψυχῇ νοερᾷ καὶ λογικῇ, παυσάσθω λοιπὸν τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις.

Οἷον δέ τι λέγω· τὸ, σεσαρκωμένη, φημὶ, δύναται καὶ τῇ μιᾷ φύσει προσκεῖσθαι, καὶ ἑτέραν φύσιν ταύτῃ μὴ ἐπεισάγειν, τροπὴν δέ τινα ἤτοι μεταβολὴν ταύτης σημαίνειν· ὥσπερ λέγομεν τὸν κρύσταλλον, φύσιν ὕδατος εἶναι κεκρυσταλλωμένην. Ἰδοὺ γὰρ τὴν φύσιν τοῦ ὕδατος μίαν εἰδότες, καὶ τὸ, κεκρυσταλλωμένην, ταύτῃ ἐπάγοντες, ἑτέραν φύσιν διὰ τῆς τοιαύτης σημασίας οὐ προσηγάγομεν, μόνον δὲ πῆξίν τινα περὶ αὐτὴν γενομένην νενοήκαμεν, διὰ τῆς κεκρυσταλλωμένης φωνῆς. Πρὸς τοῦτό φαμεν, ὅτι ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀποτελεσμάτων οὐκ ἀναδιπλασιάζονται αἱ τοιαῦται φωναί· ὁ γὰρ ἀναδιπλασιασμὸς ἐνταῦθα σημασίαν φύσεως ἑτέρας ποιεῖται. Οἷον, οὐ δυνάμεθα λέγειν ὕδατος φύσιν κεκρυσταλλωμένην κρυστάλλῳ· ἐπεὶ παρ' αὐτὰ ἐσημήναμεν ἕτερον εἶναι τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν, καὶ ἕτερον τὴν τοῦ κρυστάλλου· ὡς ἡνίκα λέγομεν ξύλον κεχρυσωμένον χρυσῷ· διὰ γὰρ τοῦ ἀναδιπλασιασμοῦ τούτου ἐνοήσαμεν ἄλλο τι εἶναι τὸ ξύλον, καὶ ἄλλο τὸν χρυσόν. Οὕτως οὖν ἐνταῦθα, ὅταν εἴπωμεν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, φύσιν ἐναργῶς ὑπεσημηνάμεθα, καὶ ὅτι μὴ αὐτὴ ἡ θεότης εἰς σάρκα μεταπεποίηται, ἀλλὰ μείνασα ὅπερ ἦν, διὰ τοῦ καταπετάσματος, τοῦτ' ἔστι τῆς προσληφθείσης ὑπ' αὐτῆς σαρκός, ἡμῖν πεφανέρωται. Ἐντελῶς ἄρα καὶ ἡ τοιαύτη ἔννοια, διὰ τοῦ ἀναδιπλασιασμοῦ ἀποδέδοται τούτου.

Εἰ δέ τις πάλιν ἀναχυτικὸς καὶ συμφύρτης, προσίεται μὲν τὸν τοιοῦτον ὅρον, ὡς συντρέχοντα δὲ τῷ αὐτοῦ δυσσεβήματι· μάλιστα μὲν καὶ αἱ προλεχθεῖσαι ἐπαγωγαὶ ὡς πορρωτάτω τὴν αὐτοῦ κακόνοιαν ἀποσείονται· πολλῷ δὲ μᾶλλον ὁ ἕτερος ὅρος, ὁ τὸν Χριστὸν ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον ἀπαγγέλλων, καὶ λαθροκακουργοῦντα αὐτὸν ἀπελέγχει. Οὗτος γὰρ ὁ ὅρος διαῤῥήδην βοᾷ τὸ ἑδραῖον καὶ ἀνεκφοίτητον τὴν θατέρας φύσεως ἰδιότητα κἀν τῇ ἑνώσει μεμενηκέναι, ὥστε ῥᾳδίως διαγινώσκειν δύνασθαι,

Verbi ad hoc impulsa esset. Quomodo igitur hæc in Christo humanitas, cum nunquam per se in propria persona fuerit, sed in Verbo Dei quod eam assumpsit, esse et subsistere sortita est, hypostasis dici unquam queat? aut personam habeat, quæ pro parte sua per se subsistat, et privatim notam? Fatuum profecto et vanum est hæc confiteri, et duas hypostases sive personas in hoc opere quæ rere; nisi quis forte labiis quidem honorat et osculatur hæc, cor autem ejus longe ab eis abest. Quare si quis legitime et ecclesiastice duas naturas in Christo confiteri vult, unam etiam naturam Verbi incarnatam, obviis manibus et toto corde amplectatur, ut antea diximus: si quis vero existimat confundere nos hoc modo divinam œconomiam, quasi adjunctio incarnati aliter intelligi possit, et iste non pie accipiat adjunctionem, incarnatum carne animata anima intelligente et rationali, desinat iste excusare excusationes in peccatis.

Dicam clarius: Cum dicitur una natura Verbi incarnata, incarnata, inquam, potest adjungi uni naturæ; et alteram quidem naturam non inducere, mutationem vero quamdam sive conversionem ejus significare, sicut dicimus glaciem esse naturam aquæ congelatam. Etenim scientes unam naturam aquæ esse, et adjungentes huic, congelatam, alteram naturam per hanc significationem non apponimus; solam autem congelationem in ea natura factam intelleximus ex hac voce, congelatam. Ad hæc dicimus, quod in hujusmodi effectis, hujusmodi voces non duplicantur; duplicatio enim hic significationem alterius naturæ efficit: verbi gratia, non possumus dicere naturam aquæ congelatam glacie, quia statim significaremus aliud esse naturam aquæ, et aliud naturam glacici; sicut cum dicimus lignum auratum auro, duplicatione facta intelligimus aliud esse lignum et aliud aurum. Sic igitur hic, cum dicimus unam naturam Dei Verbi incarnatam, et addimus, carne; naturam carnis significavimus, et quod divinitas non est mutata in carnem, sed quod manens quod erat, per velamen, id est, per carnem assumptam nobis apparuit. Perfecte ergo hujusmodi sententia per hanc duplicationem redditur.

Si quis vero rursus naturas confundens et commiscens, approbat quidem hanc definitionem, quasi cum impietate ejus faciat ac consentiat; adjunctiones quas prius diximus, maxime quidem malam mentem ejus retundunt, sed multo magis adhuc altera definitio, quæ Christum in duabus naturis agnoscit et profitetur, eumque latenter et per insidias fallere convincit. Hæc enim definitio aperte clamat proprietatem utriusque naturæ firmam et immutabilem in unione mansisse; ut facile discerni

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

possit, quid proprium habeat unumquodque coeuntium, et quid proprium communicet alterutrum cum eo quod secum compositum et unitum est, et quid vicissim ab eo recipiat. Hoc autem est proprium unionis revera inconfusæ et purissimæ, ut in ea cernantur quæ sunt communia ambarum naturarum; et quod proprium cujusque earum. Nisi enim primum proprietas cognoscatur, nunquam communitas agnoscetur. Quomodo enim in re aliqua fiet communio, nisi unumquodque eorum quæ communionem habent, proprium quid habeat? Sic ergo mihi considera : Proprium est naturæ Dei Verbi quæ assumpsit naturam humanam, esse Filium Dei : proprium naturæ humanæ assumptæ, esse filium hominis. His igitur naturis in unum compositis et ratione cognitionis et unionis inter se coeuntibus, similiter nominationes inter se coeunt, et vicissim communicantur, et fiunt ambæ unus Filius Dei simul et hominis, id est Dei Patris et Virginis matris, ut beatus Petrus dixit : *Tu es Christus Filius Dei vivi* [j]; et beatus Paulus: *Misit*, inquit, *Filium suum factum ex muliere* [k]. Doctrina igitur ecclesiastica reprehendi non potest, quæ cum unum Dominum Jesum Christum simul Deum et hominem dicit, duas naturas in uno Domino Jesu Christo profitetur : Deus enim nomen naturæ est; et homo nomen item naturæ; quia ergo idem est Deus et homo, ideirco duas naturas unum et eumdem confitemur Dominum. Rursus, quia ipse est unus Filius Dei Patris et Virginis matris, filius autem nomen est hypostasim sive personam significans, et non naturam; ideirco una hypostasis naturæ divinæ et humanæ Christus a piis celebratur.

Ecclesia igitur unam personam et duas naturas profitendo media via ingreditur : neque propter unionem Manichæum sequitur duas naturas in unam refingens, neque propter divisionem duarum naturarum secundum cogitationem Paulum Samosatensem sectatur, ex una hypostasi duas faciens; quia non facit unamquamque naturam per se subsistere, vel divisionem sine unione, vel unionem sine divisione. Sed simul inter se alterum cum altero; unite enim dividit, unam quidem hypostasin dicens, naturas vero duas : et divise unit; duas quidem naturas dicens, hypostasin vero unam; contra atque in theologia Trinitatis secundum Gregorium Magnum. Illic enim qui in personis dividit, in natura unit : hic autem, qui in hypostasi unit, in naturis dividit. Illic enim sunt differentes quidem hypostases, natura vero una: hic naturæ quidem diversæ, hypostasis vero una. Si quis igitur secundum mentem Ecclesiæ accipit, quod dicimus unam Verbi naturam incarnatam, accipiat item libenter, quod dicimus duas naturas substantialiter in Christo unitas. Si enim ad ostendendum et significandum humanam naturam, post-

